

No A
3-258^a

2022

6

PRIVILEGIUM
CÆSAREUM.

CAROLUS VI. *divina favente clementia*,
electus Romanorum Imperator, semper Augustus,
Germania, Hispania, Hungaria, Bohemia, Dalmatia, Croa-
tia, Sclavoniae Rex, Archi-Dux Austriae, Marchio Mora-
via, Dux Luxemburgi & Silesia, Marchio Lusatia &c.
 Agnoscimus & notum facimus tenore presentium universis;
 quod, cum Noster & Sacri Romani Imperii fidelis dilectus,
 Johannes Franciscus Löw ab Erlsfeld, in Logowitz & Mod-
 letitz, Juris Utriusque & Medicinae Doctor, ut & in nostra
 Carolo-Ferdinanda Universitate Pragensi, ejusdem Medi-
 cine Professor primarius, humillime Nobis exposuerit, consti-
 tuisse se, in usum studiosae Juventutis Medicae, Librum cui ti-
 tulus: **UNIVERSA MEDICINA PRACTICA**,
 typis excudendum curare; ac demisse rogaverit, Caesarea &
 Regia Nostra auctoritate ipsum praemunire, & Privilegium
 ad decennium impertiri, clementer dignaremur: Nos
 ejus precibus benigne annuendum censuerimus, ac proinde
 petitum Privilegium, ad decem annos, clementissime con-
 cesserimus, prout hinc concedimus. Omnibus & singulis Ty-
 pographis, Bibliopolis, aliisque quibuscumque rem & nego-
 tiationem Librariam exercentibus, serio inhibentes ac inter-
 dicentes, ne quisquam eorum, praesatam Johannis Francisci
 Löw ab Erlsfeld, **UNIVERSAM MEDICINAM**
PRACTICAM, proximo decennio, à prima editionis die
 computando, intra Sacri Romani Imperii, Regnique Bohemiae
 fines, simili aut alio quopiam typo, charactere & forma, sive
 in toto, sive in parte, recudere, venundare aut distrabere
 auct vel praesumat. Si quis autem secus faciendo, interdi-
 ctum hoc nostrum neglexerit aut violaverit, eum poena decem
 marcarum auri puri, pro semisse, fisco Nostro Caesareo
 fraudis vindice, & ex reliqua parte Impetranti, pendenda,
 irremissibiliter plectendum decernimus. Mandamus ergo uni-
 versis

versis & singulis nostris & S. Imperii Regnorumque & Provinciarum nostrarum subditis, cujuscunque ordinis aut dignitatis existant, præsertim vero iis, qui in Magistratûs officio constituti, ne quemquam Privilegium hoc nostrum Cæsareum temere & impunè transgredi, aut violare patiantur, quin potius contumaces, quos compererint, prædictâ pœnâ plecti curent. Harum testimonio literarum, manu nostra subscriptarum, & sigilli nostri Cæsarei appensione munitarum. Datum in civitate nostra Vienna, die sexta Mensis Novembris, Anno millesimo septingentesimo vigesimo secundo; Regnorum nostrorum, Romani duodecimo, Hispanici vigesimo, Hungarici & Bohemici pariter duodecimo.

CAROLUS

Loc. Sig.
Cæs.

Leopoldus Comes Schlick,
Rⁿⁱ. B^æ. S^{us}. Cancell^{us}.

Franciscus Ferdinandus
Comes Kinsky.

*Ad Mandatum Sacræ Cæsar. Regiæque
Majestatis proprium*

Carolus Nicanor Worzikowsky,
à Kundraticz.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

Cum non tantùm *Excellentissimus Ferdinandus Carolus Weinbart*, in **NUCLEO UNIVERSÆ MEDICINÆ PRACTICÆ**, ad Lectorem facta Præfatione, sed & singulæ ab Inclÿta Universitate Cæsareo - Oenipontana datæ approbationes, abunde declarent, ut hic multorum Annorum, & indefessa assiduitate, ex Amplissimo Classicorum Authorum viridario, sedulæ apud instar fructuosè excerptus labor, strenuis Philiatris delibandus proponeretur, ex quo hucusque tantus in multis Universitatibus Artis Apollineæ redundavit usus, ut ejus Exemplaria ad usum publicum, tum à Professoribus & Practicis, tum à Medicinæ Auditoribus, avidissimè desiderarentur, ea verò neque apud Hæredes Authoris, neque in Bibliopolarum officinis amplius reperibiles fuerint; ego, qui hunc Libellum compendiosè & nervosè conscriptum, pro Cynosura & Themate, in Collegiis meis privatis, in Universitate Pragensi, à compluribus jam annis assumpsi, & in publi-

publicis lectionibus, non tantum ingenue Juventuti, eâ, qua potui perspicuitate explicui, sed & per totum, utilissimis additionibus, observationibus, controversiis, approbatis & expertis remediis abunde adauxi, à multis magnæ famæ Viris impulsus, imò quasi (ob defectum exemplariorum, sedulis Auditoribus summè necessarium) adactus fui, hoc utilissimum, & publico & privato usui, convenientissimum adauctum opus, propriis meis sumptibus, prælo denuò subjicere; motus simul, efficacissimis ipsius *Authoris* verbis, in Præfatione ad finem expressis, hæc, inquit: *amice Lector, ut equi bonique consulas, laboremque hunc nostrum, ab animo Reipublica litteraria Medica, modis omnibus inserviendi cupidissimo profectum, benevola mente suscipias, eoque feliciter ad supremi Numinis gloriam, ac Proximi utilitatem (in quem finem hæc suscepta sunt) fruaris, amantissimè rogo.* Quæ verba piè & cordate prolata, aliud non sapiunt, quam hujus libri perpetuam in hunc finem continuationem; id quod benevolus Lector mecum, & non aliter, amicè sentiet.

LIBER



LIBER PRIMUS,
DE
MORBIS CAPITIS.

PROOEMIUM;

Dolor in genere.



Quandoquidem in Medicorum Schola, tam à Discipulis, quam Practicantibus, hæc saluberrima, atque summè necessaria, hæcenus sedulo observata sit Regula, & Cynosura, ut generalia singularibus, Universalia particularibus, præmittantur, ad consequendam nimirum firmiorem, sanitatis, & morborum cognitionem, & obtinendam eorundem securiorem conservationem & curationem; proinde & nos, huic proficuo & laudabili exemplo, in hac nostra Praxi lubenter insistentes, id ipsum præstabimus, & in quacunque obvia materia, generalia particularibus præmittemus.

Unde, cum primum caput nobis occurrat de Doloze Capitis in specie, operæ pretium duximus, prius de *Do cre in genere*, aliqua scitu necessaria præponere: ubi notandum: quod nihil magis contra naturam sit, quam dolor, nihil nature tam gratum, quam dolores placare. Morbi enim doloribus conjuncti, tortores sunt & carniciferae.

A



duplo majores, severiores, & magis crudeles, omnibus reliquis; qui verò sine dolore sunt, faciliè feruntur, & non sentiuntur, nisi ex actione læsa; illi autem cum doloribus, sunt quasi duplex morbus, nempe ipsa partium læsio, & læsionis hujus tristis sensatio, ut illius natura innotescat, & debite dignosci possit.

I.

Nomen: Dolor generalissimè sumptus, est *tristis sensus*, sicut voluptas, est sensus blandus & suavis; hinc dolor in genere, juxta Veteres & Recentiores, est & dicitur, *molestia, tristitia, labor*, quæ synonyma sunt.

II.

Definitio: Dolor est tristis sensatio, in partibus sensu tactûs præditis, ab objecto tangibili, seu sensibili, confertim, & cum violentia seu impetu, continuum solvente, orta.

III.

Genus: est sensatio, quod etiam voluptati convenit.

IV.

Differentia: est tristis, doloris, à voluptate autem, quæ est suavis sensatio.

V.

Pars affecta, seu *subjectum*: est sensus tactûs, seu partes sensu tactûs præditæ, variæ alteratæ, & læsæ; sensus enim tactûs, sensuum omnium communissimus est, per totum corpus diffusus. Læditur æquè sicut alii sensus tripliciter, *abolitè*, ut in Apoplexia forti, *imminutè*, ut in Apoplexia levi, *depravatè*, seu *acutè*, ut in Dolore.

VI.

Causa remota: doloris exprimuntur per verba; ab objecto tangibili, omne enim quod dolorem inferre & continuum solvere potest, causa remota est doloris.

VII.

Causæ continentæ & immediatæ: denotantur per verba: Confertim & violentè continuum solvente; positâ enim continui solutione, ponitur dolor. Undè juxta omnes, dolor strictè non est morbus, sed symptoma, & quidem actionis læsæ; nisi propter violentiam immediatè lædat actiones, & vel causæ, vel morbi rationem inducat, tali modo & morbus & causa morbi dici potest.

VIII.

Differentia: doloris sunt propè innumeræ, cum ferè nulla pars corporis sit, quam dolor affligere non possit: Sic datur Dolor Capitis,

pitis, Cephalalgia; dolor faucium, Angina; lateris, Plevritis; ventriculi, Cardialgia; intestinorum, Colica; & sic de aliis partibus affectis.

Differentiæ à causis, quæ etiam sunt propè infinitæ, cum causæ fere sint innumeræ: nos hic tantum principales & usitatas referimus; 1. dolor *vagus*, modò hanc, modò aliam, unam vel plures partes affligens, à materia acri tenui, uti est Arthritis vaga: 2. *fixus*, continuò & diu affligens, à materia acri, crassa, acida, viscida, tartarea v. g. Arthritis, Podagra, Colica. 3. *gravativus*, à materia copiosa gravante, & tumefaciente, crassa, viscida, v. g. Scirrhus, Calculus. 4. *pungitivus*, à materia acida, acri, salsa, instrumentis acutis: v. g. Plevritis. 5. *acutus*, est cognatus pungitivo, sed magis terebrans, v. g. in Erysipelate, Cephalæa. 6. *pulsativus*, qui pulsat ad arteriæ pulsus à sanguinis motu & acredine, ejusque stagnatione & inflammatione v. g. in Inflammationibus, Phlegmone. 7. *ostocopus*, seu *frangitivus*, seu contundens, seu ossium, à materia acerrima lixiviali maligna, v. g. in Lue venerea, Scorbuto. 8. *sensivus*, à materiæ copia, crassitie &c. v. g. in Colica flatulenta, Inflatione. 9. *rodens* seu *mordax*, *pruriginosus*, ab acri salsa materia, v. g. in Scabie, Herpete, Lepra, Elephantiasi. 10. *lacerans* seu *lancinans* ab acri, acido, austero, lixiviali humore, v. g. in Membranis, Nervis, Scorbuto. 11. *ardens*, ab acido subtili acri volatili, partes sensiles afficiente, v. g. Erysipelas. 12. *algens* seu *stupidus*, ab acido pontico & narcotico v. g. in Paralyfi imperfecta. 13. *criticus*, qui à naturæ, & 14. *symptomaticus* qui à causæ, vel morbi motu fit.

Taceo plures differentias, quæ magis in verbis, quàm re consistunt, de quibus tamen de Dolore Capitis in specie.

IX.

Signa diagnostica: Doloris sunt per se patula, quærela ægri enim hæc manifestat: ubi dolor, ibi morbus, teste Hippocrate.

X.

Prognostica: *Hilanius* in compendio dicit: *Cent. 5. obs. 7.* Dolorem in quacunque corporis parte non esse negligendum, sæpè enim aliquid mali prænuntiat vel infert.

XI.

Indicationes: Doloris in genere sunt 1^{mo} causam doloris remove-re, vel deorsum, seu per alvum, vel per urinam, sudorem &c. si verò causæ quæcunque evacuari nequeant, temperentur, modificentur, edulcorentur, absorbeantur, aut aliò quocunque modò corrigantur; crassos humores attenuando, tenues incrassando: acidos & acres edul-

corando, leniendo, demulcendo. 2^{da} partis dolentis sensum stupefacere, Anodynis Narcoticis. 3^{ta} partem debilem specificis corroborare, quæ ex propriis capitibus desumenda. Hic etiam de Doloře in genere sedando per Anodyna externa (de internis enim seorsim plura dicemus capite sequenti, de Doloře Capitis) hæc autem Anodyna & Narcotica externa variant, pro diversitate 1. partis affectæ, 2. materie pungentis, seu humorum vellicantium. Ratione partis affectæ, quod pars dolens est tenerior, eò blandius tractanda. Sic malè faciunt, qui ventriculo dolenti applicant frigida vel emollientia, quia calidus & adstringentibus gaudet. Sic mammis spongiosis & mollibus, laxisque partibus, malè frigida & adstringentia applicarentur. Item damnū inferent talia, in Inflammationibus, Erysipelate & suppuratōe.

Ratione materie: Notandum, aliam esse dissipabilem, aliam remeabilem, aliam siccam, aliam tenuem, aliam viscidam, aliam acidam, aliam vaporosam, aliam flatulentam, aliam humoralem & ferosam, aliam solidam &c. Hinc ergò vi methodi medendi à contrariis, qualitate & quantitate, desumuntur Anodynorum indicationes, prout nempe materia doloris magis vel minus est dissipabilis, tenuis, serosa, vaporosa. Conveniunt digerentia calida, & sicca, ut sacculi v. g. in Colica, Arthritide, flatibus, cardialgia, odontalgia, nephritide &c. Modò conveniunt oleosa, spirituosa; modò unctuosa, & emplastica, si laxandum & suppurandum; modò balsamica, & mercurialia, ubi resolvendū, & dissipandum: modò terrea, ubi alterandum, & absorbandū; modò humida calida, ut lac calidum in Podagra, vinum calidum in Contusione; modò frigida, ubi repellendum.

Hinc Nota Bene; nisi hæc omnia debite distinguantur, in Anodynorum usu maximè peccari potest, sive solis, sive aliis mixtis, vel improvidè utamur, ut ex materia remeabili fiat fixa, ex hospite incola, seu lupus includatur in stabulo; ex Podagra simplici, nodosa; unò verbò: in his adhibendis, perpetua inter agens & patiens debet esse proportio, ut Medicus proficit, & non noceat.

CAPUT I.

Dolor Capitis.

I.

Nomen: Dolor Capitis, si recens, levis, sine magna debilitate, & facile solubilis, *Cephalalgia*, si contumax, diuturnus, paroxysmis maximis, sed ex levibus causis, excitatus, & quasi singulis horis infestans, *Cephalæa*, si dimidia partis, vel dextræ, vel sinistræ, vel sincipitis vel verticis, vel occipitis, *Hemicrania*, si in parvo loco fixus, Clavus seu Soda, & Ovum, à simili doloris spatio partem affectam occupans, germanicè *Kopfsch*, *Dauphar*, dicitur.

II.

Definitio: est tristis sensatio partium membranarum capitis, à solutione continui violenter & cum impetu facta.

III.

Subiectum: sunt partes membranose, fibrillis ac filamentis nervis præditæ, tales potissimum sunt duæ meninges, dura & pia mater, earumque processus nervorum tunica, pericranium, periostia, musculi, panniculus carnosus, ac denique ipsa cutis.

IV.

Differentie: alius vel pungitivus, vel gravativus, vel pulsatorius, vel tensivus, vel lancinans, laterans vel terebrans; de his dictum de Doloře in genere. Alius idiopathicus, seu per essentiam, vel ipso capite primario affecto v. g. à vermibus, calculis, contusione, vulnere, & humoribus vitiosis in cerebro genitis; alius sympathicus, ab alterius partis affectu dependens, & quidem frequentior, seu per consensum dentis cariosi, s. ventriculi, s. intestinorum, s. hypochond. s. uteri: vel per vaporis aut humoris communicationem, vel per solam membranarum aut nervorum communionem; alius externus, alius internus. Externus, qui extimas seu extrà cranium sitas partes occupat, nempe cutim, musculos, panniculum carnosum, pericranium, & ad capitis compressionem exacerbatur.

Internus, qui infra cranium in Meningibus locum habet, & ad radices oculorum pertingit; siquidem tunica internæ oculorum meningibus cerebri sunt communes, & continuæ; & hic ad capitis compressionem mitescit.

Alius levis, alius vehemens, alius brevis, alius diuturnus, alius à sanguine vel sero &c. alius accidentalis, alius habitualis, alius continuus, alius periodicus, qui certis intervallis cedit & redit; alius symptoma-

ptomaticus, qui multis & gravibus stipatur accidentibus, & quidem ab initio: alius criticus, qui non ab initio sed circa tempus crifeos affligit; alius à causis internis, alius à causis externis, de quibus mox dicemus; alius vel à contusione, vel à vulnere, vel ab alia læsione.

V.

Causa immediata: est solutio continui in fieri, à particulis heterogeneis, & disproportionatis, archeum in furorem concitantibus, fibras & filamenta nervæ vellicantibus, corrugantibus, crispantibus, poròque inæqualibus spiculis divellentibus, & quasi rimas facientibus. Dixi solutio continui in fieri, non autem in facto seu soluta unitas, quæ non dolet dum jam facta est; id est: non intelligitur hic divisio partium, quia hæc dolorem secum trahit tantum, in actu divisionis, & facta divisione cessat; sed intelligitur distractio partium, quæ non ense, vel instrumento fit, sed quæ consistit, in improporcionado motu & situ partium sensibilium.

VI.

Mediata: vel sanguis orgasmo turgescens, & ebulliens, vel motus ejus in uno vel altero ramulo impeditus, vel pituita aut lymphæ crassior, vel serum nunc fœculentis aut scoriis biliosis & sulphureis, nunc salibus sylvestribus acidis vel falsis imprægnatum, vel humor acido-malignus, ut in lue Venerea, cujus suspicio est, si irritis omnibus aliis remediis non cedat, vel status ex colluvie humorum p. n. effervescente elevati, vel congesta aut retenta excrementa tartareo-acida, viscida, vel reliquæ ex mercurio intra vel extra adhibito, vel (quod rarius) abscessus hypocranii, calculi, vermes, eryspelas, phlegmone, abscessus, tumores, conformatio, vel figura vitata, caries ossium, adnascencia meningum cum Cranio.

Paracelsus, refert causam Doloris capitis ad accidentalem sanguinis digestionem, vel ad tartari in ventriculo resolutionem, vel ad oppressionem.

Tachenius, ad acidum, & alkali vitiosum.

Helmontius, ad ignotam Archei actionem.

Sylvius, ad bilis, pituitæ salivalis, & Succu Pancreatici malam diarrheam.

Harvæus, ad sanguinis circulationem indebitam.

Cariesius, ad particularum motum & figuram.

Ubi nota: hunc Authorum dissensum & diversitatem magis in verbis, quam ipsis rebus consistere; & facillimè à quovis in arte perito combinari posse.

VII. Dispo-

VII.

Dispositiva: Capitis hæreditaria debilitas à Parentibus contracta, temperies cerebri calida, & humida, figura capitis depravata, futurarum defectus, tegumenta cerebri solito crassiora, minusque perspirabilia.

VIII.

Externa: Aër austrinus 3 aph. 5. hyemalis 3 aph. 23. subitanea ejus vicissitudo, mora sub sole, æstus canicularis, radii lunares, odores fortiores, item fulgines canionum, calcis, ambræ, moschi, comessatio, crapula, hæmorrhagia suppressa, instans fluxus mensium, ira, intentiones animi, exercitium vehementius, casus, ictus, contusio. His accedit causa nova à paucis observata, nempe discessio futurarum, de qua vide *Boottium*, qui observavit, tam futuram coronalem, quam sagittalem discedere, & enormem capitis dolorem efficere.

IX.

Signa diagnostica: Signis non est opus, sed ex relatione patientis innotescent. Dolor externus est magis superficialis, tactu exasperatus, nec ita ad radices oculorum pervenit; internus è contrà, si essentialis seu idiopathicus, dolor est vehementior, magis continuus, adest etiam læsio caterorum sensuum, causa externa capiti inimica præcessit: sed causas hujus doloris accuratè explicare & distinguere, arduum & subinde impossibile est, an nempe à vermibus, calculis, humoribus, abscessu &c. dependeat; licet quantum possibile, horum indicia describat *Boottius*, qui legi potest. Si sympathicus, est magis interpolatus, adfunt signa alterius partis læsæ, & præsertim, teste *Langgo*, si oriatur per consensum ventriculi, anterior pars magis laborat, si per consensum uteri, vertex propè futuram coronalem, vel occiput, ubi etiam glaciæ frigus & pondus se sentire asserunt hysterica: Nota: sic Hemicrania, quæ à consensu oritur, si affligit in incipite, à ventriculo, in vertice ab utero, in occipite, à mesenterio plerumque oritur; aliquando etiam à dente carioso fit Hemicrania. Si oriatur à sanguinè, dolor est sensivus, pulsatilis, cum faciei & oculorum rubore, aliisque plethoræ signis, somnolentia, victu pleno &c. Si à pituita, est gravativus cum sensuum heberudine, segnitie ac multo somno, catarhis, temperamento, anni tempore, ætate &c. Si à sero, seu lymphæ, dolores sunt lancinantes, mobiles, sæpius cum aliis defluxionibus conjuncti: Si à bile, adest simul color mordax, color faciei citrinus, oris amarities, urina tincta, ira, vigiliæ: Si à flatu, dolor est sensivus, mobilis, hoc est, facillè accedit & recedit, cum aurium

rium tinnitū & vertigine; Si à calculo, dolor est fixus & te-
rebrans, & non cedens remediis, cum gravitate capitis.

Si a vermibus, adest atrocissimus dolor cum vertigine, oris fæto-
re, & alia signa vermium.

Nota: hæc omnia signa causarum sæpe ita in obscuro latent, ut
non nisi post mortem, aperto crania, in apicium prodeant. Idem di-
cendum de officulis in cerebro natis, & aliis vitiis conformationis in-
ternæ capitis & cerebri.

X.

Prognostica: Cephalalgia seu dolor capitis in genere consideratus,
raro est lethalis, nisi gravioribus sit junctus symptomatibus: propter
partis tamen affectæ tum dignitatem, tum ipsius doloris acerbitatem,
plurima mala capiti minantem, non est contemnendus, præsertim si
pertinax, & ad plures annos, teste *Sylvatico, cent. 1. consil. 25 & 30*
se extendat. Difficilis præterea cura doloris capitis est, quia medica-
menta internè data, non nisi mediante circulatione, & fractis viribus,
ad caput peringunt; idem dicendum de externis, ob cranium ossium
& durum. Sic etiam dolores vehementes, & continui, cum febre
continua, acuta, alioque signo difficili, lethale signum, ex *Hippoc.
in coac.* præsertim si urinae crudæ & albæ, notant enim raptum bilis,
vel salium lixivii instar urinam tingentium ad caput, succedentibus
delirio & convulsionibus. Dolores capitis fortes in morbo acuto,
citra crisin, subito desinentes, lethales; utpotè signum Gangræne,
Frigus extremorum in vehementi dolore, malum, ob metum inflam-
mationis. *Hippocrates 6. aph. 10.* ait. *Capite dolenti aut vehementer
laboranti pus, vel aqua, vel sanguis per nares, aures, aut os ef-
fluens, morbum solvit;* evacuata nempe causâ morbifica. idem 4. aph.
7. ait: *quibus urine sunt perturbatae, quales jumentorum, is do-
lores capitis adsunt vel aderunt;* particulis nempe heterogeneis, in
cerebro subsistentibus. Capitis dolores, & sonitus aurium sine febre,
aut vertigo, aut surditas, aut manuum torpor, imminuentem Apople-
xiam, aut oblivionem significant ex *Hipp. in coacis.* Dolor conti-
nuus est periculosior intermittente; dolor externus minus periculo-
sus, & curatu facilior est interno. Sic etiam dolor sympathicus ipso
idiopathico. Periculosi itidem dolores, qui à calculis & vermibus,
ulceribus, inflammationibus & abscessibus capitis oriuntur. *Hippoc. 6.
ab. 51.* ait: *qui valentes capitis repente doloribus eo ripiuntur, ac
prostratus muti fiunt, ac sertiunt;* (excitata nempe Apoplexiâ) *in-
trâ 7. dies intereunt, nisi febris intervenerit.* Subindè graves con-
tingunt Cephalææ vel Hemicranæ, in quibus æger nec quidquam
strepit-

strepitus ferre potest, nec lucis; quæ post 24 horas cessant, superve-
niente vomitu aquæ limpida, aut viridis, amara, fallax, acidæ, vel sal-
tem irrito conatu ad vomitum, relicta siti, & artuum debilitate. Plu-
ra prognostica de Doloze Capitis vide apud *Hipp. 3. aph. 5. 13. 17. 4.
aph. 32. 70. 5. aph. 22. 7. aph. 14.*

XI.

Indicationes: in genere sunt varæ, juxta multiplicis morbi hu-
jus species, causas & differentias; in specie autem sunt indicationes:
dolorem lenire, causam ejus revellere, evacuare, discutere, intem-
periem contrariis alterare, partesque roborare.

I.

Curatio fit, præmissis clystere, per V. S. parciozem in causa frigi-
da, largiorem & frequentiorez in causa calida. Pro revulsione in
brachio, vel cephalica manûs, vel pede, præsertim in febribus. Uti-
lius apertio hæmorrhoidum, Si malum sit ex consensu hypochondrii,
pro derivatione prodest apertio venæ frontis ex *Hipp. 5. aph. 68. è
parte capitis posteriore laboranti, in frontem rectâ excurrens in-
cisa vena, prodest.* Ubi nota; hujus venæ frontis incisionem semel
factam, non tantum proficere, sed reiterandam esse, ita optatum fe-
ret effectum. Hujus locò sublinguales, si turgidæ sint, cum effectu
aperiuntur, præsertim in febribus continuis cum prunella junctis. In
malo contumaciori. *Galenus* arteriotomiam laudat, tutiores sunt
hirudines ad tempora, vel post aures applicatæ, ut & *cucurbitæ
scarificatæ.*

II.

Purgandum in causa calida, v. g. per infus. senn. rhei, mechoac.
crem. tart. passul. cum syr. ros. sol. de cich. cum rhab. elect. lenit. de
tamarind. &c. v. g. *R. crem. tart. dr. i. rad. mechoac. dr. iij. sem.
cit. excort. dr. B. incis. bull. in f. q. aq. ad consumpt. 3. part. in col. in-
fund. sol. senn. f. dr. iij. rhab. dr. i. schen. scrup. i. in col. dissolv. El. de
samarind. dr. iij. de succ. ros. dr. ij. syr. ros. sol. unc. i. mann. el.
unc. B. M. vel dissol. mann. el. unc. i. scam. sulph. gr. xj. aq. cinam.
bugl. dr. ij. vel mann. el. unc. i. extracti. diacarth. dr. i. B. rhab. scr. i.
M. In frigida, per pilul. v. gr. cephal. Mynsicht. Fernel. Camerland.
coch. de succ. Craton. vel extracti. panchym. carbol. coch. marocoss.
cum stimulo magist. grialap. pulv. syr. troch. alband. Mercur. dulc.
qui mira præstaturitè preparatus, addendo, ol. destill. v. g. succin. anis.
rhub. cinam. &c. & cum f. q. aq. vel syr. vel tinct. etic. formando
pilul. num. 9. II. 13. quæ manè vel vespert. horis à cæna fumendæ v.
g. *R. Mass. pilul. de succin. Crat. vel extr. coch. scr. i. troch. alband.
gr. iv.**

B

gr. iv.

gr. iv. pul. syr. vel maz. Gial. gr. ij. ol. dest. sænic. gut. ij. cum f. q. aq. verben. M. f. pilul. N. xij. deaur. vel R. Ext. Panclym. coch. an. scr. B. troch. alch. gr. v. cum ol. succin. f. q. M. f. Pil. N. x. deaur.

III.

Vomitoria conveniunt in malo per consensum ventriculi: hinc *Elix. proprietatis P. pulv. stom. Birkm. piper integr. deguisit.* usus capb't sal. vol. oleof. vel essent. stom. ad. gut. x. vel xii. ex vino. Ex observatione nonnullorum, omnis hemicrania per consensum stomachi, tollitur usu *sp. vitriol. vel succ. lim. ex brod.* si malum ex hypochondriis, profunt *nodul. laxat. pilul. tartar. cum extract. elleb. nig.* hinc *chalybeata* aut *acid. Bruzens.* vel efficacius *Egrenses*: Optima etiam in dolore capitis sunt omnia *succinata*. v. g. *sal. volat. li- quor c. c. succinat. essentia* vel *tinctura, succinum catarrhale cum aqua benedicta* *serpilli* paratum, *Campborata, ol. campb. destill. cinnabarina, specificum cephalicum*; *Castorina, extract. essentia, tinctura castorei, sal. volat. c. c. sal. volat. cranii humani, urinae, viperarum, vinct. corall. antimonii, anodyna, Essentia lignorum, spiritus cochlearia, Sal. armoniac. aromatiz. vitriol. epilepticus, Pulvis Marchionis, antim. diaphor. bezoart. mineral. Mercurius dulcis, crystall. mont. prep. Decoctum bettonice, salviae, veronicae, chamedr. lignorum, seu cura sudorifera*, quæ sæpè plus præstat, quam omnia alia.

Opiata in varia forma, cautè tamen adhibita, prout enim diximus mox supra, de *Anodynis* & *Narcoticis externis* de dolore in genere, multa in iis adhibendis & applicandis esse observanda, nè graves noxæ inferantur, Sic pariter cautè & cum distinctione procedendum erit cum *Anodynis*, & *Opiatis ad intra dandis*: undè hæc triplex regula observanda:

1.) Ubiunque materia peccans quantitate majori adest, quam ut subigi & vinci possit; *opiata* non nisi præmissis præmitendis universalibus v. g. venæsectione & purgatione, & tunc cum *sudoriferis* vel etiam sola danda, & feliciter operantur.

2.) Ubiunque verò adest dolorum vel aliorum symptomatum urgentia, tunc *Opiata* etiam sine aliis præmissis locum inveniunt.

3.) In utroque jam dicto casu, *opiata*, non tantum palliativè, nisi secundum quid, sed efficaciter & secundum methodi medendi leges agunt, quod probatur exemplò *dysenterie*. datò laudandò *opiatò*, doloribus sopitis, somnò inductò cessasse alvi fluxum; domatis nimirum acrimoniâ humorum, motu spirituum sedatò, & irritatò Arthèò sopitò, quæ singula genuinam curationem per *Anodyna* factam monstrant.

Nota:

Nota: dixi mox ante non palliativè, undè clarè patet, *opium anodynum esse genuinum*: non palliativum, seu solum temporarium: quod probatur, quia palliativa medicamenta propriè dicuntur, quæ non tam tollunt affectum, quam interpolant; quæ non tam restitunt, quam restitutionem fingunt, quæ tegunt ipsum malum, & non auferunt; sic oculus Vitreus est palliativa cura cæcitatù: Pes ligneus est palliativa cura pedis ablati: sic si fuco inficiatur facies, est palliativa cura deformitatù.

Nota 2dò: ex hac ipsissima ratione & denominatione palliativè etiam curare dicuntur, quæ ad tempus juvant, vel saltè juvare videntur, citrà ablationem radicis, vel causæ morbificæ ex toto, & hoc ipsum solemniter, & communiter quasi passim objicit *opiatù*; ut propterea Medicus, qui primâ accessione ad agrum propinando circà noctem *syrupum papaveris*, vel *opiatum*, agro per hoc noctem quietam præstitit, palliativè dicendus sit curasse. Verum ut ut negari non possit, non ablata causa non posse tolli morbum; non tamen unus auferendæ causæ morbificæ est modus, neque ablatio causæ in evacuando vel alterando, sed etiam in aliis consistit, qualia sunt *Anodyna*, imò *alterantia* & *Anodyna* sibi invicem sunt succenturianda.

Nota 3, quòd *Opiata* & *Narcotica* non sint admovenda futuris capitis, monent omnes Præctici, propter metum soporosi affectùs inducendi.

IV.

In malo contumaciori essentiali vel à lue vener. orto, locum habet *dieta sudorifera*; huc etiam spectat usus *herb. Thèe aut caphe*: vel hujus loco *fol. salv. beton. vel verben. vel rosm.*

V.

Cerebrum particulariter evacuandum per *errhin. sternutat. masticeat.* quò etiam pertinet *fumus sabac. ol. succin. vel major.* irrorati, profunt etiam frictions linteis, vel sacculis factæ. Hirudines duæ vel tres parti affectæ applicatæ, maxime in hemicrania, Vesicatoria etiam profunt.

VI.

Succum à sanguine diversum revellunt, derivant, evacuant, *vesicatoria* applicata cervici, & brachiis, vel ponè aures, vel ad scapulas, vel ad caput derasum; *fonticuli* in brachio vel cruribus; *seraceum*, vel hujus loco *fonticella* infra nucham; ibuc spectat *instituto moxæ, trepanatio*: vide instit. meas. *Salutaris* in dolore pertinacissimo præsertim à lue venerea orto, laudatur cautè adhibita, de qua vide Institut. meas.

B 2

VII. Con-

VII.

Conveniunt topica anticephalalgia, ut unguenta v. g. *Ung. alabast. popul. an. dr. iij. op. gr. viij. croc. ser. i. ol. dest. aneth. gut. viij. M. vel R. Ung. alab. unc. i. popul. unc. s. ol. nuc. mosch. bals. succin. an. dr. s. cum ol. viol. M. f. ung. subindè etiam addi potest ol. papav. expressum dr. B. hyosci. scr. i.* Hoc unguentò inungantur tempora & frons, quod mira facit in omni dolore Capitis, sive per essentiam sive per consensum, sive cum five sine febre. Est admirandæ efficacæ. Epithemata v. g. *R. Nucl. pers. exsol. N. xi. sem. papav. alb. dr. i. 4. frig. min. an. dr. i. aq. fl. nymph. viol. an. unc. iij. fl. sambuc. unc. y. acet. fl. samb. rut. an. unc. i. M. f. Emulf. adde campb. ser. i. croc. ser. y. M. vel R. Nucl. pers. unc. i. amygd. amar. unc. B. sem. cannab. dr. iij. aq. verben. beton. ros. an. unc. iij. M. f. Emulf. adde acet. ros. fl. samb. an. unc. i. campb. croc. an. gr. v. M. R. Album. ov. conguass. No. ij. adde aq. ros. lavend. an. unc. iij. acet. ros. dr. vi. campb. ser. i. ol. nymph. unc. i. Oxyrrhodina v. g. *R. Aq. ros. opt. unc. ij. verben. sambuc. ros. an. unc. i. ol. ros. dr. vj. acet. ros. unc. i.* Misce. Cataplasma v. g. *R. fol. verb. rec. Mj. contund. in mort. addeferment. acerr. unc. ij. ol. ros. q. f.* Huc spectat apposita placenta ros. aceto irrorata. Amuletum est lapis gagates vel Ophites è collo suspensus. Item euphoriston illud ex mica pan. grans juniper. & sal. vel verben. contus. in linteo duplicato fronti, & temporibus admotum. Item pulment. seq. ad plantas pedum applicandum. *R. Fol. rut. rec. mj. radices raph. N. y. sal. com. mj. ferment. acerr. mj. acet. ros. q. f.* Maximè hoc locum habet in febribus, ubi metuuntur deliria & convulsiones. Pediluvia, etiam in usu revellentia, & blando popismate fibrillas nerveas demulcentia. v. g. *R. aq. dulc. mens. viij. sal. com. mj. acet. lb. ij. satv. hort. mj. coq. R. fol. vit. salic. nymph. fl. chamom. an. mj. capit. papav. cum sem. contus. N. viij. coq. Sacculi etiam locum habent ex mil. sal. tost. cumin. &c. In specie in dolore occipitis frigidò. *R. saccul. interpunct. ex succino crassiusculè contuso, applic. calidè madefact. seq. tinct. R. piper. long. unc. ij. sp. vin. q. f. ad extract. Emplastra in doloribus contumacioribus à lue venerea ortis, aut aliàs, temporibus applicata. v. g. Vigon. cum mercur. cum empl. de beton. & ung. alabast. vel tacamach. cum bals. peruvianò, ol. succ. flor. cheyri aq. Reg. Ung. apoplect. sacculus ex milia, sale fursure, verberna, chamomilla aa. mj. leniter tost. applicatus. Vel sacculus ex castoreo, & succino albo. Vel *R. rad. cucum. asin. unc. i. fol. ablymb. MB. flor. verb. bals. p. j. coq. in vini & aqua part. equ. & applica decoctum, Vel Cataplasma Lentilii. R. rad. Cyclam. rec. mj.****

*mj. fol. majoran. rosamarin. stachad. Arab. chamomill. aa. MB. fol. matris sylve mj. Misc. f. pulv. adde micam panis similag. & coq. in pulment, & inter linteae saped applica calidissimè. In fœminis applica sacculum ex succino, & cum syr. vini piperato consperge. Vel *R. Ther. venet. drach. y. laud. opiat. gr. vi. mis. & applica temporibus. Vel fiat pediluvium ex fol. artemis. verben. salt. solan. nymphæa, anethi, lactuce portul. capit. papav. in aqua vel cecevisia coctis. Expertum Epithema ad omnem dolorem capitis. R. Cumini mj. salis MB. f. pulv. adde albumina, vel duo ova recent. mis. extendè super petiam, & temporibus applica. Prob. citò juvat.**

Aliud expertum: succus canceror. fluviat. cum succo verbernae mixtus, linteis imbutis capiti & temporibus applicatur. Nota Bene; hæc omnia calidè esse applicanda, aliàs plus nocent.

VIII.

Opiatùs intùs & extrà cautè utendum, nè palliativè tantùm curemus, causam magis fixam, vel recidivam, aut lethargum caufemus.

IX.

Diatæ: aër sit temperatus, purus, vitetur nimis frigidus, calidus, subitanea ejus mutatio, radij lun. solar. Balnea, hypocausta nimis calida, odorantia nimis violenta, cibi sint ecythymi, & eucepti, vitentur salsa, acris, fumo indurata, fructus horæ, legumina laeticinia; nam ex Hipp. 5. aph. 64. lac præbere capite laborantibus periculosum. Vitetur satietas, cœna sit parca, à vino & cerevisia meracioribus abstinendo; dilutiora convenient; vel decoct. bord. amar. pœon. caryophyllat. cinnam. &c. vel in causa calida decoct. bord. amar. rind. passul. vel tinct. ros. vel julep. cum syr. gran. ac viol. rib. berb. &c. In fine mensæ fumendum coriand. pp. diacydon. conf. ros. vet. vel pulv. pept. Motus sit moderatus, uti & somnus elato cooperitòque capite, venus, tristitia, ira, & lucubrât: & alia animi pathemata exulent; alvus fervetur lubrica pitul. eccoprot. vel alietic. quæ etiam præservativè quavis septimana vel semel, aut bis in mensè fumendæ: ubi bene Nota: in omnibus cephalalgis alvus semper sit aperta, quia hæc obstructa dolorem exasperat, aperta alleviat. Nota: in dolore capitis à ventriculo, piper integrum, ad gr. iij. vel iv. deglutitum ante mensam, mira facit. Extrà etiam piper pulverisatum cum albumine ovi subactum, temporibus applicatum, multum prodest:

Nota: de abscessibus cerebri vid. Bonestum cap. de Dolore capitis de vomica cerebri ibidem fol. 615. de ulceribus capitis ibidem fol. 616.

CAPUT II.

Coma, Carus & Lethargus.

NOta: quatuor præcipue somni præternaturalis proponuntur differentiarum, *Coma, Carus, Lethargus, & Apoplexia*, quæ, cum ut plurimum ab iisdem causis oriuntur, & non nisi secundum magis & minus quæ speciem rei non mutat, differant, eandem curationem postulant, idè uno capite (exceptâ Apoplexiâ, de qua paulò post) comprehendi possunt.

I.

Nomen: *Coma somnolentum subeth, Cataphora, Lethargus, Lethargia, & Veternus* à veteri seu senecta, quod senibus sit familiaris dicitur, German. *die Schläfsucht*.

II.

Definitio: *Coma* est Sopor profundus p. n. ore plerumque hiantè excitatò tamen ægrò, ad interrogata respondente, & mox iterum in somnum delabente.

Carus, est sopor profundus p. n. sine febre, in quo ægri excitati & interrogati non respondent, puncti tamen sentiunt. *Lethargus* est sopor profundus p. n. cum febre lenta, continua, delirio & memoria ecclipsi seu oblivione,

III.

Genus: sunt symptomata torpentis, & diminutæ actionis sensus communis, id est, Phantasiæ seu imaginationis. In Lethargo concurret simul actio depravata Phantasiæ & ratiocinationis.

IV.

Subiectum: est cerebrum & cerebellum quoad poros & tubulos in substantia ejus medullari & præcipue corticali. *Differentia* horum affectuum desumuntur à causis à quibus oriuntur, vel à morbis cum quibus conjunguntur vel comitantur vel consequuntur. Item quod sæpè sint per essentiam, sæpè etiam per consensum, alii legitimi alii spurii.

V.

Causa immediata: est tum pororum cerebri angustia impediens debitam spirituum animalium expansionem & irradiationem; tum spiritus animales inertes, aquosi, minusque dephlegmati, circulationem sanguinis vel lymphæ impediennes, stagnationem in cortice & limbo cerebri efficientes, & somnolentiam inducentes,

Medi-

Mediata: nimia aquositas, aut pituitositas M. S. & inundatio cerebri ex seroso latice reddens illud flaccidius; quoad poros suos subfidens spiritusque torpidos reddens. Hinc *Coma* oritur ex hydrocephalo, suppressione & regurgitatione urinæ ad cerebrum; vel vaporibus maligni aut narcotici ex perniciofa humorum corruptela, seu viro aut veneno inebriativo, vel sulphure, aut gas narcotico elevati, sicque accidit coma ex nimio vini potu, in febribus malignis, lumbicis, passione hysterica &c. vel in *Lethargo* apostema cerebri pituitosum, quæ causa rarior, non tamen impossibilis. Huc quoque faciunt, exundantia, stagnatio, extravasatio sanguinis in cerebro, vel cerebello, vel etiam tumor ibidem genitus & sæpè non cognitus, ut refert *Platerus* de Barone quodam; vel spirituum consumptio, vel defectus voluptatis, vel animi tranquillitatis.

VI.

Externa: sunt ebrietas fortis, abusus spiritus vini, aëris humiditas, frigus externum. fumi carbonum hausti, gas & vapores potuum fermentescenium, abusus fumi nicotianæ, nimius odor croci, fœni recentis, mora aut somnus sub juglande, vapor mercurii, narcotica, vel nimia dosi, vel intempestivè exhibita, casus, contusio, percussio capitis.

VII.

Signa diagnostica in definitionibus expressa: Quæres, quomodo differat *Coma Somnolentum* ab alia somnolentia in aliis morbis contingente? 1^o in Comate est profundior somnus, quam in alia somnolentia: 2^{do} Comatosi excitati delirant: 3^{io} mox in somnum relabuntur; quod non fit in aliis, nisi *Coma* sit conjunctum.

VIII.

Prognostica: omnis affectus soporosus periculosus est, & quò major, eò periculosior: *Hipp. 2. aph. 33. in quovis morbo mente non constare ad ea, quæ offeruntur, malum. Hipp. 2. aph. 3. ait: somnus & vigilia utraque si modum exceperint, malum.* Affectus comatosus in senibus plerumque lethalis, perniciosus etiam in febre acuta, denotans vel malignitatem, vel caloris extinctionem. Hinc etiam pessimum *Coma* succedens diuturnis vigiliis, vel phrenitidi. In Lethargo verò, Parotides vel tumores supervenientes, vel pus ex auribus effluere cum euphoria, est salutare. Econtra si Lethargus legitimus est, & vires indies prosterntuntur, sudor frigidus in capite augetur, vel in sphacelum degenerat, incurabilis est, præsertim in senibus. *Hipp. 2. aph. 1. ait: in quo morbo somnus laborem adfert* (id est, si gravissima

suma à somno succedant symptomata, ut delirium, convulsio, syncope, frigus extrem.) *lethale est*; si vero *juvat*, *lethale non est*. Malum etiam Coma, superveniens affectibus puerperarum, & vulneribus capitis. Somnolentia nimia inter colloquia & commessationes frequenter, futura Apoplexia est prodromus. *Lethargo affectus* ex Hipp. in coac. & de morb. 2. in 7. diebus moriuntur, si vero hos *effugerint*, *sani evadunt*. idem 8. aph. 7. ait: *in lethargo tremor malum*. idem in coac. ait: *qui ex Lethargo servatur empyci sinu: intellige suppuratos; quibus pus per nares aut aures evacuetur*. Lethargus superveniens phrenitidi, lethalis: malum in Lethargo sudor frigidus, urina jumentalis, motus convulsivi &c. Carus ceteris fomnis periculosior; quia frequentissimus ejus transitus in apoplexiam: hinc aliquibus levis apoplexia dicitur.

IX.

Indicationes: Sunt materiam caput petentem revellere, derivare, ægrum à somno excitare, affluxum evacuare, discutere, caputque tandem roborare,

I.

Curatio: fit Clysteribus acrior. paratis ex decoct. colocynth. v. g. *R. Pulp. coloc. in pet. lig. dr. ij. iij. coq. in s. q. brod. carn. vel. aq. font. in col. lib. i. dissolv. Sacch. rub. unc. ij. iij. vitell. ov. N. i. M. vel B. Herb. absint. rus. cent. min. an. nj. rad. pyreth. dr. iij. pulp. colocynth. in pet. lig. dr. i. B. coq. in s. q. aq. font. in col. unc. x. dissolv. elect. hier. cum agar. bened. laxat. an. dr. iij. ol. rut. unc. i. cham. anet. an. unc. B. sal. gemm. dr. i. M. alii dissolviunt, syr. emet. unc. i. vel infus. croc. met. all. unc. ij. iij. si clysteres non reddantur, suppositoriis acrioribus utendum, v. gr. *R. sal. gemm. dr. i. spec. hier. s. syr. i. troch. aichand. ser. B. Mell. g. s. M. f. 2. supposf. Quares*, an conveniat V. S. *R.* de hac fusè loquemur titulo de Apoplexia; vel breviter resp. si adsit plethora, vel saltè sanguis una cum aliis humoribus peccet, fiat vena sectio revulsoria, & derivatoria, non tamen lata. Vel substituantur cucurbitulæ sacrificatæ, vel Hirudines; valet etiam setaceum, & cauteria in occipite,*

II.

Utendum iis, quæ volatilitate spiritus excitant, & torpores discutiant; ut inunctio narium, temporum, ol. rut. balsam. succin. rus. apoplect. vel aq. apoplect. cum castor sum succin. vel acet. super laminam candentem effusi, in quo prius macerata, rus. nigell. castor. Capiti raso à moveatur lamina, vel tabula ferrea calefacta, vel ignita, sicut fecit *Fracastorius*. Optimus est, *syr. sal. armon.* subinde naribus

ribus admotus, vel *sal. volat. urin. c. c.* plantæ pedum fricentur, *sinap. vel sal. eum acet. palatum, theriac. in aq. apoplect. so. ur. vel sinap. in vino forti cocto*. Sternutatoria hic magni usûs, ut v. g. *R. viriol. alb. dr. i. aq. major. unc. i. M. vel pulv. expert. Timai. B. Helleb. alb. piper. alb. castor. an. ser. i. ol. major. rut. sal. an. gutt. ii. M.* Sternutatoria caute adhibeantur, evacuata saltèm aequaliter corporis totius materia clystere, vel alio remedio. Insuffletur aliquid per nares, vel *R. Rad. helleb. alb. ser. i. pyreth. ser. B. major. scr. i. piper. castor. an. gr. v. M.* alii etiam addunt aliqua gr. *sal. vol. urin. vel succin.* Conveniunt etiam pilorum evulsiones, acû puncturæ, clamores, sonitus &c. Extrâ expertum est, *saturejam cum flor. vino incoctam*, & calidam occipiti admotam adhibere; mira præstat, in ægro excitando.

III.

In *Lethargo V. S.* convenit in brachio, & si per consensum in pede, frontis & jugularium apertio à multis quoque proponitur, ut & *hemorrhoid.* his succenturiantur *cucurbit. scarif. hirudin.* retrò aures, *frictiones* extremorum asperiores.

IV.

Purgandum: additò purgantibus *castor. Vomito: iis*, foco in primis vis hærente, non negligenda; hinc *River.* plures comatosos, præsertim pueros, cum junctis convulsionibus, restituit, exhibitò *virriolo albo*. Si *lethargus* à crapula oriatur, statim *vomitiorum* adhibeatur.

V.

Vesicatoria hic maximè proficua ad cervic. scapul. man. ped. juxtâ aures, vel totum caput; alii etiam *canterium* actuale ad nucham applicant, vel *fonticulos*.

VI.

Veniendum ad *roborantia* & *antilethargica*, ut usum *herb. thèe coffe. essent. castor. succin. spirit. sal. armon. liq. C. C. succinat: Balsamus celestis, spiritus fornitarum, spiritus fuliginis, spiritus serpilli, spiritus croci composf. spir. C. C. Elæx. vitæ Matthioli, sal. volat. oleof. Sylviæ & nobile, spiritus salis armoniaci aromatizatus*, maximè si malum oriatur ab ebrietate, præmissò etiam vomitoriò. *sem. sinap. sal. vol. C. C. aq. hirund. cum castoreo, acet. rut. &c. V. g. R. Spir. C. C. ser. i. vinet. cast. succin. an. ser. B. aq. lavender. unc. B. M. R. Aq. hirund. cum castor. meliss. fl. vil. an. unc. ij. ess. succin. cast. an. dr. i. B. syr. de cinam. unc. B. M. R. pulv. cast. dr. i. sem.*

sem. sinap. nasturt. hctri. an. dr. i. B. cinis hirund. succin. prep. an. dr. i. ambr. gryf. ser. i. sol. aur. N. iy. M. f. pulv. cujus dof. a ser. i. ad dr. i. ex aq. apopl. Conveniunt etiam *liq. C. C. succinat. rotul. de succin. morsul. cubeb. elect. cephal. &c.* In somnolentia perpetua, pramissis pramittendis, conveniunt *sudorifera ex chin. salsapar. &c. extrinsecus fomentum* ad caput rasum, ex decoct. v. g. *rad. angel. Zeduar. imperat. an. unc. i. fol. beton. sabv. rorismar. an. mj. satur. rut. lavend. an. m. B. bacc. laur. junip. an. unc. i. B. coq. in s. q. acet.* & cum spongia capiti raso f. Foment.

VII.

Dietæ : aër lucidus, calidus, ficus, alimentorum defectus excessu melior; imò sola *juscula* sufficiunt, per dilucida intervalla, præsertim in principio istorum morborum adhibita. Abstinendum *crudis, flatulentis, sassis, legumin. lacticin. oler. fruct.* Potus fit *ptisan.* vel *cerevis. tenuis*; si febris absit, *vinum dilutum*, vel *decoct. herb. thée.* convenit. Vel *decoctum lignorum* cum *cephalicis*. Somnus omni modo impediatur, exercitii locò sint *frictiones fortes*, alvus, *clystere* sollicitetur, ac hilaritas procuretur. Plura interna, vide Capite de Apoplexia.



CAPUT III.

Coma Vigil, Catalepsis.

I.

Nomen : Coma vigil dicitur etiam *Typhomania* seu *Pervigilium*, *Insani's attonita* : Catalepsis autem *Catochus*, *Prebensio*, *Congelatio*, *Stupor rigidus & vigilans*, *Morbis Exstaticus* seu instar *Exstasis*.

II.

Definitio : *Coma vigil* est apparens somnus, seu ad somnum propensio, & ad eundem impotentia, cum delirio, in quo ægri clausis oculis veluti dormientes, revera tamen vigilant, membra jactant, varia & delira loquuntur. Tria ergò concurrunt ad *Comatiss* vigilis constitutionem.

1o. Somnolentia vitiosa, eaque summa. 2o. vigiliæ. 3o. delirium. *Catalepsis* est subitanea motus ac sensuum obrigescencia, quâ *correpti rigidi*, in eo quo prehenfi fuerunt itatu, hiantibus ac tor-

vuuu

vum videntibus oculis, statuae instar permanent; Si fortis est *Catalepsis*, licet oculos apertos habeant, nihil tamen vident nec audiunt, nec sentiunt: non tamen concidunt sicut *apoplectici*, vel *epileptici*, salvo pulsû & respiratione, etiam in vehementi, nisi mors sequatur.

III.

Genus : *Coma vigil* est symptoma diminuti sensûs communis, ac phantasia depravata.

Catalepsis est symptoma abolitarum facultatum principum, cum depravatione motûs.

IV.

Subiectum : est cerebrum unâ cum spiritibus, & appendice nervorum,

V.

Differentia : *Coma vigil* aliud *phreneticum* aliud *non*. *Phreneticum* est cum inflammatione, alterum sine inflammatione & sine delirio. *Catalepsis* alia *vehementior*, ubi omnes actiones animales cessant, cum motu depravato tonico, alia *levior*, ubi ægri nonnihil audiunt, vident, imaginantur; alia *idopathica*, alia *sympathica*.

VI.

Causa : *Comatiss vigilis* statuitur vulgò erysipelas adematofum, s. bilis cum pituita, vel sanguine permixta, probabilior, est vapor narcotico-malignus, somnum inducens, mentemque simul turbans, hinc comes est februm malignarum. *Causa Catalepsis*, affectûs rarissimi, & stupendi, statuitur nunc frigida & sicca cerebri & cerebelli intemperies, nervos constipans, ac condensans; nunc melancholia, non tantum qualitate frigida & sicca constipans & refrigerans, sed & quantitate replens & distendens: nunc soporifera qualitas: nunc spiritus congelans, fixativus natura fulminis instar; nunc spiritus animi: uno impetu concitatius in membra influentes, in motu autem suo cerebrum versûs impediti, ut ad eò membra tensa, & rigida reddant; hinc aliqui hunc affectum reducant ad Convulsionem.

VII.

Signa diagnostica : in definitione & differentiis expressa.

VIII.

Prognostica : *Coma vigil* periculosum est, comes februm malignar. mutari sæpius solet in *phrenitidem*, vel *Lesbarum*. Unde *Galen.* hunc affectum medium constituit, inter phrenitidem & lethargum. Deliria in Comate vigili graviora, convulsionem præfagiunt.

C 2

giunt. Coma vigil periculofum, accidens ex virium debilitate, ex vehementi morbo, inanimifimis doloribus, vel immodica evacuatione. *Catalepsis* affectus periculofus ex Hipp. in proreth. quæ cum exfolutione fixat Carochæ, & Aphonia, periculofe funt. Minus periculofa eft Catalepsis, fi fit sympathica, invafionesque ejus breviores, & rariores funt, alias faciliffimè degenerat in Apoplexiam vel Epilepsiam. Catalepsis in fenibus eft incurabilis: Catalepsis, febre fuperveniente, quandoque foluta eft.

IX.

Indicatio, & Curatio: petenda ex febris maligis, & affectibus foporofis ac convulfionibus, & phrenitide. Exempla Catalepticos vide apud *Foreftum, Donatum, Schenckium, Dodonaum, Bartholinum, Grembfium, Fofsecam.*

In Catalepsi laudantur *tinctura auri, Effentia ambræ, ol. cinamomi, falia volatilia &c.* quæ omnia videri poffunt fequenti capite, & capite de Comate, Caro, Lethargo, & Convulfionibus. Valet etiam liquor C. C. *succinatus, fpir. fuliginis, tinctura caftor. fal. volat. oleofum, &c.*



CAPUT IV.

Apoplexia.

I.

Nomen: Apoplexia etiam dicitur *Morbus attonitus, Syderatio, univèrſalis corporis Paralyſis, Percuſſio, letus, Reſolutio nervorum, Aphonia* feu *Vocis defectus, Gutta.* Germ. *der Schlag, Gewalt-oder Hand Gottes, der Tropfen.*

II.

Definitio: eft præceps feu repentina abolitio motus animalis, (dico animalis: quia naturalis & vitalis motus, licet etiam patiantur, non tamen abolentur, remanet enim pulſus, licet vix perceptibilis, & respiratio; ob motum naturæ & ſpiritus perpetuum feu à narivitate, fine ulla intermiſſione, vigilantibus & dormientibus aſſvetum, unde etiam tam facile lædi non poteſt, ſicut in aliis partibus; læditur tamen aliquando in forti Apoplexia respiratio, ſed non totaliter: Alia ratio dari poteſt, quod respiratio fit actio partim animalis, partim naturalis, illa ceſſat, hæc facit quod poteſt,) & omnium ſenſuum, ex- & inter-

internorum, manente pulſu, & respiratione plus minus læſa & ſtertoroſa, per verbum præceps, differt à cæteris foporofis affectibus, qui ſenſim funt.

III.

Genus: eft ſymptoma abolitorum omnium actionum animalium excepta respiratione.

IV.

Subjectum: eft cerebri medullium, feu tota ſubſtantia, maximè quoad baſin & centrum, & præcipuè medullam ejus oblongatam, ubi nervorum principium eft: non autem, ut alii fingunt, rete mirabile, neque arteriæ carotides, neque torcular, neque ventriculi cerebri, ſed tota ſubſtantia, & maximè mox dictæ partes; ratio eſt: nam licet omnes hæ partes in cerebro ſitæ, in Apoplexia afficiantur, interim tamen non funt primariò, ſicut tota ſubſtantia feu medullium & maximè medulla ejus oblongata, quæ ſpinalis medullæ principium dicitur, ſed tantum ſecundariò affectæ; & ratio datur, quia conflat experiètià, & exemplis, quod Rete mirabile, Arteriæ Carotides, Tortular trium ſinuum ventriculi cerebri, sæpè obſtructa, & materià repletà reperta fuerint, & tamen nulla prorsus Apoplexia exinde orta ſit. De ventriculis: ex mente Hipp. & Galen. plurimi Præctici tenent, illos in Apoplexia multum laborare: ſed flante circulatione ſanguinis, iſta ſententia per ſe corrui, & ceſſat hoc commentum; quia in novæ Anatomie & circulationis experimentata ſententia, manifeſtè patet, Ventriculos Cerebri, qui excrementorum, juxtà Veteres & Recentiores funt receptacula, nullatenus eſſe poſſe ſpiritus officinas, neque in illis ventriculis cerebri ſpiritus animales nec generari, nec contineri, quia potius excrementitiis humoribus ſcattere deprehenſi, neque tamen Apoplexia exinde orta fuerit.

Sed dices: *Tulpius* in *obſervat. i.* refert: apoplexiã tacti, & extincti, in horum ventriculis plurimum aquæ fuit repertum, & hoc familiare eſſe Apoplecticiſ. R. vera Apoplexiæ cauſa (quasi juxta omnes) non in aqua, cerebri Ventriculis contenta, ſed in ſanguine & ſpiritus, in cerebri ſubſtantia & vafiſ eſt ſtatuenda. R. 2^{do} illam obſervationem & hiftoriam *Tulpii* eſſe dubiam, an ille æger, Nominè Baxius, Apoplexiã mortuus fuerit, eò, quod plura cordis, quam cerebri ſymptomata exprimat *Tulpius*.

Hinc pariter patet, quod nec pori cerebri affecti cauſa, vel ſubjectum eſſe poſſint Apoplexiæ, ut cum *Galeno* multi tenent; ratiò quod ab his Authoribus nullus explicuerit, quid per poros cerebri intelli-

gant, & revera Oedipo opus haberent: 2^{do} nulli dantur pori, per quos spiritus animales ultrò citròque possint meare, sed præcisè per arterias; unde ista tantum sunt falsa supposita, quia certum est, quòd spiritus animales vasa sua non derelinquant, quàm diu vita suppetit corpori, quomodo enim ab anima aliàs possent dirigi.

V.

Differentia: alia *fortissima*, respiracione ad sensum cessante, alia *fortis*, eadem inordinatà cum stertore & spuma existente: alia *minis vehemens*, eadem inæquali: alia *lævis* eadem æquali, sed debili existente; & hæc sæpè in Paralyfin definit, & eà correpti, mox ad se redeunt: alia *perfecta* & *totalis*, alia *partialis*, & quidem vel dimidii corporis, *hemiplexia* dicta, vel in uno, aut altero membro seu latere, *paraplegia* &c. alia *sanguinea*, alia *pituitosa*, alia *serosa*, alia *privativa*, oriunda ex defectu spirituum citra crasin eorum læsam, quæ accidit suspensis, vel ex casu ab alto, vel sanguinis effusione intrà cranium, aut meatuum cerebri; alia *positiva*, quæ crasin spirituum & constitutionem vitiat, & eorum motum & functiones impedit, & hæc fit ab opiatis, fumo carbonum, fulmine, vino vel spiritu vini, alia *idiopathica*, alia *sympathica*, alia *accidentalis* subito & fortuito affligens, alia *habitualis* superveniens post certas prægressas dispositiones. Quæstio hic movetur: an Apoplexia propriè detur hæreditaria? R. 1^{mo} plures sunt qui hoc tenent, ut *Sennerstus*, *Nymannus*, *Forestus*, *Willis* &c. dicuntque, totas familias Apoplexiâ interiisse, quia hæreditaria plerumque est lethalis, sed modum quomodo Apoplexia hæreditaria fieri possit, non explicant; plerique ad temperamentum frigidum confugiunt; sed hoc fallit, quòd tale temperamentum copiosum sanguinem non generet, ex quo Apoplexia oriri possit, temperamenta facillè mutantur in prolibus. R. ergo 2^{do} hæreditariam Apoplexiam magis oriri ex mala conformatione organorum, quando nimirum arteriæ & nervi aliæque organa, præcipuè autem arteriæ carotides, ubi tenuem meningem ingrediuntur, exiliores & angustæ à nativitate conformantur, quæ facillè obstrui possunt, cum vix pilum adæquant, & sic facillè à nativitate sic factæ, Apoplexiam hæreditariam inducere possunt; si enim N.B. temperamento frigido hoc jus hæreditarium attribueremus, ex hoc sequeretur, quòd omnes in senio prognati Apoplexiæ forent obnoxii, quod falsum esse experientia docet. Huc reducitur affectus ille, in praxi sæpius observabilis, ambigens inter Apoplexiam & Epilepsiam, in quo ægri considunt, ut apoplectici, non tamen motu planè privantur, neque etiam

convel-

convelluntur, neque vox initio statim perit; quandoque superveniens vomitu liberantur.

VI.

Causa immediata: impeditus ac subsistens motus cerebri, & denegata irradiatio spirituum; ex pororum, meatuum & tubulorum cerebri quoad basin sive obstructione, sive compressione, vel spirituum animalium torpore; unde Nota: Cerebri motum non fieri à cerebro, sed per motum Arteriarum ipsi cerebro communicatum, pulsata enim eò prorsus modò, quò Arteriæ, unde dum cessat motus cerebri, in instanti adest Apoplexia, id est: sensus & motus abolitio, prout vidi Romæ in Juvene, de quo in Praxi universali plura.

Nota, paucis dicam: omnis oritur proximè Apoplexia 1^{mo} vel ob spirituum Animalium conturbationem, 2^{do} vel ob eorundem torporem & immobilitatem, 3^o vel eorundem defectum; & hic rursum, vel quia non generantur, vel quia ad organa non deferuntur, idque vel ob viarum, id est, arteriarum & nervorum angustiam, vel rupturam & dissectionem per ictum, casum, &c.

VII.

Mediata: pituita viscida lenta, basin nervorum, seu comprimendo, seu obstruendo, vel cruoris circulationem impediendo, & hæmatosiam, seu sanguinis sufflammationem, seu stagnationem inducendo, ad quam & simul Apoplexiam causandam concurrit, spirituum, & liquorum circulantium in quanto, quali, vel motu vitium, & organorum cerebri vel obstructio ad intrà, vel compressio ab extrà: vel serum substantiam cerebri molliorem, laxiorem, ut quasi diffuset, subsideat, nervorumque principium premat, reddendo: vel melancholia, fœcumento suo tartaro cerebri molem comprimendo, vel obstruendo, narcosi vaporosâ suâ, spiritus stupefaciendo, & figendo, lumen ac splendorem eorum obfuscando, aciditate sua armoniacali & vitriolatâ mollem cerebri substantiam lædendo, constringendo, ejusque vias, ac meatus lethaliter constringendo. Hanc causam allegat *Hipp. 6. aph. 56. morbus melancholicus per hæc tempora suspecti humorum decubitus, vel Apoplexiam corporis, vel Convulsionem, vel Maniam, vel Cæcitatem denunciant.* Vel circulatio sanguinis impedita, & quidem minus in affluxu, per arterias carotides, & vertebrales ab humoribus, & vaporibus austero-acidis coagulativis, sæpius in impedito refluxu, dum à venis non debite resorbetur, sed vel in vasculis meningum, vel similibus cerebri, aut vasis jugularibus, stagnat, turgescit, & non rarò in cerebri substantiam, lethali vomitu effus-

effunditur. Fit autem stagnatio, vel vitio sanguinis, vel nimis copiosi, mucosi, pituitosi, grumosi, & coagulati, vel vasorum, dum ex contusione, Hipp. 7. aph. 58. laceratione, vel ruptione naturalis sanguinis circulus impeditur, vel vapores narcotici, s. extrinfecus oriundi, ex abusu opiatorum, spiritus vini, gas carbonum, aut liquorum fermentescentium: s. intrinfecus, à veneno quodam narcotico, glaciali, virioliato, vel sulfure foetido, venenoso, in præcordiis latente, ac ad cerebrum delato, spiritus veluti syderantie, mortificante, ac Eclipfin microcosmi lunarem causante,

VIII.

Causa dispositiva: sunt dispositio hæreditaria, consistens in nativa cerebri debilitate, ejusque pororum ac canaliculorum angustia, ætas senilis, nam ex Hipp. 6. aph. 57. *Apoplexiæ maxime fiunt ab anno 40. ad 60. usque.* complexio pituitosa, mucii & salivæ copia, quo juxta Hipp. lib. 3. de diæta, sunt plenitudinis indicia, corpus vastum obesum, brevi, angustaque cervicæ præditum, crapulæ, & somno meridiano deditum.

Apoplexiæ proximi sunt, quibus sopor frequens, corpus iners, oculi spontè lachrymantur, memoria debilis, vertigo, & incubus frequens, mucii & salivæ abundantia, ac in somno effluxus,

IX.

Externa: sunt tempus hyemale, teste Hipp. 3. aph. 23. imbres assidui 3. aph. 16. aër aquilonaris, crapula, ingluvies, cacœthes tabaci, venus nimia in senibus, evacuationes consuetae suppressæ, scabies retro pulsa, vehemens ira, lucubrationes, exhalationes calcis, carbonum, cerevisia, mustum recens, contusiones, vulnera, percussiones; vel spiritus turbando, & poros confundendo, vel cruorem extravasando, vel cerebrum comprimendo. De his loquitur Hipp. 7. aph. 58. *quibus occasione atiqua cerebrum vehementer concussum fuerit, mutos fieri proxinus necesse est.*

X.

Signa diagnostica: Imminentis Apoplexiæ sunt sæpè nulla, aliquando capitis dolor subitò adveniens, mentis torpor, scotonia, seu vertigo, somnolentia, incubus; extremorum frigus, & tremor, caligo oculorum, seri effluxus ex ore etiam in somnò, dolor dorsi, fridor dentium, parotidum tumor. Præsentis, sensûs & motûs subita cessatio, somnus profundus ore hiantè & sæpius stertere, pulsus naturalis subinde durus & inæqualis, color faciei, & oculorum plerumque ruber, facies tumida, corpus calidum, membra laxa resoluta, ipsi etiam subinde sphincter ani,

Quæ-

Quæres: quomodo Apoplexia. 1^o. differat à Syncope cardiaca seu Polypo cordis; 2^o. à Catarrho suffocativo. 3^o. ab Hysterica passione. 4^o. 1^o. Differt à Syncope cardiaca, seu Polypo cordis, quòd in hac pulsus ferè deficit, in Apoplexia durus observatur; Item in Syncope cardiaca externa frigent, facies pallet, sudor frigidus, pulsus & respiratio evanescit; In Apoplexia, abolitis actionibus animalibus, nihilominus respirant (nisi fortissima sit) arteriae pulsant, extrema calent, & plerumque tota facies rubet. Item in Apoplexia est stertor, in Syncope sunt partes rigidae; in Apoplexia flaccida, & laxa. Cæterum strictè loquendo, hi ambo affectus non nisi locò debità distinctione, uterque enim certò, & eodem modo interimit. Distinguitur Apoplexia à Caro, per stertorem, qui in Caro non est; dist. stinguitur à Lethargo per febrem, qui abest in Apoplexia. Distinguitur etiam Apoplexia ab Hysterica passione, (quia Hysterica etiam sæpè instar Apoplecticorum jacet) nam in Hysterica passione præcedunt signa affecti abdominis, & pulsus in hac vix ullus observatur, qui aliàs in Apoplexia sat sensibilis est, ob fortem cordis & arteriarum sanguinem pellendi conatum.

2^o. Apoplectici rubent, Hystericae verò pallent. 3^o. in Hysterica non omnes sensus solvuntur.

XI.

Prognostica: morbi hujus prognosin nunquam nisi funesta vel dubia ferenda, nunquam enim Apoplexia sine præsentì vel futuro periculo est: Si tamen post sanguinis missionem levamen sequatur, salutis spes esse potest, sed si somnolenti fiant, facillè recidivant. Hipp. 2. aph. 47. ait: *apoplexiam fortem solvere impossibile* (intellige non strictè, nec simpliciter, sed ut plurimum est impossibile) *debilem non facit.* Idem 6. aph. 51. ait: *qui valentes capitis doloribus repente corripiuntur, ac proxinus muti fiunt, ac stertunt, intra 7. dies intereunt* (Apoplexià nempe) *nisi febris intervenerit:* quæ tamen debet esse acuta essentialis, ab inito adhuc, cum virium robore: levis autem & remissior febris, morbum non ininuit, & etiam si tardius accedat, plus nocet, quàm profit, viribus jam fractis. Idem 7. aph. 50. ait: *quibus cerebrum syderatum est, intra 3. dies intereunt, si verò hos effugerint, sani fiunt.* Apoplexià liberati plerumque incidunt in Paralyfin, vel Memoriam jaeturam, ac ferè semper recidivant: Malum eidem superveniens sudatiuncula, quæ sumam naturæ oppressionem notat, & si æger ad sternutatoria non sternutet. Hipp. 2. aph. 43. ait: *strangulati & suffocati ad se non redeunt, quibus spuma circa os collecta apparuerit;* vehementia enim & periculum Apoplexiæ, ex

D

nova

nova spuma, quam respiratio affert, maxime agnoscitur, quia suffocantur: unde si etiam tantum ledatur respiratio, ut spuma circa os appareat, lethale est; alii dicunt: Spumam non præcise mortis, sed supremum vivendum conatum esse, & patet cum levi spuma evasisse, magnâ verò obivisse. Spuma autem hæc non sit levis, orta ex saliva, cum aëre agitata; & hæc spuma proprie non est, quia & hæc sæpe in paroxysmis epilepticorum ordinariè observatur, sed ex imò pectore prodatur, à sanguine stagnante per aëris motum reciprocum attenuatò, in spumam rarefactò, ac in fauces foras ebulliente, si supra nyctemeri spatium, id est, ultra viginti quatuor horas, seu intra diem & noctem, sine intermissione persistat, aut in deterius vergat, conclamatum est. Si juvenem, vel mediæ ætatis virum, ex causa sanguinea, adoriatur, non æquè funesta est, ac si Senem debilem, & emaciatum aggredieretur. Malus quoque prodromus est, in Apoplexia, Tremor, Hipp. 7. aph. 21. & frigus circa caput, & sudor circa frontem, lingua basitansia, Apoplexiam prænuntias. Hipp. 7. aph. 40.

XII.

Indicationes: sunt diversæ, pro varietate causarum; in paroxysmo æger excitetur, extrâ eum, reditus seu recidiva ejus revellentibus, evacuantibus, & roborantibus impediatur.

I.

Curatio: ob summam affectus urgentiam & truculentiam, minime est differenda, etiam generosissimis remediis; multa enim in præcipiti casu fiunt, quæ aliàs essent omittenda.

Propterea vocatur Medicus ad Apoplecticum: ante omnia hoc periculosum prognosticum proponat, & simul bene perpendat, an vita adhuc supersit, quod expiscari potest per candelam parvam accensam clausis fenestris naribus admodum, vel plumam levem naribus appositam, an moveatur locò, vel per speculum tersum, ori applicatum, an mutetur.

His factis ad curam accedet; quæ fit I. excitando ægrum, ejus corpus totum agitando, & non permitiendo jacere in lecto, sed oculos radiis solaribus & luci obijciendo; inquietetur per pilorum vellitationes, narium apprehensiones, acclamationes, digitorum complicationem, frictions pedum cum setaceo, cum sal. & acet. odores acres ex rut. castor. acet. spir. sal. armon. C. C. Inunctio ad nares, penna intincta in ol. succini, & affricta; mira facit; itemque ad verticem, tempora & nucham, ex Balsamo rut. succin. apoplect. v. g.

Sc. Bals.

x. Bals. apoplect. scr. i. major. rut. succin. an. scr. i. B. M. Sc. Bals. succin. apoplect. majorana, nucist. an. scr. B. ping. cast. gr. i. M. vel in forma liquoris Sc. Ag. meliss. lil. convall. an. unc. y. apoplect. cum ambrâ & mosch. unc. i. acet. rut. dr. ij. Utendum Sternutatoris, ut vitriol. alb. in aq. major. & spir. lil. convall. diffus. vel pulv. helleb. alb. castor. major. lil. convall. sem. nigell. cum ambr. mosch. x. g. Vitriol. alb. dr. i. aq. major. unc. i. spir. lil. convall. dr. i. B. M. vel Sc. Helleb. alb. major. fl. lil. convall. pyret. castor. an. scr. i. M. f. Pulv. insufflandus naribus; plura vid. tit. de Comate. Frictions linguæ, & palati spirit. iheriacal, campbor. vel ceras. nigr. cum paucis guttis ol. cinam. vel spirit. serpill. castor. vel expertum Elect. Timei: Sc. Sal. volat. succin. dr. B. iher. Andr. dr. i. B. pulv. castor. scr. ij. ol. dest. succin. rut. rorism. an. gut. ij. M. f. Elect. de quo, quantum caput cuspis cultelli in aq. apoplect. diffus. ægro infundatur, simulque lingua ac palatum fricetur. Valet etiam plurimum ol. destill. cinnamon, linguæ guttatim appositum: spir. salis armoniac, naribus obiectum. Sal. volat. urina, C. C. Succini, Crani humani, sanguinis humani odoratum, spiritus fuliginis. Admoveatur Camina vel tabula ferrea bene calefacta, vel ignita capiti, ut fecit Fracastorius: fiant frictions pedum cum sale & aceto squillitico cum pulvere sem. sinapi. Æger nullatenus ad lectum ponatur, quia nullus facile salvatur, ratio est; quia in lecto major ad somnolentiam propensio, & caput à materia peccante magis impeditur. Secus, si stat, vel sedet, caput liberius se habet: quod si tamen ob debilitatem in lectum collocandus, non supinè sed erecta cervice ponatur,

II.

Clysteres acriores usurpandi sæpius, ex decoct. colocynth. vel Sc. Fol. primul. ver. beton. salu. rut. orig. cent. min. aa. Mib. fol. laur. unc. B. sem. carv. rut. sesel. an. dr. i. B. flor. lavend. stach. Arab. a. p. i. rad. angelica unc. B. fol. fen. dr. v. pulp. colocynth. in petia ligat. coq. ex l. q. aq. font. in col. unc. x. dissolv. hier. f. dr. vij. bened. laxat. unc. B. ol. rut. cast. an. x. i. sal. gemm. scr. iv. M. Nota: ut clysteres acres bene operentur, nulla sunt addenda olea, quæ vim illorum obtundunt. vid. de Comate. Suppositoria etiam acriora locum habent, præsertim si Clysteres debite non reddantur. v. g. Sc. Pulv. hier. pic. Gal. scr. iv. coloc. pulv. scr. ij. cum melle coct. q. B. M. f. 2. suppositoria. Addi etiam possiet drag. helleb. alb. &c.

III.

V. S. teste *Celfo*, vel occidit, vel liberat; aliud curationis genus unquam sanitatem restituit; administranda cum prognostico dubio, & protestatione, præsertim in privativa, vel *sanguinea*, ubi ex faciei & artuum rubore, aliisque circumstantiis stagnatio sanguinis colligitur, illeque vel causæ principalis, vel adjuvantis, vel finè qua non, rationem habeat: *minus convenit in pituitosa*, ætate decrepita, in positiva, & ea, quæ subito ex ingluvie exorta est, & ubi vires fumè dejectæ, quod colligitur ex respirationis læsione, faciei pallore, & coincidentia, extremorum frigore, & sudore post angustiam respirationis. Venæ sectio si locum habet, debet sine omni mora noctu, five de die fieri: idque non una vice sed per intervalla, intrâ tamen paucorum horarum spatium; sic enim vires non ita deiciuntur: & si à venæsectione facies vividior fiat, & respiratio facilior, pulsusque melior, bene sperandum.

IV.

Vomitoria: nervorum oscula validè concutientia, impedimenta spirituum, & causam morbificam tollentia, præferuntur *venæsectioni* in Apoplexia positiva, & iis, qui talem incurrunt ex ingluvie & commensationibus; sint autem fortiora, in forma liquida, additis simul spirituosus. v. g. *R. Syrupi emetici ʒij vel ʒi. aque Cinnam dr. vi. vel unc. i.* Misc. Si verò locò vomitus purgatio esset instituenda, illa statim seu paucis horis post venæsectionem instituat, neglecta temporis electione; nec enim in hoc præcipiti casu, timidus & cunctabundus debet esse Medicus, cum hic morbus brevi sua percurrat tempora, teste *Hipp. 4. apb. 10.* & illa purgatio forti medicamento fieri debet, ob causæ pertinaciam, & naturæ legnitiem, quæ non nisi vehementioribus irritatur. Consultissimum est, *purgantibus* specifica *sputuosa & volatilia admiscere*, & sic unâ fidelâ plures dealbamus parietes: Purgantia autem in forma quacunque possunt præscribi, vel in pilulis, vel portione, prout visum fuerit. De his vidè tit. de Paralyti.

V.

Si ex *V. S.* respiratio & pulsus melior fiat, *iteranda*, hinc nonnulli *venam frontis*, alii *jugulares* aperiunt: imò ipsas *arterias carotides*, id, quod ipse in multis practicavi; habito prudente chirurgo, & facta debita & ex arte applicata pressura, eaque ad minimum 24. horarum spatio relicta. Vices subeunt, *cucurbit. scarif.* ad scapula occiput &c. *una* etiam cum multa flamma *capiti* raso applicari potest,

potest, & est magnum remedium. *Hirudines*, post aures appositæ, mirum in modum expergefaciunt. *Vesicatoria* ampla ad nucham, manus, pedes, scapulas, vel retrò aures applicentur, Alii, *cauterium actuale* futuræ coronali, alii nuchæ adhibent.

VI.

Intrinsicæ exhibenda, spiritus deficientes instaurantia, sopitos excitantia, & poros clausos aperientia, ut v. g. *Aq. apoplect. cum spir. ceras. nig. & essent. rorism.* vel *spir. sal. armon. c. c. fulig. vel aur. potab. vel sal. volat. oleos.* vel *R. Aq. ceras. nig. lil. convall. meliss. an. unc. i. apoplect. dr. vi. cinnam. dr. ij. elix. vit. Matth. dr. i. B. syr. fl. eun. dr. vj. M. vel. R. Elix. vit. Matth. unc. ij. spir. ceras. nig. dr. vj. essent. ambr. vel rorism. dr. ij. jul. ros. unc. i. B. M. vel B. Aq. apoplect. ceras. nig. epilep. lang. perlar. usitas. an. unc. i. cinnam. dr. ij. spir. ceras. nigr. lil. convall. an. dr. ij. Sacch. perlar. dr. ij. M. addi etiam possent, *cosf. alk. marg. præp. corall. præp. & c.* vel *R. Aq. lavend. unc. i. B. apopl. spirit. lil. convall. an. unc. B. tinct. castor. scr. i. sp. sal. armon. dr. i. ol. succin. nig. scr. B. syr. de beton. dr. vj. M.* dentur omnia coelectim &c. In Apoplexia sanguinea, urinosa volatilibus oleosis præferuntur & è contra.*

I.

Præservatio: fit, *Dieta* convenienti, in qua aër calidus, purus, non autem nebulosus, pluviosus frigidus: cibus calidus, paucus, coctus facilis, conditus mitioribus *aromatibus*, & *herb. thym. major. rorism. salu. hyssop.* &c. Cæna sit pauca vel nulla, potus *vinum neccarin.* vel *oligophorum* vel *vinum* in quo *succinum insulum* sit aut *decoct. chin. sasaph. thet.* v. g. *R. Scob. lign. sasap. rad. chin. an. unc. B. cinnam. opt. dr. ij. sem. anis. dr. i. c. c. præp. ocul. canc. præp. a. dr. i. B. M. f. Pulv. gross. de quo coch. i. mensur. aq. fervid. injiciatur* tegendò, vel *R. Aq. font. lib. vj. cinnam. opt. unc. B. lig. sasaph. rasp. dr. i.* bulliant in Baln. aq. mar. 4. vel 5. bullit. Viteur *crapula*, vinum merac. spir. vin. Post pastum sumatur *Tragea*. v. g. *R. sem. anis. fenic. an. dr. vj. cinnam. acut. dr. ij. coriand. præp. dr. ij. corall. rurb. præp. marg. præp. aa. dr. i. B. cinnam. acut. dr. ij. amb. gryf. scr. i. sacch. albis. quadruplum M.* Exercitii locò sint frictiones. Somnus sit mediocris, nec meridianus, alvus laxa, exulens Venus, ira, tristitia.

II.

Singulis solstitiis, si sanguis abundet, instituat, *V. S.* quo spe-
ciat *apertio hamorrhoidum.*

III.

Quolibet mense purgandum per pilul. de succin. Crat. vel coch. cum castor. & pauco stimulo v. g. mercurio dulci, extr. kelleb. nig. Trochisc. albandal.

IV.

Dieta Sudorifera prodesse potest: laudatur & usus herb. Thee naturaliter somnum fugantis. Hinc cura sudorifera ex lignis, additis specificis ritè adhibita, & semel aut bis in anno repetita mira præstat; Ita etiam pulvis viperarum, si aliquo tempore continetur, multum prodest.

V.

Fonticuli excitandi in brachio, & pede brachii oppositi: magni etiam usûs setaceum, vel locò hujus Fonticulus in nucha, profertur etiam sacrificaciones, evacuationes particulares per errhina, apophlegmatizansia,

VI.

Conveniunt roborantia: ut succin. castor. cinnab. spir. sal. ar. mon. fulig. sang. hum. secundin. sem. sinap. eruc. nux mosch. frequenter masticata. Elix. vit. aq. apoplect. spir. ceras. nig. sed hæc moderatè, nè spiritus vini instar, magis ad Apoplexiam dissonant, præsertim in calidioribus. Chocolas. Rotula in usu esse possunt sequentes: ꝛ. Ambr. gry. scr. ß. ol. destil. anis. cinnam. nuc. mosch. an. gut. ij. caryoph. gut. i. sacch. in aq. st. arant. sol. uno. iv. M. f. Rotulæ, vel ꝛ. spec. diamb. dr. ij. conf. alk. compl. scr. ij. ambr. gry. gr. vj. sacch. albiss. in aq. nuc. mosch. diss. q. s. M. f. Rotulæ addi potest extract. lig. Aloës, oleum cinnam. mosch. &c. Morfuli ꝛ. spec. diamb. diamosch. dulc. a. dr. ij. cubeb. dr. iij. cardam. dr. i. nuc. Ind. condit. nuc. i. cort. aurant. condit. dr. vj. medull. nucis Indicæ condit. dr. ij. macis dr. i. sacch. in aqu. lavend. diss. lib. i. M. f. Morfelli asperg. ol. dest. unc. mosch. Pulveres ꝛ. Succin. alb. unc. ß. spec. diarrhod. Abb. dr. ij. rad. pæon. dr. i. ß. M. f. Pulv. vel ꝛ. Succin. alb. pulv. dr. ij. spec. diamb. dr. i. sem. carv. dr. ß. M. f. Pulv. de quo singulis mensibus dr. i. fumatur, die uno ante, & post novilunium ex aq. ceras. nig. Electuaria. ꝛ. Conf. st. tun. unc. ß. sem. sinap. alb. dr. vj. cardam. dr. i. aq. apopl. q. s. vel ꝛ. Conf. stor. amb. primul. ver. ros. an. unc. i. cort. cit. condit. nuc. Ind. condit. an. dr. ij. spec. diamb. diamosch. d. an. dr. i. conf. de byac. dr. i. ß. sinaragd. præp. scr. i. ß. vitriol. cephal. scr. ij. syr. de stach. q. s. M. f. Elect. In semine sinapi & erucæ; ut jam dixi, latet magna virtus, si ali-

si aliquot grana, x. vel xij. manè fumantur. Pilula & trochisci mei aut apoplectici sunt experti, & neminem vidi (qui illis usus est;) Apoplexiâ fuisse correptum, fumendo unam pilulam vel trochiscum omni die.

Extrinsecus inunctiones, manuum, extremitatum, temporum, & verticis cum bals. apopl. v. g. ꝛ. Ol. nuc. mosch. unc. ß. ziber. dr. ij. mosch. amb. an. dr. i. M. Emplastrum ad rasum caput ex antepil. Craton. vel ꝛ. Gumm. tacamach. unc. i. stor. calam. unc. ß. bals. Peruv. dr. ij. ol. succin. alb. scr. ij. tereb. cyp. q. s. M. f. Empl. derafis capillis vertici applicandum. Cucupha v. g. ꝛ. Fl. cham. Rom. p. ij. lavend. flor. prim. ver. stach. Arab. an. p. ij. sol. laur. meliss. pulv. an. p. iij. Gumm. juniper dr. i. ß. benz. stor. calamitæ an. dr. i. nuc. mosch. dr. ij. ras. lig. Rhod. dr. iij. mosch. gr. iij. incis. & contus. asperg. ß. lil. convall. & f. Cucupha. Valent etiam umacea, vel faces vini fomentando partes.



CAPUT V.

Paralysis.

I.

Nomen; Paralysis etiam dicitur Resolutio, aut mollificatio nervorum, Apoplexia particularis, Paralysis privativa. German. die Lähmung, der halbe Schlag.

II.

Definitio: est motus in una parte vel pluribus, voluntario motu donatis, abolitio, quandoque & sensus simul, exorta ex defectu spirituum animalium, qui vel non debite influunt, vel in partibus non debite recipiuntur; alij Paralyfin dicunt esse resolutionem nervorum, à græco verbo παραλύω id est: resolvo.

III.

Genus: est Symptoma motus aboliti, quandoque etiam sensus; ubi nota: si sensus & motus læditur in Paralyfi, intelligimus summum ejus gradum: Immobilitas enim & insensibilitas in partibus, summè sunt naturæ contraria, nam ad motum, & sensum nati sumus, siquidem ad motum destinata sunt membra, seu partes, v. g. ossa, musculi, nervi, cerebrum, spiritus animales, & ipsa anima spiritus regens, & ideò hujus immobilitatis causâ & ratione, tanta est Apoplexiæ & Paralyleos affinitas.

IV. Sub-

IV.

Subiectum : Sunt musculi fibris motricibus & nervis præditi, qui nunc in infertione, nunc in origine sua, spinali scilicet medulla, sunt læsi.

V.

Differentia : alia est *universalis*, in qua vel totum corpus, excepto capite occupatur : alia *particularis*, quando hanc, vel illam partem occupat ; alia *privativa*, quæ Apoplexiam sequitur, vel per se inchoat ; existentente vitio in nervis vel spinali medulla : alia *positiva*, s. *Parafis*, de qua infra, illa, id est privativa, vel est *innominata*, dum omnes partes infra caput sunt paralyticæ, alia *hemplexia*, quæ dimidiam tantum corporis partem seu latus occupat, alia *paraplegia*, de quibus supra de Apoplexia, quando nempe omnes, quæ sub capite sunt partes occupat, & dicitur etiam *universalis* ; alia *particularis*, quæ unicam tantum partem obfidet ; alia *levior*, ubi motus cessat, remanente sensu ; quia ad motum efficiendum major virtus requiritur quàm ad sensum : sentire nim est pati, movere est agere : alii dicunt hoc fieri ex imperfecta obstructione : alii confugiunt ad naturam partis affectæ, in quam nervi diffunduntur : unde si nervus tendat in musculum, motus deperditur, sed non sensus, si verò in membranas, sensus aboletur, sed non motus, alii dicunt, si sensus & motus perit, est omnimoda obstructio, si unum tantum, est semi-obstructio ; alia *fortior*, seu perfecta, ubi sensus simul & motus cessat, alia *fortissima*, ubi simul partes frigide, læxæ, ad marasum & atrophiam pronæ. Respectu causarum, adhuc dantur aliæ Differentiæ Paralyfis, nempe, quòd alia sit à nervorum angustia, vel obstructione, vel constipatione, vel tumore, vel compressione, vel contusione, vel vulnere, vel dissectione, casu, ictu, vel luxatione vertebrarum dorsi.

Vel à rebus narcoticis, v. g. ex halitibus antimonii, Mercurii, auripigmenti, spiritus vitrioli, spiritus niri, vel contactu torpedinis, spiritus vini. Alia rursùm est à Colica materia, ab intestinis ad artus exteriores translata, alia scorbutica, à scorbutica materia causata, alia hysterica, ab utero orta. Alia exotica, quæ Indis est familiaris, & *Berberi* seu ovis dicitur, eò, quòd ea affecti, tanquam oves incendant. Quæres : quomodo differat Paralyfis ab Apoplexia ? ». Differunt gradibus, seu secundum magis & minus. Quæres ? quomodo Paralyfis differat à stupore ? ». Distinguuntur etiam secundum magis & minus, quia stupor est parva Paralyfis ; ita *Hipp.*

VI. *Causæ*

VI.

Causæ internæ : defectus, seu inopia, seu paucitas spirituum animal. accidens, spinali medullæ, vel nervis aut nimium refrigeratis, & humectatis, nam ex *Hipp. s. aph. 18. frigidum inimicum, s. sibus, dentibus, nervis &c.* vel obstructis, ab humore crasso acido-austero, in eorum medullarum se insinuante, aut extrâ eos comprimente ; vel nimium irrigatis, ab humoribus seroso-biliosis, quod tamen potius in *Parafis* accidit, aut iis distortis, in *luxatione vertebrarum*, aut solutam unitatem, seu dissectionem passis in *vulneribus*, aut vi narcotica affectis, ex *contactu torpedinis*, mercurii vivi, aut *fibris nervosis* circa radicem spinalis medullæ contractis, ut spiritus animales debite transire nequeant, hinc Paralyfis & Convulsio sæpius permutantur.

VII.

Externæ : frigus aëris, teste *Gal. de locis affectis 4. capite*, quando nimirum aër athere peregrino, vel acidis austereis particulis imbuitur, mora in aqua frigida, vel pluvius, attractus mercurii. Hinc familiaris aurifabris, specula inargentantibus, & fossoribus in fodinis mercur. vel arsenic. somnus in loco humido, radii lunares, crapula, vinum jejunè bibitum, Venus nimia, inedia, ira, mæror, suppressæ consuetæ evacuationes, casus, contusio, vulnera, luxationes, tumores juxtâ spinam dorsi, præcisio nervorum, & quæcunque continui solutio ; vel etiam scorbutus causa sæpe est ; Item colica biliosa, luxatio vertebræ, condensatio nervorum, ætas senilis, morbi chronici.

VIII.

Signa diagnostica : in definitione, & differentiis expressa. Signa causarum, à propriis signis desumenda.

IX.

Prognostica : est morbus curatu difficilis : hinc *Christo Medico* in evangelio pro curatione propositus : unde bene dicit *Sanctus Joannes Chrysostronus* : morbos quos *Christus curavit, Medicus non attingat* : non enim nos possumus, quæ *Christus potuit*. Chronicus etiam per plures menses & annos quandoque durans, & plerumque de novo transiens in Apoplexiam. In sensibus incurabilis est : vere & ætate citius quàm hyeme curatur. Bonum, si ei superveniat tremor, aut sensus fornicationis, significat enim meatus nervorum aperiri & spiritibus viam sternere ad influendum, si partes actu calidæ, si febris, valida, vel diarrhæa superveniat ; malum, si partes continud frigide, pallidæ, vel atrophica superveniat. Crurum & pedum resolutio, facilius curatur quàm partium superiorum, quia nervi pedum durior-

E.

durio-

duriores & robustiones sunt; Paralysis Apoplexiæ succedens rarissime curatur, sed plerumque in Apoplexiam iterum degenerat. Quò plures partes simul infestat, eò difficilius curatur.

X.

Indicationes: pro causarum varietate variæ: in genere tamen humores peccantes revellendi, evacuandi, discutendi, absorbendi, ulteriores eorum generis præcavenda, intemperies seu diacrisia cerebri corrigenda, & partes nervosæ roborandæ.

I.

Curatio fici præmissis *clysteribus* excretionem sollicitantibus, & simul alterantibus, non autem nimis emollientibus, qui potius læderent, quàm prodesse, vel *laxativo*, aut *vomitivo*; vomitoria enim multum profunt, causas amovendo. *Abstinendum à V. S.* ni plethora vel suppressa sanguinis evacuatio adfit, vel malum oriatum ex ictu, casu, vulnere, nè major affluxus fiat, vel si adfit anhelosa respiratio, vel motus sanguinis progressivus impeditus, fiat tamen parca manu, & potius per vices.

II.

Materia præparanda: v. g. *℞. Ag. iv. arthet. unc. ij. primul. ver. unc. ij. beton. hyssop. lil. corvall. an. unc. ij. syr. de beton. de stach. an. unc. ij. oxymel. squill. unc. i. B. M. col. dof. unc. 3. l. 4. m. & v. vel ℞. Mell. puriss. unc. v. aq. comm. lib. 3. coq. lens. igne ad desumptat. in col. ferv. infund. fl. salu. orig. an. M. B. stach. Arab. primul. ver. puleg. beton. serpill. an. p. j. rad. enul. irid. an. unc. B. sem. anis. fenic. coriand. an. dr. i. mac. cinnam. cardam. an. ser. iv. cubeb. dr. iij. stent in loco calido per noct. m. bull. semel atque iterum col. clarif. cum alb. ov. Dof. unc. iv. bis de die. Hinc purganda pilul. ferid. de agar. cum castor. & troch. alchand, aut hydromellise laxativo. plura laxativa vid. tit. de Apoplexia. Præterea nota: purgantibus semper addatur *Mercur. dulcis*, qui excellit: etiam *vomitiva* quandoque habent locum; vid. supra de Comate, *Caro*, *Lethargo*, ut hoc capite mox dicemus. v. g. *℞. Extr. panchym. cr. i. troch. alchand. gr. v. sal. volat. succin. gr. iv. cum s. g. syr. de stach. M. s. pil. N. xi. deaur. vel ℞. Mass. pil. fatid. l. extr. coch. ser. i. extr. elleb. nig. gr. x. castor. gr. xv. troch. alb. gr. iij. vel mag. gial. gr. v. cum ol. succin. s. g. M. s. pilul. N. xij. deaur. ℞. Rad. enul. fenic. in Flor. an. dr. ij. herb. beton. meliss. anth. salu. an. p. i. sol. fenn. s. unc. i. agar. troch. unc. B. mechoac. dr. iij. turb. alb. gumm. dr. ij. galang. min. dr. i. M. s. Nodul. pro mens. hydromellis.**

In

III.

In malo contumaciori *Dietæ sudorifera* instituenda, quæ desperatas sæpè Paralysis sustulit, ad intrâ & extrâ adhibita & applicata; in qua tamen *Regula Hipp. in coacis* observanda, ubi de sudoribus ita scribit: *Sudores qui sensim exeunt, profunt, qui verò confertim erumpunt nocent*; Instituenta igitur moderatè, ex decocto *Guajac. & ejus cortice*. Decoctum *Musitani ℞. Sarsaparill. unc. 3. visci quer. cin. unc. i. B. ras. C. C. & ebor aa. dr. ij. ligni sassafras. unc. B. fol. salviae, sambuci aa. p. j. infund. in aq. Card. bened. lib. iij. stent in fusa 24. horis & coq. detur lib. B. vel ℞. Lign. guajac. unc. iv. cort. ejusdem unc. i. sassafr. dr. vi. rad. enul. pæon. irid. an. unc. B. incis. & conguass. assund. aq. font. puriss. lib. v. stent infusa in loco calid. per horas 24. coq. ad reman. lib. iij. B. adde in fine coct. fl. salu. primul. ver. anth. lavend. stach. an. dr. ij. cinnam. acus. unc. B. ebull. semel atque iterum colat. dulcoretur sacch. assumptis unc. iv. sudetur, in laconico excitato vapore, vel per spir. vin. vel Decocto cephalico scoriis aut lapidibus ignitis insperlo v. g. *℞. Herb. major. salu. hyssop. serpill. an. m. i. fl. chamom. rorism. m. i. lavend. m. B. bacc. juniper unc. iv. fol. laur. m. i. B. coq. ex aq. l. acet. s. g. pro suffumigio, si æger in laconico sudare nequeat. Riverius post haustum sudoriferum, admovet partibus paralyticis lateres ignitos, extinctos in decoct. cephalic. parato cum v. m. alb. ac paucio aceto & linteo involutos. Possent etiam hærentium sudoriferum sumi. Pulveres ex ant. diaph. sal. vol. c. c. r. ipr. cinnab. assibus microcosm. calcinatis, item mixtura simplex, sal. volat. oleof. Sylvii, vel nobile; liquor C. C. succinat, spiritus fuliginis, bezoart. mineral. essent. lignor. tinctura autumnorij, tinctur succin. & spir. sal. armon. decoctum galli veteris cum lignis & herbis cephalicis, arthriticis diaphoreticis. Multisudant salivationem; alii syrumpum sancti ambrosij recommendant, expertum & excellens sudoriferum, à multis authoribus approbatum.**

Ejus descriptio hæc est: *℞. Milij excorticat. g. s. coq. in aqua donec intumescat, & crepet. ℞. Fumij aque unc. xvj. plus minus. adde vini græci dr. iij. vel unc. B. sumitur manè in lecto, & sudet, & sic per x. dies vel ultra assumptus mira facit. Therma naturales sunt sæpè summum remedium, & ultima appellatio in Paralyticis, auminose, nitrose, bituminose, sulphureæ.*

E 2

IV. Capite

Sant. Am
570ij. Syr.

IV.

Capite magis affecto, profunt etiam *errhina*, & *apoplegmatisimi*; v. g. \mathfrak{R} . *Aq. major. unc. i. pulv. lil. convall. scr. B. beton. scr. B. M. B. Nicot. rec. m. i. rad. pyretb. mast. an. unc. B. z. z. cardam. cubeb. an. dr. ij. cum s. q. mellis anthos. f. Globuli*, quorum unus vel alter masticetur. \mathfrak{R} . *Orig. major. serpill. an. m. i. fol. nicot. p. ij. rad. pyretb. unc. B. sem. nigell. dr. B. cardam. cubeb. an. dr. B. coq. ex aq. s. q. in col. unc. viij. dissolv. syr. de nicot. unc. i. beton. unc. B. oxymell. squill. dr. ij. M.* pro Gargarismate. *Causticum* etiam occipiti applicatum prodest, vel brachio sano, si alterum sit affectum, vel utrique, sit tibia laborent; quidam etiam *vesicatoria* applicant, vel *cucurbitula sicca* adhibeantur.

V.

Roborantibus *antiparalyticis* utendum: ut v. g. \mathfrak{R} . *Essent. ambr. cum spir. ceras. nig. & confect. alk.* Rotula v. g. \mathfrak{R} . *Succin. alb. prop. dr. i. B. rad. ir. Flor. dr. i. ambr. gr. v. ol. dest. cinnam. gut. vi. nuc. mosch. gut. ix. sacch. albiss. in aq. lavend. sol. unc. ij. m. f. Ros.* Conveniunt & *Morselli Zwelfer*. vel \mathfrak{R} . *Spec. diamb. diamosch. d. an. dr. B. contrà apoplex. diambod. Abbat. an. ser. ij. succin. alb. prop. dr. B. extr. lign. aloës gr. iv. confect. alk. compl. scr. iv. ol. nucist. expr. gut. vj. conf. flor. anth. unc. B. ambr. gryl. in spir. ceras. nig. sol. gr. iv. sacch. in aq. beton. sol. unc. vj. M. f. Morsell.* *Mixtura* v. g. *Aq. cephal. Carol. V. unc. ij. apoplect. carbunc. cinnam. an. unc. i. spir. lil. convall. melliss. an. gut. xij. ceras. nig. unc. B. man. Christ. perlat. dr. ij. M.* *Electuar.* \mathfrak{R} . *Elect. cephal. Timai unc. iv. conf. rorism. primul. ver. an. unc. ij. cubeb. dr. vj. cardam. dr. ij. ol. dest. salu. gut. xv. condit. calam. aromas. unc. i. B. cum syr. de starchad. s. q. M. f. Elect.* cujus dosis magnit. nuc. jugl. Valet etiam *extract.* *castor. essent. castor. Balsamus caelest. elix. vitæ Maeriboli virct. proprict. Myns. ol. campb. per destill.* plura vid. de Apoplexia.

VI.

Conveniunt *topica*, ut *frictiones* cum pannis calidis, *urticationes*, *inunctiones*, & in partem affectam, & spinalem in medullam ex *galbanet. bals. Guidon. ol. lumb. vulp. Laur. philosoph. destill. succin. lavend. rorism. salu. rut. junip. de lateribus. spica de castor. vinum. laurinum. costinum. naradum. ping. human. castor. bals. Peruv. paralyt. Mynsicht. ung. nervinum. martial. &c. v. g. \mathfrak{R} . *Ol. lumbric. compof. unc. ij. Philosoph. unc. B. vulp. Laur. rutac. an. unc. i. ol. destill. succin. scr. i. major. salu. rorism. an. gut. xv. ping. castor.**

dr. ij.

dr. ij. cer. parum. M. vel B. Ung. nervin. Martiat. an. unc. i. ol. tereb. dr. i. sal. vol. c. c. in spir. proprio sol. ser. ii. M. B. Ung. nervin. unc. i. ol. lumb. terresti. dr. ij. bals. Myns. vel sulph. campb. dr. i. axung. bom. castor. vulp. an. dr. i. B. ol. nucist. expr. dr. i. M. *Fomenta ex spir. vin. campb. aq. apoplect. bals. Peruv. vel spir. tartar. rectif. cum duplo spir. vin. vel spir. vin. cum spir. lumb. ess. castor. succin. spiritus formicarum, fuliginis, asellorum, lil. convallium, aque Anhalt. magnanimitatis v. g. Aq. arthrit. unc. vj. apopl. unc. ij. bals. Peruv. dr. vj. M. B. Spir. vin. campb. unc. ij. sp. lumb. terrest. uns. B. ess. castor. dr. vj. M. B.* affricetur quotidie membris resolutis, vel \mathfrak{R} . *Spir. vin. camp. unc. ij. formic. lumbric. aq. apopl. vel arthrit. an. unc. ij. essent. z. piper. dr. x. sem. cruc. unc. B. alum. pluv. auxorb. an. fr. i. M.* in vitro clauso, & post digest. filt. p. chart. quâ partes post levem pramissam frictionem illinantur. *Prodest essent. succin. cum sp. vin. rectif.* *Huc spectat frictio cum urina pueri calida. evaporationes ex decoct. herb. cephal. ex vin. alb. item spir. vin. z. part. & i. sp. Tart. rectif. vel B. Fol. laur. lavend. orig. an. m. ij. fl. rorism. salu. sambuc. starch an. vj. conorum abiet. N. xij. bacc. junip. m. v. cog. in vir. & acet. s. q. effund. super later. ignit. & excipiatur vapor. Suffitus linteaminum, v. gr. \mathfrak{R} . *Mast. unc. ij. gum. juniper. racamach. carann. an. unc. i. succin. unc. B. benz. storac. ros. rub. fl. lavend. an. dr. ij. M. f. pulvis pro suffitu.* *Huc etiam pertinent, Emplast. diaphoret. Mynsicht. ex racamach. cum ol. succin. de beton. de bacc. laur. de mellilo. oxycocum. de raris sine mercurio: Linimentum Wedelij.* *Huc spectant vinacea autumnali tempore, vel grana hordeacea post cerevisiam confectam residua, seu magma, seu spissamentum die Trebern, quæ multum profunt.* *Alii etiam sacibus vini calidis utuntur; balnea plurimi usus tum naturalia, tum therma, & potu, balneo, lotione capitis usurpate, tum artificialia vel ex formicis parata, integrum earum cubile, vel acervum seu cumulum oder Almeißhaußen, sacco inclusum, cum aqua effervescere sinendo, vel ex mineralibus, & nervinis; ut v. g. Fol. beton. salu. puieg. major. rorif. orig. hyssop. thym. bacc. & summit. junip. bacc. laur. alum. sulph. mir. &c. v. g. Fol. beton. salu. puieg. major. rorismar. orig. hyssop. thym. chamæpyth. an. m. ij. bacc. junip. m. ij. sulph. l. b. ij. mir. lib. i. M. pro baln. vel B. Alum. sulph. sol. salu. nob. m. j. includ. sacco. probaln.* *Imponi etiam possunt membra paralytica, in ventres animalium recenter mactatorum, & diu inibi detineri. Alii etiam suadent artem insuferiorum ex sano animali in corpus paralyticum; sed cum hæc operatio verita sit & pauca ex-**

E 3

empla

empla successisse animadversa fuerint, etiam nos eandem intermittimus. vid. *Mercklinus, de ortu & occasu Transfusionis Sanguinis.*

VII.

Dieta: aër sit calidus, siccus, purus, naturâ vel arte talis: vitandus pluv. nebul. & frigid. cibi sint boni succi; carnes magis assæ, quàm elixæ, panis sit conditus *sem. carv. anis. fœnic. pisces saxatil. aromatibus conditi sint:* abstinentium à stulentis, salis, sumô induratis, acidis, lacticiis, avibus palustr. carnibus agn. porcin. &c. potus sit decoct. *sasaph. v. g. R. Lig. sasaph. crasse limat. seu raspati seu rasuræ ser. ij. cinnam. acut. contract. dr. i. B. passul. dr. ij. sacch. cand. dr. B. ag. font. lib. ij. coq. in dupl. vase 4. vel 5. horis col. R. Rad. chin. unc. i. B. sem. anis. unc. B. coq. in ag. font. mens. i. B. ad consumpt. 3. p. add. in fine cinnam. el. dr. ij. M.* Huc etiam spectat. *tragea ordin. in Apoplex. vel thæe, vel hydromel, vel cerevisia satviata, vel rosismarinifata.* Vinum nocivum nisi paucum, *salvia-tum,* somnus & vigilæ sint mediocres, Venus, & animi pathemata exulent, alvufque sit lubrica. Plura vide de Apoplexia.



CAPUT VI.

Paresis, seu Contractura.

I.

Nomen: Paresis, ad differentiam prioris, dicitur etiam *Paralysis Sburia,* vel *positiva,* cum spiritus hic influant, sed non recipiantur; item Contractura, die Contracturæ.

II.

Definitio: est motus voluntarii in pluribus vel paucioribus corporis partibus abolitio, vel diminutio, remanente plus minus sensu, dependens à resolutione, relaxatione & atonia, seu languore fibrarum nervearum in musculis, tendinibus & ligamentis.

III.

Genus: est symptoma motus animalis plus minus aboliti vel diminuti, vel depravati.

IV.

Subiectum: sunt fibræ nerveæ musculorum, tendinum, & ligamentorum.

V. *Diff.*

V.

Differentia: aliâ est cum dolore, aliâ cum insensibilitate, aliâ cum atrophia, aliâ cum tremore, aliâ cum contracturæ membro-rum. Differt à vera paralyti, tum parte affecta, quia in hæc non spinalis medulla, & nervi, sed muscoli & tendines afficiuntur: tum quòd in hac sensus tactus magis superfit, tum quòd ordinariè hæc sequatur scorbutum, colicam, vel vinum immoderatè sumptum: illa autem apoplexiam; tum quòd hæc magis vaga sit complicata, quandoque cum doloribus arthriticis, abiens interdum in convulsiones, vel in malo confirmato, in contracturas.

VI.

Causa immediata: est resolutio, seu relaxatio tendinum & musculorum, eorumque fibrarum aut tubulorum inversio, vel obstructio, ut spiritus animalis non admittatur, vel non debitè recipiatur, ut membrum inflare & actare possit.

VII.

Mediata: humor tenuis, serofus, biliosus, inprimis acido-volatilii austero sociatus, tonum naturalem fibrarum laxans, nunc etiam contrahens.

VIII.

Externa: præcedens scorbutus, vel colica convulsiva præsertim malè tractata, vel remediis calidis aut purgantibus vehementioribus exasperata; hæc enim contumacissima, in qua alvus pertinaciter clausa, umbilicus introrsum retrahitur, cum torminibus, atrocissimis doloribus tandem remittentibus, cum corporis macie, quandoque etiam febre sæpius continua, lenta; subinde etiam intermittentis typum referente, in membris stuporem vel tremorem, hinc Paresin & contracturam efficit: acido intestina & mesenterium prius convellente, ad partes exteriores per metastasin delato: eò facilius etiam Paresin Colicam sequitur, si balnea in eadem usurpentur, upôte carnem musculorum flaccidam, effeminatam, & ad deteriorem metastasin recipiendam dispositam reddentia, ex Hipp. enim 6. aph. 16. *calidum frequentiore usu invehit hæc incommoda, carnis effeminatorem (id est laxationem mollificationem & humectationem;) nervorum incontinentiam, seu imbecillitatem &c.* Item præcipua causa est abusus vini, præsertim sulfurati, aut non debitè fermentati, ut facultentiæ sulphuræ & tartareæ non satis præcipitata fuerint, nec sulphur narcoticum satis exhalaverit, sic enim hoc acidum vini tartareum in stomacho non rite correctum, in intestinis Colicam, & in partibus extremis Paresin in-

fert. it. motus vehementes, irā & exandescētia, hinc bile æstuantibus frequentior.

IX.

Signa diagnostica: in definitione expressa; futuræ ex Colica Paresis signa sunt, effata musculorum constitutio, urina repente mutata, tinctaque magis, color partium externarum ictericus & subfuscus, dolor dorsi, & scapularum, sensus stuporis, tremoris, vel formicationis in membris; scorbutica, nisi inveterata, vaga est, uno die magis, altero minus lædens, digitis manuum & pedum nunc intumescētib; nunc detumescētib; nunc stupētib; nunc vagis doloribus infestatis.

X.

Prognostica: Morbus hic chronicus, & si radices egit ardui negotii; minus periculosus, si vires adsint, ceu per motum criticum noxium ad remotissima expellentes. Quandoque viribus diuturnitate dolorum exhaustis succumbunt, vel in convulsiones incidunt: Paresis lethargum producens, lethalis est. In senibus difficillime curatur. Paresis cum raucedine, tussi, deglutiendi difficultate, stertore, & pectoris angustia conjuncta, plerumque lethalis. Pessima etiam Paresis, quæ minus multas partes occupat, vires enim impares pereunt & æger moritur.

XI.

Indicationes: sunt, acidum demulcere, temperare, blandè evacuare, discutere, membraque resoluta roborare.

I.

Curatio: Fit Clysteribus emollient, refrigerant, & abstergentibus v. g. R. Brod. carn. cum sem. carv. decoct. unc. viij. busyr. clysmat. sacch. rub. an. unc. ß. ol. cham. mell. ros. sol. an. unc. i. r. v. ell. ovor. N. i. M. Minderero clyster familiaris fuit ex lact. mell. & ol. Alii eum parant ex lact. & terebinth. Vel R. Lact. vacc. lb. i. ß. sem. carv. mj. coq. ad lib. i. add. mell. crud. unc. i. ß. ol. anet. cham. lin. an. unc. i. sal. dr. ß. M. Vel R. Decoct. emoll. unc. x. dissolv. el. lenit. diacatbol. an. dr. vj. mell. ros. col. unc. i. ol. lin. unc. y. wiseth. ov. N. y. M.

II.

Utendum lenientibus ut bochet. rhabarb. infus. sen. mechoac. Tamar rhab. cum syr. ros. sol. de cich. cum rhab. &c. abstinentidum sedulo à fortioribus v. g. R. Syr. ros. sol. aur. unc. y. syr. de cichor. cum Rhab. unc. i. ag. borrag. q. s. M. col. aromatiz. cort. cit.

cit. R. Tamarind. dr. vj. passul. m. ß. fl. viol. dr. i. sol. sem. dr. y. rhab. dr. i. sem. anis. syr. ß. coq. in s. q. aq. in col. unc. ij. iv. dissolv. mann. el. unc. y. crem. tart. dr. ß. vel elect. de tamarind. dr. ij. syr. ros. sol. de cichor. cum rhab. an. unc. i. M. R. Rhab. el. unc. ß. grosso modo concis. infunde frigidè in lib. iv. aq. font. stent per noct. denturm. & v. unc. iij.

III.

Sudorifera temperiora profunt: ut spir. tartar. syr. de mil. chin. it. temperantia ut ser. lact. acidul. quibus intus assumptis, & extrà per modum Balnei usurpatis, hoc malum plerumque tollitur, nisi sumas radices egerit, præsertim si malum sit productum affectionis hypochondriacæ, si macies simul, & febris lenta adsit, profunt bordeat. justul. decoct. chin. rad. cichor. scorz. endiv. acetos. bepat. nobil. bord. &c. emuls. amygd. sem. mel. nucl. pin. cum brod. decoct. chin. &c. Mihi in praxi optimè servit, sequens Thee magistrale: R. Fol. & flor. besonic. scabios. heder. terrestr. summit. chamedryos. aa. Mj. flor. salvia, anthos. bugloss. aa. Mß. ras. CC. ras. ebor aa. zj. misc. incis. pro usu; in hoc manè porrigo Tincturam antimoni tartarizatam ad gust. xxx. vesperi, pulv. meum visceralem ad ʒß. cum terra sigillata, de quo vide cap. de Arthritide, vel locò hujus pulverem meum catarrhalem internum; de quo vide titulum de Catarrho.

IV.

Tandem zopicis utendum, quæ ipsis membris Paralyticis applicanda, sintque magis subtilia, calida & penetrantia, si æger complexionis humidioris, causa minus calida, & partes prius intumuerint, secus si æger biliosus, & pars ad atrophiam prona. Materia eorum petenda ex Paralyti. Maximè profunt Therme sulphureæ magnam vim emollienti, aperiendi, resolvendi, extrahendi & confortandi habentes, quo spectant artificiales, Doct. Sorbais, quæ sic habent: R. Sulph. viv. apyri, calc. viv. ana. lb. i. M. s. pulv. qui aliquot ebullitionibus cum aq. font. mens. viij. coquatur hinc ab igne removeatur, ut subsideat & refrigerat per noctem. Altero die fiat Balneum plenum ex aq. fluviatili calida, ad cujus refrigerium decantetur lixivium pridie ex speciebus extractæ remanens in fundo ollæ pulvere. Post usum balnei ex ejusdem aqua tantundem refundatur ad ollam, in qua pulvis ille subsedit, serventurque reliqua Balnei aqua in cuppâ bene tecta: altero die eadem aqua calefiat, & altera in olla existens, iterum ad refrigerium reasfundatur, taliter quater procedi potest, hinc novæ speciei recipiendæ.

V.

Dieta: cibi sint evchymi, ut *carn. vitul. hadin. aguin. gall. pull. capon. avicul.* elixa magis, quàm asla; vitanda aromata, *Saccharas. farinac. sulf. indurata &c.* conceduntur *pisces saxatil.* Prandium, & cæna claudantur *diacydon.* vel *fenicul. pauco sacch. obducto.* Vino abstinendum, nam teste *Minderero*, vino abstinentes, omnes ferè ab hac Parefi liberantur; omne enim vinum, etiam neccarinum, in eorum ventriculis acescit. Pro potu igitur convenire potest *cerevis. alb. vel decoct. chin. saph.* vel *z. Sem. coriand. prap. dr. ij. liq. ras. dr. ij. sem. anis. scr. B. cinam. acut. dr. ij. coq. in ag. mens. ij. aliq. ebullit. vel z. Rad. chin. unc. i. saphras unc. B. pass. min. unc. iv. C. C. usti. unc. B. sem. anis. fenicul. tart. prap. cinam an. dr. ij. M. incif. & contul. ad chart. de his mj. vel ij. coq. in ag. lib. ii. ij. &c.* Laudant alii *Bochet. Rhabarb. v. g. z. Ag. font. mens. ij. ebull. per medium quadrant horæ inf. Rhab. dr. i. fant. cit. dr. B. cinam. parum.* refriger. & col. pro potu ordinario. Ira & Venus exulent, alvus lubrica *passulatis* servetur.

CAPUT VII.

Convulsio, Motus convulsivi & Epilepsia.

I.

Nomen: Convulsio etiam dicitur *Spasmus* seu *distensio nervorum*, convulsio autem à convellendo, quò spectat *Crampus!*, der *Kramppf.* *Motus convulsivi*, seu *spasmodici* die *Fratz* oder *das Bergicht.*

Epilepsia dicitur etiam *Morbus caducus. sacer. Herculeus. puerilis. comitialis. lunaticus. santicus.* *Caducus*, dicitur à cadendo, & subito casu, quia hominem prosternit; *sacer*, vel à cerebro, parte sacra, vel quia divinitus immiffus, vel quia non humana sed sacra manu tolli possit: *Herculeus*, vel à magnitudine, vel à vehementia, vel *Hercule*, qui illo affectus dicitur. *Puerilis*, quia frequenter pueros afficit. *Comitialis*, quia sæpius in comitiis accidit, vel quia, qui hoc morbo correptus, ei comitia interdcebantur. *Lunaticus*, quia plerumque in phasibus lunæ exasperatur. *Santicus*, quasi perpetuo nocens. *Germ. der Hinsfallend, oder die schwere Noth.*

II.

Definitio: Convulsio propriè sic dicta, est involuntaria, dolorifica, ac stabili, seu perpetua & permanens, musculorum, suum principium versùs retractio, cum membri imobilitate, & rigore. Motus convulsivi, sunt etiam involuntaria musculorum suum principium versùs retractio, interpolata tamen, membrò non in una sitùs differentia continuatò, sed cum agitatione, & fibrillatione hinc inde concussò, ac modò extenso, modò contracto; *Epilepsia*, est convulsio totius corporis interpolata, cum mentis & sensuum læsione: Dixi primò convulsio, non strictè & propriè sumpta, sed impropriè, pro motu convulsivo; juxtà *Galenum*, qui etiam *Epilepsiam* seu motum convulsivum passim Convulsionem appellat. Dixi secundò interpolata, id est: non continua. Dixi tertio cum mentis & sensuum læsione, hoc est: cum sensuum tum interiorum tum exteriorum læsione, ità, ut nec videant, nec audiant, nec sentiant, nec præteritorum reminiscantur, Verbo, est læsio ad tempus, non autem permanens, sicut vera Convulsio.

III.

Genus: Convulsio utraque, est symptoma motùs depravati: *Epilepsia* verò, abolitæ actionis principalis, conjuncta cum motu depravato.

IV.

Subjectum: sunt fibrillæ nervæ, (quia ipsi nervi nihil aliud sunt, quàm congeries talium fibrarum juxtà se situatarum) aut in membranas diffusæ, vel plùs minùs in musculis & tendinibus coadunatæ, ac spiritibus animalibus turgidæ; cum enim istæ sint subjectum naturalis motùs, in naturali statu constitutæ, sic etiam subjectum esse possunt motus præternaturalis, si malè sint constitutæ. In *Epilepsia* & *Motibus convulsivis*, cerebrum simul afficitur.

V.

Differentiæ: alia *convulsio propriè dicta*, quæ etiam dicitur *tonica*, s. *condactio* & *proportionata* ad materiam; & ista est vera & propria & perfecta & fixa Convulsio; alia *impropriè* sic dicta s. *tonica*, *clonica*, *convulsio* s. *improportionata* ad materiam, nempe motus convulsivus seu *epilepsia*; & hæc iterum duplex, alia est *perfecta* & integra *Epilepsia*, in qua totum corpus convellitur, cum omnium interiorum & exteriorum sensuum læsione seu abolitione, alia *imperfecta* in quibus caput tantum, vel brachium, vel tibia, vel femur, vel dimidia corporis pars convellitur, vel quando mens integra manet, vel etiam exteriores sen-

sus vident, vel etiam quarundam partium motus voluntarius eximitur; (licet quandoque promiscuè fumantur) prior s. vera Convulsio; *Alia universalis* quæ totum corpus afficit, ut *emprostotanos*, dum per convolutionem musculorum mastoïdæorum caput, vel etiam spina dorsum per suos musculos anteriora versus reflectitur: *opisthotanos*, dum posteriora versus, *sesanos*, dum caput vel etiam totum corpus rigidum & immobile redditur. *Alia particularis*, seu alicujus partis, ut *satyrusis*, & *priapismus*, convulsiones musculorum penis: *spasmus cynicus*, seu *convulsio canina*, seu oris tortura, contractio musculi oris, lati ex una parte: *risus Sardonicus*, ex utraque, *trismus*, convulsio musculorum temporum, & maxillarum cum stridore dentium. Huc etiam spectat *crampus*, seu spasmus cacochymicus, flatulentis, ebriosis, & ad arthritidem dispositis familiaris, ortus à spiritu flatulento, aut humore tenui, acri, seroso, musculorum fibrillas vellit. Item huc spectat *contractura*, quæ membrum semel convulsum, semper hinc rigidum manet: Item *affectus ille inominatus*, quando genua rigida sunt, ex contracto tendine, & per cavum genu transeunt: item *affectus ille*, de quo loquitur Hipp. 4. ap. 35. *si febre desento repente collum intorquetur* (ex convulsione musculi mastoïdæi) *ut vix deglutire queas, nullo existente humore, lethale*. Motus convulsivi alii afficiunt corpus, dum ægri subito concidunt, aut saltè sedentes vel stantes omnibus sensuum functionibus subito priuantur, citrà sensibilem externam convolutionem, non autem semper internam, & hæc potius *versiginem caducam* constituit. Alii afficiunt corpus, vel aliquas ejus partes, sensibus omnibus, tam inquam externis integrè persstantibus; alii idem afficiunt, sensibus in delirium abreptis, ut ægri sub convulsionibus saltent, cantent, rideant, lacrymentur, currant, pectus percutiant, ridicula narrent, &c. Alii corpus afficiunt, cum omnium sensuum, ac rationis abolitione, qui gradus, si valde intensus sit, *Epilepsia* dicitur; item Motus convulsivi alii sunt *externi*, membra externa; alii *interni* viscera interna membranosa torquentes, ut v. g. in colicis, nephritic. hypochond. hysteriis &c. *Alia diopathica* seu *per essentiam*, quæ cerebrum per se afficitur, consistente in ipso effectu sui materia, & hanc præcedit capitis gravitas: *Alia Sympathica* seu *per consensum*, & quidem vel per consensum totius, vel ventriculi aut intestinorum in lumbicis, hypochondriorum, vel uteri, vel partium externarum; & hanc sympathiam denotat harum partium læsio; *Alia hæreditaria*, *Alia Ascizica* ex mala diæta plerumque orta: *Alia periodica*: *Alia non*: *Alia levior*, *vaga*, *brevis*, *accidentalis*, quæ nec graviter, nec diu affligit, nec sepe redit;

redit; *Alia gravior*, habitualis, continua, quæ gravius diu & sæpe affligit & redit: *Alia omnino specialis* à Sydenham *chorea S. Viti* dicta, quæ ut plurimum pueros, vel puellas à 10. ætatis anno ad pubertatem usque invadit. Hæc primò se prodit, claudicatione quadam, vel potius instabilitate alterius cruris, quod æger post se trahit, fatuorum more, hinc in manu ejusdem lateris cernitur, quam hoc morbo affectus vel pectori, vel alii alicui parti applicatam, nullò modò continere valet in eodem situ, vel horæ momento, sed in alium situm & locum convulsione quadam distorquetur, quidquid æger contrahitur. Si vas aliquod potu plenum in manus porrigitur, antequam illud ad os adducat, mille gestulationes facit, huc illic id versans, & ex fortuna labiis inventis, liquorem derepent in os injiciens. Hujus affectus aliam deductionem facit *Horsium, ess. medic. Sect. 7.* dicit enim: se cum mulieribus quibusdam locutum fuisse, quæ quotannis *Sacellum Sancti Viti, circa Ulmam* visitant, & ibidem saltum perturbatione mentis, eò usque se se noctu, diuque exercent, donec Ecstasticorum instar corruant, quæ ratione sibi restituta videntur, ut partim vel nihil sentiant per annum integrum, usque ad illud tempus May subsequens; ubi membrorum inquietudine eò usque se se torqueri referunt, cui vicissim circa *festum S. Viti* ad prædictum locum saltationis gratia se conferre cogantur, & inde dicitur *chorea S. Viti*. Nota: hæc est relatio; mihi præplacet sententia de hoc affectu *Sydenham*. Huic malo *Chorea S. Viti*, affine malum est *Morsus Tarantule* à Matthiolo, Epiphanio, Ferdinando, Kircherò, & Gasfendo, tanquam ocularis testibus descriptus.

Referunt primò: in Apulia, propè urbem Apuliam, circa Neapolim, reperiri *Phalangij* seu *Aranea* quoddam genus, quod *Tarantula*, à Terento antiqua Apulie urbe appellatur: hoc animalculum in æstate est valde frequens, Incolas incautos, & dormientes sæpe mordet, & ictu venenato afficit; unde statim dolor in parte læsa cum tumore, pruritu, mox in variis corporis partibus, stupor, tremor, & membrorum convulsiones, & alia symptomata spasmodica, cum summa virium prostratione succedunt.

Referunt secundò: ictos & læsos à *Tarantula*, utut graviter læsos & afflictos, auditis Musicis instrumentis, statim à plangoribus cessare, atque in medium profluentes, tripudiare, & saltare incipiunt, & tam diu continuant, quousque dolores perdant: & si eveniat, ut tibicines tantillum quiescant, post paucum tempus in terram concidunt, & in pristinos languores redeunt; nisi tam diu continuò saltant, donec venenum penitus sit discussum; hinc fit, quod tibicines

stipendio conducantur, & alternatim mutantur; ut absque ulla fonsione intermissione, tamdiu saltent demorsu, quousque penitus curati conquiescant, qua de causa pauperes in Apulia omnem fere substantiam suam in Musicos & tubicines expendunt: & hos saltus faciunt in oppidis, in publicis plateis, in agris, & quidem aliqui uno die, aliqui una hebdomada, alii pluribus.

Quæ verò sint horum accidentium rationes, difficile est explicare; interim ego credo & dico: 1^{mo} non esse dubium, ab hujus animalculi morsu, miasmata quædam Venenata corpori humano insigi, quæ sanguini & spiritibus infesta & nervis inimica, in iisdem dissolutiones & motus pariunt, exinde resolutiones, & languores ac dolores veniunt. Sed quæres, cur à *Tarantula* morsu convulsiones doctorificæ statim à Musica sedatæ, in saltationem commutari soleant? 2^o. & dico: 2^o explicatu adhuc esse difficilium; interim tamen, nè videar rem intactam relinquere, dico 3^o Esse quosdam, qui ajunt: *Tarantulam*, teste *Aristotele*, Musica delectari, & idèd venenum ejus homini indictum, humores fermentando parem Musicæ delectationem inducere: sed hæc ratio conjecturalis, animo avido veritatis minus satisfacit, utpote quæ nulla hypothese rationali fundata est; sed potius mihi dicendum videtur: quartò cum constet, Musicam homines sanos & sobrios, etiam invitos distractos, & aliud cogitantes, in se rapere, & dum v. g. adstant, vel Musicam audiunt, multi manus & pedes agitare incipiunt, ut vix se à saltando continent: Ergo etiam hoc ipsum contingere facile potest in iis hominibus, à *Tarantula* morsu, dum venenum illius Animalis, utpote Musica addicti, liquoris nervosæ hominis insititum, (non ut alia venena spiritus animales vel dissipantia, vel plane extinguentia,) spiritus animales in aliquam tantum fugam conjicit, & fugatos, in quosdam leniores spasmodicitate: quos spiritus, veluti stimulis agitados, & hinc inde exilientes, & divagantes, Musica blanda dulcedine sua allicit, & distractos & debacchantes, veluti incantans, eorumque motus aliquid regens, tuliterque disponens per saltum, donec veneni illati particularis evaporationis, atque spirituum impetu delassato, æstrum illud omnino ex-cussum sit, & ab incitatione sua conquiescant.

Nota: hic quæritur: quomodo Convulsio à Paralyfi differat? 1^o quia pars convulsa difficulter vel etiam cum dolore extendi potest, resoluta, seu paralytica verò, sine difficultate extenditur: Secundò: in Convulsione, nervi & tendines ad tactum rigidi percipiuntur, in Paralyfi verò non. Tertio: Convulsio brevi tempore ad salutem vel mortem terminatur; paralyfis verò sine periculo ad multos annos perdurare solet.

VI. *Causa*

VI.

Causa immediata ab Hipp. 6. aph. 39. allegatur, dum ait: *Convulsio fit vel à repletionem, vel ab inanitionem, uti & singultus*. Probabilior tamen est causa, tum irritatio fibrillarum nervearum in membranis & nervis, ab humore maligno, acri, peregrino, systemati nervoso specificè inimico, tum spirituum animalium tumultuarius, inordinatus, & impetuofus motus, ut quasi dissidentes, instar pulveris pyrii, aut auri fulminantis accensis, vimque elasticam suam exercentes, impetuosè & confusè in nervos, membranas, & cerebrum, veluti explodantur. In Convulsione, causa irritans magis fixa est, & subjecto moderatè viscido irritata, motus etiam spirituum magis ordinatus, continuus, uniformis, ad unum musculorum genus: in motibus convulsivis, causa est magis volatilis, vaporosa, spirituumque motus magis inordinatus, interruptus & confusus. Hæc causa irritans, vel in ipso cerebro continentur, & Idiopathicum, vel extrà, seu aliunde ad caput mittuntur, & sympatheticum affectum generant: hinc, aliquando, magis caput, quandoque membra capiti subjecta magis aggreditur.

Quæres: quæ ergo sit differentia inter causam Convulsions & Paralyfis? 2^o. Breviter, relictis aliorum opinionibus, magis in verbis, quam in fundamento rei subsistentibus, & dico: causam *Convulsions* esse materiam, non tam in quanto, quam quali & motu, id est: in acredine, malignitate, volatilitate & spirituum animalium inordinato motu consistere. In *Paralyfi* autem magis in quanto, materia partes simpliciter prementis, relaxantis & resolventis, subsistere.

Quæres secundo: quomodo Convulsio ab inanitionem potest fieri, cum tanta siccitas in corpore humano non dari potest, ut nervi contrahantur, aliàs enim omnes Hæctici convulsionem paterentur, quod falsum. 3^o. Hic non quamcumque inanitionem vel siccitatem aptam esse, Convulsionem efficere, sed eam tantum, quæ confertim & violentè fit, v. g. evacuationibus violentis, & confestim absumentibus humiditatem substantificam, uti sunt hæmorrhagiæ, superpurgationes, sudores colliquativi &c.

VII.

Mediata: sunt humores, & vapores acres, nunc acidi, austeri, vitriolati, cum omnè acidum nervis inimicum, & melancholici, ob acidum, facile siant epileptici; nunc biliosi, æruginosi, exotici, nunc putridi, maligni, nervoso generi specificè infesti; in quanto, quali, & motu peccantes. *Paracelsus* accusat spiritum Mercurii acido salinum;

Helm-

Helmontius, Blas vitale in Archeum irruens & vitæ insidians. *Willis*, particulas nitro-sulphureas. *Sylvius*, acrimoniam acidam. *Carterius*, repletionem & inanitionem, & sic: *velle suum cuique est, nec vobis vivitur unò.*

VIII.

Dispositiva: hæreditaria dispositio, temperamentum melancholicum, ob acrimoniam humorum acido-austeram, teste *Hipp. 6. aph. 56.* nativitas in Ecllypsi lunari, aut tempore novilunii, ætas adolescentiæ *3. aph. 29.* maximè puerilis *3. aph. 25.* *Externa*: tempus vernum *3. aph. 20.* æstivum *3. aph. 21.* imbres assidui *3. aph. 16.* aër impurus, novi- & plenilunium, cibi pravi nutrimenti, usus creber apii, passerum, alaudar. cothurnic. quæ characterem epilepticum in se habent. Nimia repletio, crapula, ira, terror, vermes, punctura nervi, irritatio stomachi à medicamento antimon: vel mercuriali, aut helleborino, suppressio mensium, vel feminis, ulcera fanata, casus aut vulnera seu à fermento acri relicto, seu à festuca ossis, cruore putrescente & acescente. Huc spectant morbi prægressi, ut colica, arthritidis, melancholia, scorbutus, passio hypochondriaca, nixus pariendi, qui in dispositis subinde epilepsiam infert; scabies retròpulla, omnia quoque venena, morsus venenatorum & rabidorum animalium. Item Inflammatio partium internarum vel externarum, Convulsiones ab inanitione: omnes immodicæ evacuationes per hæmorrhagiam, vomitum, alvum, sudorem, urinam, semen, famem, sitim, labores, morores, febres, cibos & potus excessivè calidos; purgationes nimia, &c.

IX.

Signa diagnostica: in definitione expressa. In Epilepsia adest subitus collapsus, stridor dentium, os arctissimè clausum, facies rubida, variegata, oculi rigentes, strangulatio & interruptio spiritus, spuma circa os; hæc spuma non tantum fit ex compressione cerebri in palati cavitatem, ut aliqui sentiunt, sed fit ab aère concutiente salivam, ut videmus albumen ovi agitatam, verti in spumam; idem fit ex nimia illa concussione nervorum & musculorum thoracis, & præcordiorum strictione, hincque frequenti & crebra respiratione, aër continuò transit salivam, eamque verit in spumam, aphonía seu vocis privatio, labiorum tremor, casus in terram, brachiorum jactatio, pedum tremor, pollicum manûs arcta clausio, corporis concussio, elevatio, excrementorum subinde involuntaria excretio, lingua per morsum læsio &c. Imminentis Epilepsia signa sunt: capitis gravitas, aurium

aurium tinnitus, oculorum coruscationes, vertigo, tarditas vocis, pavores in somno, insomnia turbulenta, corporis horrores, tremores, præcordia inflata, subinde sensus ascendentis auræ frigida. In *idiopathica*, quam vulgus vocat *Morbum caducum*, das hincsalende, cerebri affecti ad-sunt indicia, citrà læsionem alterius partis, æger citra præsentum incautus subito à paroxysmo opprimitur, contingente ut plurimum circa phases lunæ: *Sympathica*, quem vulgò *Epilepsiam* vocamus *Die Graiß*, alterius partis affectæ ad-sunt signa, præsentitur subinde ascensus auræ frigida, quod spasmo secundum nervi ductum continuato, & spiritibus fursum resilientibus magis, quàm vaporibus ascendentibus adscribendum. Signa causarum parium jam dicta, partim ex propriis signis & capitibus erui possunt.

X.

Prognostica: *Hipp. 5. aph. 1.* ait: *Convulsio ab helleboro lethalis.* Idem *5. aph. 2. 3. & 4.* ait: *Convulsio à vulnere, à copioso sanguinis fluxu, vel hypercatharsi, lethale;* intellige ut plurimum. Idem *7. aph. 10.* ait: *ab illo vomitus vel singultus, vel convulsio, aut desipientia, malum.* Idem *7. aph. 18.* ait: *ob vigiliam convulsio aut desipientia, malum.* Idem *2. aph. 26.* ait: *Febrem convulsioni accedere melius est, quàm convulsionem febrì;* quia febris convulsioni, accedens materiam convulsionis absumit, & sic etiam à convulsione liberatur, Convulsio autem febrì superveniens, à materia maligna oritur, quæ Cerebrum petit, nervosas partes occupat, & vitæ periculum infert. Idem *5. aph. 6.* ait: *qui Tetano corripiuntur, intra 4. dies intereunt, si verò hos effugerint, sani sunt.* Ratio hujus aphorismi est: nam *Tetanus*, qui est æqualis & vehementissima nervorum ad anteriora & posteriora contractio, naturam extremè gravans, & extremos naturæ inferens labores, nec non omnes ferè actiones, præsertim vitales, maximè respirationem, ad vitam summè necessariam lædens, haud dubiè citò, & intrà quatuor dies accidere potest, utpote acutissimus morbus. Si verò ultra quatuor dies terminus transigatur, signum est, causam morbificam, ope fortis naturæ & medicamentorum minui, & sic ægros convalescere.

Convulsiones, quæ graves phrenitides subsequuntur, ut plurimum lethales. In febre maligna supervenientes convulsiones, sæpius mortem portendunt. Sic etiam contractiones, & subultus tendinum & membrorum, sunt motus convulsivi, & admodum periculosi, præsertim delirio juncti. Si, toto corpore à convulsionibus immuni, aut labrum aut palpebra, aut lingua convellatur, mortem, vel epilepsiam portendit. Convulsiones, in principis morborum minus periculosa,

riculosa, quam in statu. Convulsio, licet nulla careat periculo, quæ tamen pueris accidit, & mulieribus, (non autem gravidis, in quibus abortus periculum causatur) plus sæpius terroris, quam periculi habent. Hipp. 4. aph. 66. ait: *in febribus acutis, convulsiones & circa viscera vehementes dolores, malum portendunt.* Idem 4. aph. 67. ait: *in febribus, per somnum pavores & convulsiones: malum.* Idem 4. aph. 68. ait: *in febribus spiratio offendens (id est: interrupta, intercisa & suspiciosa) malum;* Convulsionem enim significat. Idem 5. aph. 70. ait: *qui quartana corripuntur, non admodum convulsionibus tentantur, si verò prius tentari fuerint, superveniente quartana liberantur.* Epilepsia, morbi genus portentosum, foedum & ignominiosum, incurabile est, si sit hæreditaria; habitualis, difficulter eradicatur, mitior tamen reddi potest. Hipp. 5. aph. 7. ait: *Epilepsia ante pubertatem, amissionem recipit, post 25. verò annum, ad mortem usque comitatur;* quod ut plurimum, non autem semper verum est, ut testantur exempla Curatorum. Idem 2. aph. 45. ait: *Epilepsia laborantes Juvenes, tum loci, temporum, victus, tum maxime ætatis mutatio liberat.* vid. adhuc Hipp. 5. aph. 1. 3. 4. Item 4. Aph. 16. 7. Aph. 29. 25. Item convulsio à vulnere (uti fit in herniis &c.) sæpissime lethalis. Item 3. aph. 20. 23. 25. 29. 28. 5. Aph. 7. 70. 6. Aph. 56. Epilepsia hæreditaria, ut dixi, incurabilis est; quæ verò à causis externis, ex prava victus ratione, à variolis & morbillis oritur, tanti periculi & timoris semper non est: Vehemens Epilepsia, sæpe in paroxysmo ægrum occidit; In paroxysmo epileptico, si ad usum sterneratoriorum non sternutet æger, malum est, & signum decumbentis nature.

Si Mulierem utero gerentem fortis Epilepsia invadat, periculum matris & abortus minatur; sed in praxi sæpe observatum est, hoc non semper verum esse. Quod frequentiores & fortiores sunt epilepsia, eò sunt periculosiores. Periculosior etiam est idiopathica quam sympathica, illa difficilius, hæc facilius curatur.

Epilepsia est morbus chronicus ratione circuitus universalis, acutus tamen ratione paroxysmi; mutari quandoque solet in Apoplexiam, vel Paralytin, vel Fatuitatem, vel Infaniam, vel Melancholiam, quandoque eam sequi solet Strabismus.

XL.

Indicationes: sunt in Paroxysmo ægrum excitare; fomitem seu causam morbificam à capite revellere, evacuare, discutere, cerebrumque ac genus nervosum roborare.

I. Curatio:

I.

Curatio: in Paroxysmo, fit: Ægrum collocando capite sublimi in loco lucido, os apertum servando, interjecto cochleari ligneo, vel lig. ex visc. querc. vel rad. pæon. vel baculo glycyrrhizæ aut vulgari ligno linteò obducto, cin hylgenes & Chaussele. Membra convulsa in rectum leniter extendendo, imuncta prius seq. Ung. *æ. ol. lumb. unc. B. castor. rut. an. unc. iij. amyg. d. dr. vj. ol. succin. rectif. gut. x. M.* quibus etiam tota spina dorsi inungi potest, excitando ægrum odoramentis, ut bals. rut. succin. apopl. acet. rutæ. aq. hirund. cum castor. balsamo celesti vel spiritu sanguinis humani. Mixture spiritalis Muscari præstans. *æ. Spiritus vitrioli ess. rectificat Part. i. spirit. Tartar. Part. iij. aq. Theriacal. camphorat Part. iv. misc.* & in vitro hermetice sigillato, per 3. vel 4. hebdomadas digerantur. Dosis ʒj. in vehiculo specifico. Adhibendo etiam naribus *spir. sal. armon. C. C. fulig. ung. alc. sal. volat. C. C.* vid. plura de Apoplexia. Pollicem cum reliquis digitis extendere oportet, ad frangendum paroxysmum: caput bene custodiendum, ne duriora impetat & ledatur.

II.

Instituendo revulsiones per ligaturas, frictions, deorsum factas, præsertim pedum, cum sal. & acet. Clyster. acres ex Decoct. rut. colocynth. & suppositoria acria. vid. Coma & Apoplex. Vomitoria, si primi Epilepsie natales sint, in Ventriculo, & partibus vicinis, & non in cerebro; satius tamen, & securius Vomitoria dantur extra paroxysmum; si verò Epilepsia à Veneno sumpto, orta esset, Vomitoria sunt optima Remedia.

III.

V. S. In ipso paroxysmo nec satis tuta, nec utilis, tutior inter accessionem, & accessionem, id est: tempore quietis, & induciarum à paroxysmo. Ubi nota: licet sanguis principalis causa Epilepsie non sit, est tamen sæpe concausa; & licet motum fermentativum sanguinis Venæ Sectio non juvet, quin potius eundem magis stagnantem efficiat, attamen motui sanguinis progressivo multum prodest, dempta nempe portione illius, reliqua facilius regitur, & promptius circulatur; Non enim semper stagnando, sed etiam copiâ & motu, sanguis peccat. Si tamen ex copia & stagnatione sanguinis oriatur Epilepsia, aliqui eam adhibent, observando tamen ut deligatio, & ictus cautè instituantur.

IV.

Paroxyfmo diutius perfiftente, applicanda *Veficatoria*. *Sternu- toria* cautius in effentiali, tutius in fymphathica, pro difpofitione, & difcuflione materię ufurpanda. v. g. *R. rad. elleb. alb. dr. i. caftor. euphorb. an. dr. s. M.* Prodeft etiam *Vitriol. alb. ag. majoran. diffol.* addito *Caftor. & amb.* vel *pulv. sternut.* Timai *vid. Coma.*

V.

Exhibenda ftatim antepileptica, nec negligenda *amuleta*, ex *rad. pæon. vifc. querc. ungu. alc.* v. g. *R. Rad. pæon. unc. ß. fem. pæon. excort. dr. i.* contund. parum, & cum feric. rub. f. faccul. in forma cordis interpaffat. vel *R. Rad. pæon. vifc. q. an. unc. i. ungu. alc. dr. ij. nuc. mofeb. caroph. mac. an. dr. i. ß. f. Pulv. & find. rub. excip. ac. f. Saccul. collo append.* Applicando Capiti *Empl. antepil. Craton. Opiata parcius antepileptica immixta*, efferos fpiritus, quafi popifmate, feu modulamine, & fuavitate demulcent, archeum furibundum placent, acidum corrigunt, irrationemque fibrarum fiftunt, *fed cautè nec frequenter.*

VI.

Indicationes extra paroxyfimum: Corpus & primas vias ab infarctu liberare; maffa fanguinæ copiam tollere, ejusque vitiofam qualitatem corrigere, obftrudiones vilcerum & partium affectarum aufferre, & fpiritus liberum motum, & modum conciliare, caput, & nervofum genus, utpote partes affectas, fpecificis antifpafmodicis roborare.

I.

Curatio extra Paroxyfimum: Apparente *plethorâ*, & conftantibus viribus, vel fanguinis fuppreffione, V. S. convenit, inftituta in brachio: in malo fymphathico, vel fuppreff. menfium *Saphena* aperienda, *Venarum fedalium* apertio fubindè multum proficua. Item *Arteriotomia*, cautè celebrata.

II.

Humor quicumque in corpore abundans, additis femper *antepilepticis* præparandus: hinc evacuandus, à lenioribus ad fortiora progrediendo, fubindè etiam ad *mercurialia. antimoniatâ, elleborina,* &c. *Chyfteres fortes & acres* etiam profant, cum *Electuario hier. picra, fyrupo emetico.* Item *Vomitoria ex antimonio, fyrupo emetico, tartaro emetico;* in Epilepfia fymphathica, non verò Idiopathica, ubi cerebrum absque hoc valdè patitur; & hæc dantur tantum

tum extra paroxyfimum; *Purgantia fæpius repetenda*, præfertim ante novi- & plenilunium, additis femper fpecificis v. g. *R. Maff. pil. de fuccin. Crat. vel tartar. Bonf. dr. g. resin. gial. gr. xvj. caftor. fer. i. ol. rorifm. vel fuccin. gut. xvj. Gum. ammon. in ag. ceraf. nig. fol. q. f. f. pilul. deaur. Doſ. ſcr. i. vel dr. ß. vel ß. Gum. gut. dr. ß. mag. gial. troch. alb. an. dr. i. ß. pulv. fyr. extr. helleb. nig. à dr. ß. ol. anis. gut. x. cum elix. prop. f. q. M. f. Pil. ex dr. i. No. XXXVI. dentur ad ſcat. cum pulv. glycyrr. idos. à ſcr. ß. ad i. poteft etiam addi, *mercur. dulc.* qui eſt validus acidi Domitor.*

Nota: in his affectibus, ab acidis eſt abſtinendum, licet enim acida attenuent, & incidant, tamen hæc nervis inimica funt, 1^{mo}. quia fpiritus figunt, & coagulant, 2^{do}. membranas & nervos mortificant; ſi tamen cum fulphureis maritentur, amica, & utilia funt.

III.

Pro radice fæpius altè infixâ expurganda, proderit *decoct. guajac. chin. addito vifc. querc. & rad. pæon.* v. g. *R. Lig. gu. jac. lib. i. vifc. q. unc. ij. rad. pæon. unc. i. mſ. per hor. 24. in lib. xij. aqu. binc coq. ad conſumpt. 3. p. col.* Vel exhiberi poteft *decoct. chin. cum vifc. querc. raf. ebora. in jure columb. &c.* Laudatur proindè *Dietæ,* & *Cura ſudorifera* de qua *vid. tit. de Comate, Caro, Apoplexia.*

IV.

Si malum oriatur ex hypochondriis, præſtantes fæpe funt *acida dulc.* & *Therma* deobſtruendo, roborando, corruptioni reſiſtendo, & figendo fermentationes: præterea *Therma*, ob ſuas mineras in ſe continentes, magnam habent vim penetrandi intimas corporis partes. Item *Martialis* & *abſorbentia* ex *ſal. abſynth. cor. ß. perl. &c.* Si ab utero: conveniunt *chyſt.* apertio *saphena,* antepileptica, & uterina &c. Si à lumbricis, *antebelmitica* antepilepticis miſceantur: Si à partibus externis, *ligatura,* & *iniuſtio fonticuli* profunt. Item *Cucurbitula, Venoſa,* in ſcapulis, lumbis, femoribus; *frictiones aſpera, Veficatoria* in partibus parti affectæ oppoſitis. *Moœe iniuſtio* in vertice capitis, & *Venoſa* accenſa.

V.

Si Cerebrum præcipuè affectum, inſtituendæ evacuationes particulares per *errhin. ſternut. & apoplegmatisimos.* Laudantur etiam *fontic. ſerac. veficat. trepanat. &c.*

VI.

Conveniunt *fpecifica antepileptica*, quæ non tam vi fpecificâ, quàm acidum abſorbendo, vel ſpiritus efferatos figendo, vel adſtrictione

Etione poros nimis laxos ocludendo profunt. Ex regno animalium laudantur: *sang. hum. ejusque spir. & sal. volat. secundina humana*, vel in pulv. vel ejus spir. *cran. hum. ejusque sal. volat. & ol. usnea, ungu. alc. ejusque magist. sal. vol. & spir. dens hippopot. castor. ejusque essentia, sterc. pavon. vel leon. pulv. agagropil. Gumbs Rugel, unicorn. ejusque sal. volat. ova cothurnic. cinis rap. epar. ran. virid. sel. catul. lactant. C. C. ejusque gelat. sal. vol. & spir. C. C. ag. hirund. cum castor.* Ex regno vegetabili: *rad. & sem. pavon. visc. querc. tiliac. & corylimus. rut. sylv. tilia. lil. convall. rad. valer. sylv. bacc. herb. parid. dent. ar. lunar. saponaria. ag. & spir. ceras. nig. lil. convall. ol. bux. &c.* Ex regno minerali: *aur. posab. cinnab. nat. & antim. succin. ejusque sal. vol. & ol. unicorn. foss. smaragd. campb. crystal. pp. tinct. lun. corall. spir. vitriol. volat. mixtur. simplex &c. Spiritus fuliginis, tinct. succini.* Ex compositis: *pulv. niger epilepticus ab Elefero descript. pulv. cinnabarin. Craton. antepil. epilepticus. Zwelf. Timei Bartbotin.* Item *Pulv. March. epil. ser. i. cinnab. antim. gr. viij. lap. bez. gr. viij. M. f. pulv. ꝛ. Cinnab. nab. nat. dr. ij. cinnab. antim. dr. i. B. ungu. alc. prep. mat. perl. prep. an. dr. i. C. C. phil. prep. dr. ij. M. f. Pulv. cujus Dof. dr. B. ꝛ. Pulv. March. mirab. Epilept. Mynsicht. an. dr. ij. cinnab. nat. & antim. an. ser. i. cran. human. magist. succin. ungu. alc. an. ser. B. M. f. pulv. de quo cuspis cultelli exhib. in seq. aq. ꝛ. Aq. fl. til. ceras. nig. pavon. an. unc. i. Epil. Lang. unc. B. syr. fl. pavon. unc. B. M. in Mixtura. ꝛ. Aq. ceras. nig. fl. til. pavon. an. unc. i. Epil. Lang. hirund. cum castor. an. unc. B. pulv. march. Epil. ser. i. lap. bez. vel cinnab. antim. gr. iv. syr. fl. pavon. vel tunic. unc. i. mis. possit etiam addi: *liquor. C. C. succin. ser. i. item mag. perl. corall. conf. alk. &c. Essentia castor. exhibita in decocto flor. anthos. salviae, & bethonicae, est efficax, securum, & expeditum remedium.* In forma Julep. ꝛ. *Aq. ceras. nig. unc. v. mirab. Lang. Epilept. ejusdem. unc. B. syr. fl. pavon. unc. i. veli. B. spir. vit. q. f. M.* In forma Elect. prodest *theriac. smaragd. elect. River: vel ꝛ. Conf. fl. pavon. unc. s. nuc. mosch. condit. unc. ij. corr. cit. cond. unc. B. spec. arom. dr. i. cum syr. pavon. f. q. M. f. Elect. vel ꝛ. Pulv. epil. unc. B. medull. nuc. ind. condit. dr. vj. conf. alk. de hyac. an. dr. ij. tinct. lun. dr. i. sp. til. ros. lil. convall. an. ser. i. ess. ambr. d. y. syr. pavon. q. f. in tabell. antepil. Hartm. Item tinctura Lauri, lune, antimon. castorei, spir. tartari. Compositus cranii humani, balsam. celestis. spir. sang. humani, liq. C. C. succinat. Specificum cephalicum, usnea cran. humani, opiata Montagnana**

apud

apud Riverium. pulv. granor. actes. Quercet. pulv. meus Epilepticus. mercur. dulcis, & ex eo excitata Salivario, quæ multum præstat, alii transplantationem adhibent. Pulv. de guireta, multum valet; mixtura spiritalis Mustani, vid supra fol. 43. Sumi solent hæc medicamenta uno die ante novi-vel plenilunium. Ex amuletis laudantur rad. imperat. pavon. sambucus in salice antiqua nascens, ungu. alc. cran. hum. visc. querc. cingulum ventris, & lumborum ex corio lupi, vel vincium ex corio humano, vel pelle anguilla.

VII.

Topica in Convulsione sunt: *inunct. ex ol. vulp. lumbr. castor. laur. philosph. catell. petrol. succin. juniper. spic. cera, galbanet. Paracelsi; ung. nerv. de alt. spasmod. Myns. formicarum, ping. anser. herbis nervinis infarcti, & assi. v. g. ꝛ. Ung. de alth. unc. vj. ol. tereb. chamom. an. unc. i. ol. lavender. dr. ij. ol. Pulp. unc. B. styrliq. unc. ij. M. f. Linim. quod calidè inungatur pars affecta, & spina dorsii. ꝛ. Ol. aneth. chamom. an. unc. i. ung. marr. l. nervin. unc. B. ol. petrol. de sic. an. dr. i. spir. vin. dr. ij. ꝛ. Ung. nerv. unc. ij. ol. lauri unc. B. lumbr. dr. ij. junip. philos. petrol. a. dr. i. M. ꝛ. Fol. salu. majoran. stechad. an. mj. Gumm. ammon. bael. an. unc. i. calam. aromat. nuc. mosch. caryoph. an. unc. B. confusa includ. ventri anser. qui consuatur ac in veru assetur, pinguedo excipit. vase aceto semipleno. ꝛ. Fluxu pingued. unc. ij. ol. nuc. mosch. salu. an. dr. ij. vel oleum lumbricorum, vel spir. eorundem ol. vulpin. ol. castor. ol. scarabaeorum est efficax. Foment. ex spir. vin. crocat. spir. juniper. rorsm. lumbr. spasmod. Myns. aq. theriac. campb. apopl. hirund. cum castor. Essent. ex nervinis parata Empl. diaph. oxyroc. de chalcitide. Item axungia humana, anseris, vulpis, casti sylvestris, taxi, castorei, unguent. Martiatum althea Agrippæ, nervin; Zwöff. Item partes animalium calidè applicatae, vel partes affectæ ventribus animalium includantur, & diu detineantur, v. g. in bovem vel vervecem, vel aliud animal. Balneum ex decoct. herb. cephal. v. g. bethon. sambuc. rosmarino, salvia, origano, pulegio, calamimtha, chamedryo, serpillo, chamomill. fenu graco &c. additâ tertiâ parte olei, vel pro dolore leniendo, ex ol. solo, incoctâ vulpe, vel ex ol. & lact. aut decoct. emolliente v. g. ꝛ. Rad. alth. lil. alb. an. lib. B. fol. malv. violar. obol. salu. absinth. an. mij. sem. lin. fenu grac. an. lib. i. coq. pro baln. Profunt & baln. vaporosa, therma &c. Hipp. s. aph. 25. ait articulum dolores absque ulcere, atque etiam Podagricos, & Convulsiones, magna ex parte frigida largè effusa levat, & excussat;*

venuat; nam modicus corporis dolorem solvendi vim habet. Idem §. aph. 21. ait: est tamen, ubi in tetano sine ulcere, juvene evsarco, astate mediâ, frigida larga profusio calorem revocat; calor verò hunc solvit.

Verùm, licet aliquando hæc curæ successerint, defectò tamen minus tutæ, & practicabiles sunt. In *spasmo statulento* convenit *inunct.* cum *ping. ans. ol. satv. cer. nuc. mosch. vel. ol. laur. lavend. tereb. limac. nigr.* injectis postmodum fasciis. Plurimum laudatur in hoc *spasmo, matricaria cum verberna applicata*; sunt etiam *armilla, cingula, & vincula, ex corio hum. vel dens hippopotami* gestatus. Optimum præservativum est, exactior *Diata, & Vitatio refrigerationis membrorum* inter dormiendum. Si convulsio oriatur à vulnere, vel punctura nervi, Venæ sectio non convenit; sed optimum est, instillare vulneri *ol. still. terebinth. vel ol. cera.* Præterea, si vulnus sit angustum, dilatandum est. Apponatur *theriacæ soluta in spir. vin. camphorato,* & si extrema necessitas urgeat, nervus per transversum secandus; satius enim est, partis motum perire, quam hominem mori. Talis cura etiam fieri debet, si malum à Veneno, vel morfibus, vel ictibus animalium Venenatorum oriatur. *Vid. infra de Vulneribus* ex talibus causis inductis. Cura Convulsionis, & Epilepsiæ ab inanitione, quæ plerumque, ut supra diximus, à nimis evacuationibus, vomitibus, purgationibus, hæmorrhagiis, seu fluxibus excessivis sanguinis ex naribus, utero, hæmorrhoidibus, hæmoptysi, mictu cruento, sudoribus continuis, colligativis, nimis calefacientibus & exsiccantibus medicamentis & alimentis, doloribus intolerabilibus, inflammationibus, vigiliis, laboribus, vini potibus, Venere nimia, hæctica, cauteriis, vesicatoriis &c. oritur, licet juxta multos talis Convulsio incurabilis sit, maxime si sit confirmata, attamen, cum æger soli prognostico relinquendus non sit, (melius enim est anceps experiri remedium, quam patientem certo mortis periculo committere, & sæpe in præcipiti casu fiunt, quæ aliàs essent omnimittenda) proinde suaderet ab Authoribus, talibus ægris æque succurrendum esse; cavendo ab omnibus alimentis, & medicamentis calidis, & siccis, sed potius instituendo victum humectantem, & simul, si calor addit, refrigerantem, qualem in *Hæctica* consuevit, quò etiam Lectorem remittimus; quæ cura *Hæctica* erit etiam in hoc nostro casu utilissima, tum quòdà interna, quam externa. Eò tamen collimandum est, ut talia simul adhibeantur, quæ nervoso generi prosint, non calida, sed temperata, extrâ, & intrâ, nempe *humectantia, & Analeptica.* Balneum ex oleo mira præstat, temperatum.

Diata

Diata: in Convuls. & Epileps. *air sit purus, temperatus, serenus, vitetur frigidus, nebulosus, cibi sint cocti faciles, assii magis quam elixi.* Vitentur edulia crassa, flatulenta, styptica, frigida, salia, acida, muriata, dulcia, pinguis, lacticia; Vinum sæculentum, vapores carbonum. Potus sit *decoct. v. gr. x. Salsaph. dr. ij. r. isf. querc. dr. i. rad. pæon. sem. coriand. an. dr. s. cog. in 2. mens. ag. ad 3. vel x. Rad. chin. caryophyllat. pæon. an. unc. s. ras. ling. salsaph. dr. ij. cinnam. acut. dr. ij. M. pro spec. potis, de quo ms. l. ij. cog. in mens. 1. l. q. ag. font. &c.* Vitetur Vinum, vel non nisi paucum, oligophorum, salvia. vel enulat. aut similis cerevisia conceditur, vel *linct. stor. pæon. vel decoct. hyssopi* est expertissimum. Vitetur crapula, satietas, cæna fit parca, somnus vitetur meridianus, ut & ira, terror, Venus; exercitia conveniunt moderata, vel horum loco frictions. Alvus sit laxa, quandoque loci mutatio necessaria *ex Hipp. 2. aph. 25.*



CAPUT VIII.

Vertigo.

I.

Nomen: Vertigo à vertendo vel vortice dicta, cum omnia circumagi, & omnia nos ambientia Corpora in circulum rotari videntur, *naturaliter* hoc imitatur, clausis oculis celeriter corpus circummagitando, sic enim facta quiete apertis oculis omnia circumagi videntur, *non naturaliter* hoc fit in ebriosis, quibus pariter videntur omnia in gyrum circumagi græc. *Dinos, germ. Schwindel.*

II.

Definitio: Est apparens objectorum, vel etiam proprii capitis in gyrum mobilitas; ob depravatam actionem facultatis imaginatricis, ex inordinato & confuso motu spirituum animalium, in oculis & cerebro exorta. Dices: in Vertigine non esse læsam imaginationem, quia si hoc esset, vertiginosi putarent objecta verè in gyrum verti, sicut phrenetici, & melancholici verè putant illud esse, quod imaginantur. *x.* In Vertigine rationem manere integram, quæ cognoscit imaginationis, seu phantasiæ errorem. In Phrenitide, & melancholia autem, rationem & imaginationem affici.

H

III. Genu;

III.

Genus: Est Symptomata Visionis, Sensûs communis, & Phantasia, seu imaginationis depravatæ.

IV.

Subiectum: Est Cerebrum, spiritibus animalibus, ac meatibus, tubulis, & poris pro eorum motu præditum, uti etiam oculus cum nervo, & spiritibus opticis: Dixi oculus: intellige non per se, sed cum nervo & spiritibus, quia v.g. in ebrioso, etiam clausis oculis, & immobili corpore, caput cum toto corpore gyri videtur. Afficitur ergo Oculus, quatenus Visionis organum, sed non primario, sed mediante cerebro ejusque sensu communi; habetur experimentum in speculo, quod quidem, dum commovetur, & in gyrum vertitur, tota domus & omnia ea in speculo repræsentantur, commoventur, & gyrent. Ità etiam species omnes visibiles repræsentantur in humore crystallino, tanquam in speculo; si Crystallinus humor moveatur, & gyret, moventur, & gyrent omnes species, quæ in eo humore repræsentantur. Hinc Phantasia non depravari & sensum communem tantum per accidens depravari, quatenus ei falsus motus à visu offeratur; cætera verò rectè se habere, & motum illum à quiete discernere, & motus magnitudinem dijudicare. Quia verò experimur, non oculum & visum in Vertigine affici, quòd res quæta moveri putantur, cum etiam, si quis clausis oculis, aut tectus in gyrum agatur, nihilominus tamen vertigine corripitur, & pavementum, cui insistit circumagi putet, & nisi adminiculo se sustentet, concidat, imò quod plus est, oritur Vertigo morbofa, etiam si nulla, vel à visu vel à motu, aut certè levis occasio præbeat. Sunt quidem & alii Authores, qui sensum communem præcipuè, non læsa phantasia, Alij: qui læsam phantasia, non læso sensu communi depravari statuunt, sed dico: certum esse, sensum communem, & phantasia affici posse, si visus Vertigini occasionem præbeat, quia ambo rem, quæ quiescit, quasi mota, agitatam apprehendunt; cum enim spiritus animalis sensuum objecta recipiat, & ad sensum communem, & ad phantasia referat, quia imaginatio, phantasia, & sensus communis synonyma, seu eadem sunt. Si ille spiritus præter naturam moveatur, objecta quoque moveri videntur. Et revera habet se res sicut in aliis rebus Visibilibus, nisi v. gr. rei albæ species per vitrum flavum, vel rubrum in oculum admittatur, res flava vel rubra apparet: Ità etiam, cum res quiescentes moveri videntur, si spiritus animales non rectè in oculos, sed circulariter agitant influant.

Quod

Quod si verò ab externa tantum causa excitetur Vertigo, & oculi sint clausi, solum imaginatio afficitur, non autem simul sensus communis, utpotè, qui non agit, nisi ab externo sensu motus, & exteroium sensuum objecta, mediis sensibus exterioribus percipit secundario postea motus, & visus sæpe læditur; ratio est: cum enim a phantasia, seu imaginatione Animalis gressus regatur, faciliè accidit, ut læsa imaginatione, seu phantasia consequenter lædatur motus, & ægri concidant, nempe ex motu spirituum circulari & turbato, organis communicato per visum, juxta illud: *nihil est in intellectu, quod non prius fuit in sensu.*

V.

Differentia: Alia in qua objecta tantum, alia in qua etiam ipsum caput & corpus circumagi videtur: *alis est simplex*, de qua modo dictum, & est primus gradus, *alia tenebrososa s. scotomia*, dum oculi offusci veluti caligine, obscurantur, aut vari colores oculis obverfantur; & est secundus gradus: *alia Caduca*, dum æger ad casum vergit, nisi proximis se fulciat adminiculis, & iste est tertius gradus. Vertigo hæc, uti etiam tenebrososa, epilepsiam, lipothymiam, affectusque hystericos præcedere solet. *Alia per essentiam*: seu cerebrò primario affectò, seu causa in Cerebro existente; *Alia per Consensum*, quæ frequentissima, & quidem potissimum per sympathiam Ventriculi, intestinor. hypochond. uteri, vel totius in febris. Undè nota: rarissimam esse Vertiginem per essentiam, teste Praxi, & experientia, sed plerumque ex Vitio partium Inferiorum, quòd si tamen diutius duret, & recurat, etiam cerebri texturam vitando, essentialis fieri potest: præterea etiam essentialis Vertigo, à causa externa aliqua, v.g. casu, ictu, vulnere, &c. vel ab interna, v.g. morbo Capitis, Cerebri Inflammatione &c. reduci potest. Alia est filia calida, alia frigida materiæ: alia rursus dicitur *trepidatio*, seu *turbatio*, quæ propriè Vertigo non est, sed ejus prodromus, in hac nec objecta in gyrum moventur, nec visio perditur: sed tantum objecta visa, & terra trepidare videntur, estque primus gradus Vertiginis; seu imperfecta Vertigo, seu dispositio ad Vertiginem. Differentiæ dependent à causis, undè alia est à causa interna, vel externa, evidenti, vel occulta &c. quæ omnes ex Causis patent:

Quæres: 1. Quomodo Vertigo differat ab Epilepsia. 2. Epileptici subito, velut syderanti concidunt in terram, convelluntur, & plerumque spumam emittunt ex ore, quæ non fiunt in Vertigine:

H 2

Quæres.

Quæres. 2. quomodo differt ab Apoplexia? *R.* Apoplectici perdunt immediate omnem sensum, & motum, & respirant cum difficultate & stertore; hæc vero omnia non reperiuntur in Vertigine.

VI.

Causa immediata est inordinatus, undofus, circularis, & verticosus spirituum animalium motus, primariò in cerebro, hinc quandoque etiam in auribus, unde tinnitus; sæpius in toto spirituum emporio, ac systemate nervoso.

VII.

Mediata: vel spiritus s. vapor flatulentus elevatus. *seu ex M. S.* halitiosa, & fervidiori, ejusque ebullitione, & orgasmo, ut in febris, vel suppressis sanguinis evacuationibus s. ex effervescencia feri, aut bilis, qui spiritibus animalibus permixtus, motum eorum turbat, vel angustia, obstructio, aut compressio pororum, & meatuum cerebri; à sanguine, pituita, casu, contusione, excrementis in cerebro genitis, vel aliunde allatis, ac impediendis, ut spiritus animal. non possint secundum lineam rectam cerebrum, ejusque poros permeare, sed in se invicem resiliant, circumgyrentur, ac menti ideam motus ovalis, s. circularis repræsentent, vel vapores ab infra ascendentes, vel potius quasi inchoati motus spasmodici partium inferiorum, ac spirituum turbationes, reliquis spiritibus in cerebro hospitantibus communicati.

VIII.

Dispositiva: ad Vertiginem dispositi magis sunt microcholi, seu biliosi, jejuni, hypochondriaci, hysterice, & præcipue senes; calculus renum etiam inducit Vertigines, ita etiam hæmorrhagiæ fortes.

IX.

Externa: sunt aër auritus, nam *3. aph. 5. auster auditum hebetat, caliginem visus obducit, caput gravat.* idem repetit, *3. aph. 17.* tempus hyemale. *3. aph. 23.* ætas senilis. *3. aph. 31.* mora sub sole, exercitium immodicum, baln. ira, Venus nimia, inedia, purgatio, ebrietas, potus fumi tabaci. Vermes intestinorum etiam graves inferunt Vertigines, prospectus ex alto, aspectus rerum circulariter motorum, navigatio, vectio, lucubraciones mentis; unde non tantum motus corporis, sed & animi pathemata, studia intensa, vigiliæ, cogitationes profundæ, item Avena, & lolii (vulgò Rühwaiden oder Silb, Unkraut. Trebs.) eius vertiginem causat, juxta illud:

Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ.

X. *Signa*:

X.

Signa: per se clara sunt: in *Essentiali* malum est frequens, levissima ex causâ ortum, nec tam facillè discutitur, nulla adsunt signa alterius partis affectæ; præcessit dolor, & capitis gravitas, aurium tinnitus, sensuum quædam læsio. In *Sympathica* contrarium accidit.

XI.

Prognostica: Vertigo *Symptomatica*, seu accidentalis, præsertim recens, periculis plerumque vacat, & facillè curatur; Vertigo *diuturnior* continua, gravior, præsertim caduca, quæ à multis *parva Epilepsia* dicitur, citrà manifestam causam in junioribus Epilepsiam, in senibus Apoplexiam sæpissime prænunciat: Vertigo crebra juniores infestans, debilem designat complexionem, talesque affecti, rarè ad proventam perveniunt senectam. Vertigo hypochondriacorum & scorbuticorum, plerumque chronica evadit & sæpe redit; Vertigo quæ crisin præcedit, hac superveniente tollitur; Vertigo senili ætati familiaris est *Hipp. 3. aph. 31.* Vertigo tenebricosa in febre, est signum desperatum. *Hipp. 8. aph. 15.*

XII.

Indicationes: sunt, ut Spirituum animalium motus sedetur, in ordinem redigatur, causa ejus tollatur, tum revellendo, tum evacuando, tum discutiendo; ac partes affectæ roborentur.

I.

Curatio in Paroxysmo: fit odoramentis, ut in Epilepsia, & Apoplexia, *frictionibus, chlysteribus, acribus*, vel vomitorio, radice in primis viis stabulante. V. S. quoque, si paroxysmus vehemens, & diuturnus; hinc exhibenda specificæ: cavendo à sternutatoriis quia per talia facile spiritus animales in inordinatos motus excitantur, Vertigo potius intenditur, & ad Epilepsiam disponitur.

Curatio extra Paroxysmum: fit 1. *Venam secundo*. Ubi sanguis abundat, aut facillè ebullit, & turgescit, malumque plus, minus ab eo fovetur: & quidem in brachio vel manu, quandoque pedis, si per consensum fit; *apertio hæmorrhoid.* prodest in hypochondriacis, post has alii venam frontis, vel commodius sublinguales aperiant. *Galenus* arteriotomiam commendat. *Platerus. & Rolsincus* dicunt, experientiâ comprobatissimum remedium esse arteriotomiam, post varia diu tentata remedia, dummodo de causa certi sumus, eam ex spirituoso & fervido sanguine arterioso profectam esse, quod ex pullu arteriarum continuò cognoscimus, summa tamen adhibita diligentia & circumspectione: *Vide Institutiones meas* de Arteriotomia, Vicem V. S. suppleat, *Cucurb. scarif. hirudin.* post aures.

H 3

II. *Par-*

H.

Purgandum, pilul. Cephalic. V. S. R. M. ss. pilul. de succin. Crat. gr. XXIV. resin. gial. gr. vj. tart. vitriol. gr. xij. cum s. q. bals. peruv. M. f. pilul. N. IX. deaur. fumantur hora fomni, vel summo manè. plura vide de Doloze capis. Apopl. Epil. &c. In malo per consensum ventriculi, emetica laudat Hipp. 4. aph. 17. non febricitanti, cibi fastidium, cordis dolores, vertigo tenebrosi, oris amaritudo, purgationem per superiora necessariam esse demonstrat; & hæc vomitoria magni Practici approbant, experta maximè in malo contumaciori. In malo inveterato, p̄ ul. usuales, omnibus instantibus novi- & pleniluniis capiendæ, v. g. pilul. de succin. Craton. Aloëtica, de Ammoniaco Quercet. cum extract. trochis. aibandal, vel ut dixi, pilule usuales ex aloë, Ammoniac. & Myrrha. extr. kelleb. nigri. Etiam Clysteres sapius loco laxantium adhibentur, uti dixi in Apoplexia & Epilepsia. Præterea pilulis purgantibus addendum suademus Mercurium dulcem, upote egregium Epilepsie & Vertiginis remedium.

III.

Instituendæ Evacuaciones particulares, abstinendo à Sternutatoriis, oculis nocivis, & nervosum genus validè concutientibus, ut mox supra diximus, profunt etiam fonticuli in brachio, vel cruribus excitati, setac. vesicat. frictions, in partibus sub capite factis, non autem in ipso capite, nisi præcesserint Evacuaciones universales, aliàs plus attraherent ad caput, & illud magis turbarent, sed fiunt in collo, brachiis, spina dorsii, tibiis &c.

IV.

In malo ex Hypochondriis orto, conveniunt chalybeata ut v. gr. limar. subtiliss. pulv. gr. vj. cum extract. absint. in pilul. redact. quæ per 30. dies exhibitæ, universale cruditatum sunt antidotum; Acidula, ser. lact. &c. multum præstant.

V.

Locum habent Antidimica, s. Specifica roborantia, è quibus eminent, agropyria, dromic. auric. urs. cubeb. sacch. obduci. & sejunè masticat. vel vino infus. & ebibit. sem. carv. vin. macerat. siccât. & sub hora decubitis sumptum; manè etiam masticari possunt, sem. senic. carv. gr. junip. item profunt paon. charesol. succin. cinnab. zinct. lun. essent. fl. anth. cicbor. ol. bux. conf. fl. calend. extr. scorzon. sem. aquileg. sinap. pulv. sciar. seric. pavon. est summum specificum à ʒß. ad ʒij. cum sacch. exhibit. vel cum aliqua conserva; Camphor. opium, absorbentibus & aromaticis mixtum. Ex Compositis

fitis pulver. mirab. Myns. specif. Quercet. vel R. Gr. paon. dr. ʒß. succin. alb. prap. dr. ʒ. sem. coriand. ans. senic. cardam. an. scr. ʒ. B. carv. scr. ʒ. z. z. mac. caryoph. sem. eruc. an. scr. B. cubeb. dr. B. cinnam. gr. ʒs. nuc. moscb. scr. ʒv. sacch. fin. ad pond. omnium M. f. pulv. vel R. Cubeb. cardam. sem. carv. galang. an. unc. B. sacch. unc. ʒ. M. Rotul. v. gr. R. Ol. dest. carv. sc. B. ol. nucist. destill. gut. viij. conf. alk. compl. rad. doron. pulv. an. dr. B. extr. lig. abès scr. B. cum s. q. sacch. in ag. beton. succin. prap. corah. rub. prap. spec. ron. dr. ʒ. B. marg. prap. dr. ʒ. succin. prap. corah. rub. prap. spec. cord. temper. an. scr. ʒv. amb. gryf. gr. ʒs. moscb. gr. viij. sacch. fin. in ag. cinnam. dissol. unc. x. M. f. Tabell. feu Morzell. R. Spec. pro morzell. Imperat. dr. ʒij. nuc. moscb. incif. dr. ʒ. confect. alk. compl. scr. ʒv. cort. rec. lit. incif. unc. B. succin. prap. dr. ʒ. sacch. in ag. cinam. sol. unc. v. f. Confect. in Morzell. Multum præstat potus ex fol. berbom. & salu. min. cum vino factus, vel cum aqua instar Thèe sumptus. Potus Caffè manè sumptus mira facit, vapores enim retardat, reprimat, compescit, & spiritus inordinatè motos, in naturalem motum redigit. Elect. v. gr. R. Conf. fl. anth. unc. ʒ. salu. majoran. an. unc. B. z. z. in lud. condit. unc. B. sem. sinap. eruc. an. ʒ. vj. cardam. cubeb. galang. an. scr. ʒ. sal. vol. succin. dr. B. spirit. ceras. nig. dr. ʒ. cum syr. fl. tun. s. q. M. f. Elect. de quo omni manè, & sub introitu lecti capiatur, pro lubitu. Laudantur præterea Balsamus Cælestis, liquor. C. C. succinat. salta volatilia succin. C. C. urine, spir. sal. armoniac. aromat. In malo pertinaci, cura sudorifera ex lignis, cum specificis antidimicis, vel contra vertiginem servientibus, Tragæa Wesseri experta. R. Pulv. rad. valerian. paon. aa. ʒß. nuc. moscb. ʒj. flor. euphras. ʒß. Pulv. crystall. pp. ʒij. cinnab. nat. ʒij. sacch. ad pondus omnium. Dos. duæ cupides cultri.

VI.

Extrinfecus conveniunt; Inunt. ex bals. succin. apopl. cinnam. caryoph. v. g. R. bals. caryoph. mac. an. scr. ʒ. ros. cinnam. an. scr. B. ol. succin. ans. an. gur. v. moscb. gr. ʒij. zibeth. gr. ʒv. M. Bombyx pulv. vertici insperius ping. Dam. Serpent. Cicon. temporibus illita. Cucuph. v. gr. R. Flor. rosin. major. an. m. B. fol. lavender. ros. paon. summis. serpill. an. p. ʒ. rad. ir. flor. unc. B. storac. calamus. benz. an. dr. ʒij. succin. spec. diamb. an. dr. ʒ. M. f. pulv. crassiusculus pro Cucuph. irrorand. aliquot gut. ol. dest. succin. & caryoph. Balsamum Aqu. dulcis, pedilavium ex cephalicis, lixivium sapientia Mynsicht;

Mynsicht. *Amuleta* sunt *corallia rub. crystall. succinum* è collo suspenda, vel ex his conficiantur pocula, & ex iis bibatur.

Quæres: quid sentiendum de *opiatu*? R. Si vapores calidi fanguis fervidus, à corde vel ventriculo, vel hepate, &c. affurgant, caputque petant, *unum vel alterum granum, laudans opiatu*, in vehiculo competente, sub initium invasionis dari potest, & erit sacra anchora, maximè autem, quando cum *succinatis* misceantur.

VII.

Dæta: Vitetur aer crassus, humidus, nebulosus, venti, radii, solar, alimenta vaporos. acria, viscida, cruda, coctu difficilia, legum, lacticinia, dulcia, satietas, & ciborum varietas. Jejunium in picrocholis, qui manè fumant, *mic. par. succ. gran. vel cydon. aut vin. malvat.* vel *Hispan.* ebriam. Abstinendum à vino vaporoso, cerevis. multum lupulata; à cibo fumendum: *Diacyd. vel Tragæa, v. gr. R. Fl. euphras. dr. ʒ. j. mac. dr. ʒ. i. sem. coriand. præp. dr. ʒ. corall. rub. præp. dr. ʒ. i. succin. alb. præp. gr. ʒ. ʒ. sacch. ros. tabul. unc. ʒ. ol. dest. carv. fenic. nuc. mosch. an. gut. v. M. f. Tragæa, insperg. pani biscocct. & vin generos. imburo; vel R. Consect. sem. coriand. anis. fenic. carv. cubeb. an. unc. ʒ. cinnam. dr. ʒ. spec. d'amb. mac. an. dr. ʒ. sacch. fin. vel ros. tab. unc. ʒ. ʒ. ʒ. M. f. Trag.* Motus sit moderatus ventriculo vacuo, optimæ frictiones; à cibo non statim dormiendum, exulent Cypris intempestiva, ira, tristitia, aspectus ex alto, & rerum circulariter motarum; alvus sit aperta, *plura vide de Comate, Caro, & Apoplexia.*

CAPUT IX.

Incubus.

I.

Nomen: *Incubus*, ab incumbendo dictus, *Epibiales* ab insiliendo, *Aggressio*, & *Invasio Nocturna*, *Nocturna Suffocatio*, *Strangulator*, quia videntur quasi in somno strangulari, *Epilepsia*, vel *Asthma nocturnum*, quod ista suffocatio sub somno nocturno plerumque accidat. Alii, ut *Plinius* ludibria Fanorum & Satyrorum, qui ex libidine comprimi solebant; alii dæmonem vel sorgam, vel Magum, Incubum, sed hoc contigisse, non exat exemplum, vel saltem nobis non videtur contingere posse, & si exempla recensentur, vanitates sunt, & non historia, *der Alp, das Trucken einer Druth,*
Her,

Hey, Gespenst, oder Nacht-Mändl. Nota: Hic affectus *Hippocrati* & *Galeno* fuit incognitus, nisi velimus dicere, illos sub hoc nomine intellexisse pavores in neonatis, vel terrores panicos. De hoc affectu ita scribit *Virgilius 12. Aeneidos*:

*Ac veluti in somnis ubi languida pressit
Nocte quies, nec quicquam arvidos extendere cursus
Velle videmur, & in mediis conatibus ægri
Succidimus, non lingua valet, non capite nota
Sufficiunt vires, nec vox, aut verba sequuntur.*

II.

Definitio: est apprensus compressio thoracis, & sufflaminata inspiratio, dormientibus imprimis & dorso incumbentibus superveniens cum corporis immobilitate, vocis interceptione, insomnio ponderis, præcordia prementis, ac suffocationem minantis.

Quæres: An Incubus etiam vigilantibus evenire possit, sicut dormientibus? R. 1^{mo}. quod non, quia vigilantes non ita falluntur, nec etiam falli possunt circa imaginationem, docente *Aristotele lib. de somno, & Vigilia*, pravus phantasias dormientibus apparere, quæ Vigilantibus non apparent, R. 2^{do}. & dico: cum hujus mali causæ potissimæ existant, vapores crassi, impediens actionum & operationum animalium liberum motum, & in organa transitum, tales etiam vapores faciliè in Vigilia variis modis dissipari, & prævideri possunt. Quod si autem tot, & tanti essent, ut dissolvi, remedi non possint in vigilantibus, tunc potius oppressionem, & inde oriundam Epilepsiam, vel Apoplexiam, quam Incubum generant, hinc nota: quis dicit Incubum Convulsionis speciem diaphragmatis, & thoracis musculorum, non malè dicit, ex causis, ut dicemus exortam, unde multi asserunt: Incubum esse Epilepsiam nocturnam,

III.

Genus: est Symptoma plurium actionum animalium lesarum.

IV.

Subjectum: est Cerebrum, præcipuè quoad nervos phrenicos, & recurrentes, hinc etiam thorax, quoad ejus musculos & nervos & diaphragma.

V.

Differentia: Alius *levis accidentalis*, ab errore externo plerumque oriundus, ut crapula, inglutvie; alius *habitualis & gravior*: alius *per essentiam*: alius *per consensum*.

I

VI. Causa

VI.

Causa interna: est vel liber diaphragmatis motus impeditus, præfertim à stomacho, vel nimium repleto, & distento, à copiosioribus alimentis, vel infarcto, à materia viscida, pituitosa, mucilaginosâ, quæ ab acido fermentante, in flatu & vapores crassos abit; vel in graviore, acidum quoddam peccans, quod mediante lymphâ ad cerebellum delatum, nunc irritando nervos respirationi inservientes, affectum spasmodicum, nunc spirituum animalium motum nonnihil sufflammando, leviozem affectum paralyticum inducit, hinc Incubum, nunc Convulsiones & Epilepsia, nunc Paralytes, vel Apoplexia sequuntur.

VII.

Causæ dispositivæ: sunt subiecta crapula dedita, pueri etiam, ob adiphagiam, seu voracitatem, obesi, crassis cibis utentes, hinc videmus frugaliter viventes, & sobriam amantes cœnam, raro Incubo tentari; constitutionis melancholica, ratione acidi.

VIII.

Externæ: repletio, crapula, somnus statim à repletionem, alimenta viscida flatulenta, decubitus supinus; uti ex effectu apparet, quod supino decubitu dormientibus frequenter contingat Incubus. Sunt nonnulli, ut supra diximus, qui hunc affectum dæmoni adscribunt, sed malè, cum naturalissimè contingat: potest tamen esse, ut per præstigia, & sortilegia induci possit; de quo vid. Mercklinus in Tract. de Incantamentis, Casu 33, & 45.

IX.

Signa diagnostica: in Definitione expressa; adest nempe moles, seu pondus præcordiis, cum imaginatione ponderis alicujus incumbentis, ita ut nec corpus nec membrum aliquod movere valeant, & hoc ex phantasia (quæ nunquam otatur) varia deceptione, nam juxta effectum Avicennæ: *unusquisque humor causat Phantasma cum suo colore*, sic meticulosi facillè sibi spectra fingunt, ita, ut aliqui credant incumbere vetulam, animal aliquod, monstrum, dæmonem, &c. cum tamen hæc sint mera ludibria, deliria, & phantasmata somni.

X.

Prognostica: Accidentalibus levis est: habitualis, nunc Epilepsiam, nunc Apoplex: nunc melancholiam portendit; pejor est, si conjungatur vertigo diurna, vel accidat partim dormienti, partim vigilantibus, vel cum sequatur sudor frigidus, tremor cordis, spasmus, vel syncope.

Al. Indi-

XI.

Indicationes: sunt, vapores discutere, causam eorum tollere, & partes roborare.

I.

Curatio: fit, excitando ægrum in paroxysmo, compellatione, corporis vellicat, frict. &c. hinc consultiur, ut tales ægri juxta se habeant locum, qui Incubo affectos excitent; detur etiam *Spiritus sal. armoniac.* vel *liquor C. C.* plura vid. tit. de Apoplexia.

II.

Extra eum; plethorâ præsentem, *venam secando, cucurb. scarif.* applicando, *hemorrhoides aperiendo, Fonticuli, Vesicatoria & setacea* multum profunt.

III.

Evacuando per epicrasin, vel *Pitul. Cepha.* v. gr. ℞. *Extr. elleb. nig. merc. dulc. an. gr. 15. scam. sulph. gr. ij. extr. troch. alk. gr. i. cum s. q. ol. dest. succin. M. f. Pil. N. 13. deaur. vel ℞. Extr. cathol. panchym. Coll. ser. i. extr. coch. ser. B. pulv. syr. gr. v. ol. dest. fœnic. gut. ij. syr. de st. ach. q. s. M. f. Pilul. Vomitoria mira præstant; uti etiam Clysteres.*

IV.

Margialia quandoque profunt, imprimis *acidula & therma.*

V.

Roborantia antephiatica, ut v. gr. *theriac.* cum aq. pœon. antecubitum sumpta, *Elaeococh. rorism. succin. salu. lavend. cinnam. pulv. rad. pœon. vel sem. pœon. in Emuls. sem. anis. aut ol. ejus destill. conserv. st. tunic. cum confect. alk. essent. rorism. ambr. magist. corall. perl. elect. pleres Archont. cum confect. alk. & spec. diamb. aq. epil. Lang. cinnam. cum modico ambr. elix. vnta Matthiol. Ex compositis sunt Pulveres. v. g. ℞. *Pulv. stom. Birk. dr. ij. fecul. Pœon. dr. B. smaragd. præp. ser. i. M. f. pulv. sumendus tempore somni, Rotul. v. gr. ℞. Ambr. gryf. ser. B. ol. cinnam. anis. nuc. mosch. an. gut. ij. caryoph. gut. i. sacch. in aq. st. arant. sol. unc. 4. M. f. Rotul. Tabell. ℞. Spec. diarrhod. Abb. aromas. ros. diamb. an. dr. i. mag. corall. succin. cran. bum. an. ser. i. sacch. in aq. epil. Lang. sol. s. q. M. f. Tabell. Maximè prodest *theriac. smaragd. in.* Ad stagnationem sanguinis tollendam optimè facit, *Spiritus sal. armoniac. spir. suliginis, liquor C. C. succinatus;* præ aliis, *Sperma Ceti,* summum est remedium in dissolvendo sanguine, item *mixtura simplex* in vehiculo ad gutt. 30. data. Inter externa sunt: *rad. pœon. è collo suspensa.***



corall. rub. chrysolithus, malachites, cucupha è pelle lupi, vel alia cephalica. vid. Vertig. Apoplex. &c.

VI.

Dieta: Aër non sit nebulosus, humidus, ventis turbatus; vitentur radii lunares, solis & ignis. **Diata** sit tenuis, flatuum expers, vita sobria, cœna frugalis; vino parciori, & tenuiori utendum, cœna sit pauca, juxta illud:

Ut sis nocte levis, sit tibi Cœna brevis.

A Cœna ad somnum 3. horæ interponantur, vitetur decubitus supinus, sed in lateribus dormiat; vitetur etiam Venus intempestiva; Exercitia & frictions sint moderatæ, post cibum sumatur *Diasyd. l. pulv. pep. ricæ* seq. *Sem. coriand. præp. dr. vj. pœon. dr. l. B. cinnam. mac. caryoph. an. ser. l. corall. rubr. præp. d. l. ol. dest. carv. gut. vj. nuc. mosch. gut. vj. rosul. man. Christ. perl. unc. ij. B. M. s. Pulv.* plura vide in Epilepsia, quia Incubus levior est Epilepsia, vel gradus ad Apoplexiam. Valent etiam *species diambri. diamosch. dulcis. &c.*

CAPUT X.

Tremor.

I.

Nomen: Tremor, græcè tromos, germanicè, das Zittern.

II.

Definitio: Est motus voluntarius depravatus membrorum huic motui inservientium, ut perpetua vicissitudine. fibrentur, & modò elevando & subsultando, modò deprimendo & declinando, vitiosè moveantur. Dixi: motus voluntarius depravatus, teste *Galen. 2. de symptomat. causis, cap. 1. & lib. de symptomatum differ. cap. 3.*

Sed dices: *Gal. lib. de Tremore cap. 4.* recenset Tremorem inter motus diminutos, ergò *Gal.* sibi contradicit. *R.* Hanc contradictionem facile conciliari posse, dicendo, motum dupliciter considerari posse, vel secundum seipsum, vel ratione facultatis; ratione prioris est depravatus, quia non fit eò modò, quò fieri debet; ratione posterioris est diminutus, quia fit à facultate debili, quæ fortes motus non edit.

III.

Genus: est Symptoma motus animalis depravati:

IV.

Subjectum: sunt Fibræ musculorum nervæ; atque ipsi Nervi cum Spiritibus animalibus.

V. *Disse-*

V.

Differentia: Alius *universalis*, alius *particularis*, alius *magis inveteratus*, & *habitualis*; alius *simplex*, alius *compositus*, s. *mixtus*, dum motus convulsivi cum eodem misti, membrum agitant, ut in febr. malign. in declinatione paroxyfmi Epileptici &c. Differt tamen Tremor à motibus Convulsivis, quòd Tremor ferè semper conjungatur cum motu voluntario, v. g. manus vix unquam tremunt, vel pes, nisi ad motum adigatur, ut ait *Gal. lib. de tremore*. Tremor, inquit: verè tibi non fit, nisi partem moveas, in motu verò Convulsivo ipsò agrò nescio, & præter voluntatem, motus convulsivi accidunt; Alius *spurius* Palpiratio s. Jectigatio dictus, dum membra, quæ dilatari & constringi possunt, ut caro musculorum, cutis, intestina, ventriculus &c. manifestam motionem exhibent, attollendo se, & palpitando: Differt autem à *vero* tremore, quòd illa palpitation non fit voluntaria, nec in toto membro fiat.

VI.

Causa interna immediata: Est depravata Musculorum actio, dum spiritus non tantum in musculum motui intento primario destinatum, sed simul deviatione quâdam in vicinis feruntur, ita ut actio dicti musculi motum causet voluntarium: posterior præter naturalem.

VII.

Mediata: sunt vel ipsi Spiritus animal. seu deficientes, ut in senibus, nimis evacuationibus, Venere, doloribus, morbis vehementibus, & diuturnis, vigiliis, inedia, animi deliquio &c. seu vagabundè & confusè moti, ut in ira, terrore, &c. f. narcosi affecti, v. g. ab usu opii, hyoscyami, papavere, vel ab hydrargyri vapore, ut in aurifabris, vel siue venerea affectis, & mercurio malè curatis, vel in febribus malignis ex vaporibus narcoticis, & venenatis; vel ipsa pars laesa f. irriteretur à materia, acri maligna, ut in tremoribus convulsivis, f. pori aut meatus, in nervis vitiatè angustentur, aut fibræ non ritè situentur, ut legitimus motus spirituum animal. nonnihil pervertatur.

VIII.

Externa: sunt venena, mercurialia, narcotica, refrigeratio partium nimia, suppressio mensium, lochiorum, secundinarum, aut foetus mortui.

IX.

Signa Diagnostica: ex Definitione patent.

I 3

X. *Progn-*

X.

Prognostica: Tremor superveniens paralyfi, bonus; à causis internis ortus, facillè degenerat in Paralyfin, Apoplexiam, & Convulsionem. Tremor Senilis, hæreditarius, & ex vitio diæta successivè genitus, vix curabilis; superveniens mulieribus post partum, ex retentis quibuscunque in utero, periculofus, & Convulsionum prodromus, Funesti, ex Hipp. in Coac. supervenientes morbo jam fractis, atque extenuatis; funesti etiam in morbis acutis & malignis, motus tremuli manuum, & linguæ; periculofus Tremor citra causam externam apparentes; à causis verò internis est periculofior, ut diximus, Hipp. 7. aph. 21. tremor in veterno seu lesbargo malum; Senibus tremorem advenire, sicut lucernæ extinctioni proximæ; dicit Aristoteles 3. probl. 5.

XI.

Indicationes & Curatio: ut in Paralyfi. Ex appropriatis est *salv.* ut: *Ess. salv. castor.* item *meliss. pæon. bac. & rob. junip.* vel *dec. colt. ligu. junip.* per modum diæta sudorifera, usurpando simul *læcopic. ol. bux. cinnab.* Multum laudatur, *pulvis salvæ zj.* manè, & vespèri assumptus. *Tinctur. flor. hyperici* est experta. *Tinct. bezoart. sinetur. luna. Essent. ambræ,* plura vide tit. de Convulsione, Paralyfi &c.

XII.

Inter Externa laudantur *cucurb. sic. dorso applicat. frictio & foment. cum urin. lixiv. decoll. frax. ol. junip. aq. arthrit. spir. lumb. form. ess. castor. v. g. v. aq. arthrit. unc. iv. spo. lumb. unc. i. B. Essent. castor. dr. ij. M.* Si vitium à mercurio, laudatur *dec. colt. enul. aurum soliat. antim. diaph. cinnab. &c.*

XIII.

In Diæta laudatur *esuv. Columb. sylv. cereb. lepor. assat.* pro potu dilut, aut *cerevis.* vel *hydromel.* condit. *salv. beton. rorem.* vitandum meracum, nimia Venus, lotio in aq. frigida &c. plura vide titulo de Paralyfi & Convulsione.

CAPUT XI.

Phrenitis & Paraphrenitis.

I.

Nomen: Phrenitis, quasi Phrenis, seu læsio mentis, *Erysipelas*, s. *Apôtëma cerebri*, seu *Insania*, *Dementia*, seu *Delirium perpetuum*

petuum cum febre acuta. Das Hirn-Wüten, die Haubt-Sucht. Paraphrenitis, *Paraphrenesis*, *Desipientia*, s. *Delirium simplex*, das *Sollersitzen*, oder *Abreden*.

II.

Definitio: est Inflammatio meningum cerebri, id est; dura & pia matris, subindè & ipsius cerebri, facta, ab influxu, stagnatione, & effusione sanguinis fervidioris & acrioris, cum febre continua acuta, delirio continuo, seu depravata ratione, reliquisque mentis operationibus (de quo delirio in titulo de *Melancholia* plura) & vigiliis pernicissimis.

III.

Genus: est morbus Intemperici calidæ, seu discrasie biliofo-sanguineæ, cum aucta magnitudine (inflammatio enim est verus tumor) & depravatione phantasie, & ratiocinationis.

IV.

Subjectum: Membrana cerebri, subindè etiam ipsum cerebrum, cujus inflammationem frequenter sequitur Sphacelus, s. substantiæ ejus suppuratio, & corruptio, de qua Hipp. 7. aph. 50. ait: *quibus cerebrum sideratum est, intra tres dies intereunt; si verò hos effugerint, sani fiunt.*

V.

Differentia: Phrenitis alia vera, quæ est definita, seu legitima, seu essentialis, seu idiopathica; alia spuria seu Paraphrenitis, & per consensum, seu sympathica, accidens præcipuè in statu, & augmento febrium ardent. malignar. inflammationum viscerum, & præcipuè diaphragmatis, subindè etiam in paroxysmo febrium intermittent; interdum in lumbricis, colicis atrocioribus, passione hysterica, quam post ventris intumesceniam, & cordis oppressionem sæpè succedit fabulatio absurda, cum risu, vel fletu; Item in calculis acutis, gangræna partium vulneratarum, & ulceratarum. Phrenitis vera alia est *primaria*, quæ per se incipit; alia *secundaria*, quæ aliis morbis succedit, alia in habitudine & dispositione, alia in habitu, quæ etiam hæctica dicitur, ac substantiam cerebri quoque occupat; Delirium tandem aliud *serium* & impetuofum, aliud *ridiculum*, à diverso statu, & motu spirituum animalium. Rem declaro exemplo: v. g. Sicût in ebriis idem Vinum, sub diversa tamen ex ebrietatis excessu parit deliria, eaque diversa in diversis personis, dum unus fit furiosus, alter morosus, alius cantans, alius somnolentus, alius sapiens, alius Dux, alius se vitreum esse, alius se Butyro inunctum, timens, si ad ignem accede-

accederet, nè colliquescat. Hinc iterum Phrenitis alia est intensa, alia mediocris;

VI.

Causa interna: est Sanguinis stagnatio, putrefactio, & effusio; stagnat, vel ob ejus crassitiam, visciditatem, & coagulationem, vel frequentius ob partem recipientem, ab acri, vitioso fermento irritata, ita ut ad partem dolentem spiritus concitatus influant, hinc fibræ stringantur, pori claudantur, meatus angustentur, & sanguinis vitetur calculus. Paraphrenitis oritur, dum Spiritus animales à vaporibus calidis seu malignis, aut particulis sylvestribus, vel malignis, aut nimis irritantur, aut turbantur, & in confusionem aguntur, ut quasi æstrò perciti, huc atque illuc intra cerebrum tumultuose ferantur. Quandoque oritur ex defectu spirituum, ut in agonizantibus, nimis sanguinis profluvio, vigiliis &c. de quibus Hipp. 7. aph. 9. & 18. ait: à sanguinis profluvio Desipientia, aut Convulsio malum. Ob Vigiliam convulsio, aut Desipientia malum.

VII.

Causæ externa: Phrenitidis sunt aër æstivus, radii solar. ætas juvenilis, usus vini meraci, ira, suppressio mens. lochior. hæmorrhoid. vulnus, percussio, contusio, progressum Erysipelas externum, vel Angina, Pleuritis &c.

VIII.

Signa Diagnostica: in Definitione expressa, adest nempe febris acuta, respiratio magna, & rara. Delirium perpetuum, vigilæ, dolores intensi capitis, & cervicis, qui mox evanescunt, ægri floccos, & festucas legunt, adest dentium stridor, oculorum rigor, urina suppressa, vel alba, oblitio, dejectiones albæ. In habi.uali & hecica adest sensuum omnium omisio, nulla responsio, impotentia motus, manus tremulæ, aliquid queritare vel arripere valentes, dormientibus similes sunt ægri. Ab inflammatione Diaphragmatis, seu Paraphrenitidis dignoscitur, quod in hac respiratio parva, frequens cum tulli, dolore lateris, voce acuta, & hypochondriis sursum revulsis.

Quæres: quomodo Phrenitis à Paraphrenitide differat? R. In vera phrenitide, illa multò citius manifestatur, quam delirium, & ea ingravescente, vel miscescente, delirium augetur, & minuitur. In Paraphrenitide verò, à diaphragmatis inflammatione orta, adest statim delirium, & quidem continuum, 2dò: in Phrenitide vera est respiratio magna, & rara, in Paraphrenitide parva & frequens, quia affectum diaphragma non potest se extendere, & dilatare, uti decet;

3rd in

3io: in Phrenitide vox est gravis, & ægri vociferantur; in Paraphrenitide vox acuta, ob læsum respirationis organum, 4o: Phrenitis est affectus idiopathicus, seu essentialis, Capite primario affecto: Paraphrenitis est affectus sympaticus, & per consensum. Signa imminentes Phrenitidis & Delirii sunt vigilie, vel somni breves, turbulenti, sermo immodicus, urina tenuis, ob bilis raptum ad cerebrum, calor in fronte, oculi immutati, ac solito mobiliores, splendidiore, subinde aspectus fixus, & torvus, insomnia terrificæ, oblitio, mutatio morum, urinæ albæ ac tenues, &c. Causarum signa ex propriis signis eruenda sunt, nempe humorum peccantium diversitate, & modo delirii exinde orti.

IX.

Prognostica: Phrenitis ut plurimum lethalis est, tertia die jugulans, quia pars nobilis, & princeps gravissimè afficitur, præterea est morbus acutissimus, in ea dejectiones alvi albicantes, & urinæ crudæ, albæ, pallidæ pessimæ, ex Hipp. 4. aph. 72. ob raptum bilis ad caput, & obstructos renes. Desipientia obscura periculosior tumultuosa: his autem magis tuta ridicula. Lethale, si Phrenitis mutetur in Lethargum, si superveniant convulsiones, singultus, stridor dentium, aphonia seu vocis privatio, inscicia facum aut urinæ dejectio, si ægri floccos, & farcinas colligant, aut festucas carpant; lingua, & manus tremulæ, stilla sanguinis nigri è naribus emanans. Magnam solutionis spem præbent, si symptomata vehementia remittant, vires consent, si post summum morbi vigorem, insignis aliqua evacuatio contingat per sudores, hæmorrhagiam, abscessum, alvi fluxum &c. Quoad delirium nullum quidem tutum est, sed non omne æque periculosum; tutius est quod contingit die critico cum bonis signis, quod mirè, leve, & continuum, cum risu per totum morbi decursum apparente, nam ex Hipp. 6. aph. 53. & 53. Delirium, quod cum risu fit, tutius; quod vero studio adhibito periculosius. In quo simul adest pulsus robur, respiratio inculpata, & appetitus salvus, quod per somnum sedatur, nam ex Hipp. 2. aph. 2. ubi somnus delirium sedaverit, bonum. Periculosius est, quod continuum durat, quod junctum cum vigiliis, difficultate respirationis, cum luctuosis suspiriis ex Hipp. 4. aph. 64. Quod oritur à profluvio sanguinis, ileo, pleuritide, peripneumonia, quod ferox, quod statim apparet circa initium morbi, quod versatur circa res necessarias, ut cibum, potum, &c. quod fit cum planctu, & lacrymis; cum memoria abolitione, quod succedit viribus debilitatis, quod junctum cum stridore dentium,

K

cui

cui supervenit silentium, seu aponia, vocis latio, lethale est. Idem dico, si fæces & urinæ incisus deiciantur; tremor, vel convulsio. Qui delirantes ex lecto surgunt irâ, & furore perciti, multi sanantur; qui ob timorem, nullus, observante *Cardano*. Delirium subinde post febres superstes observatur, quod vel sensim sanatur, vel transit in alios morbos Lethargum nempe, Maniam, Melancholiam, vel Morosin, id est Fatuitatem, & talis Phrenitis lethalis est. Solvitur Delirium hæmorrhagiâ, vel fluxu alvi, morbo ad coctionem tendente, Lingua nigra in acutis, ferè semper post se trahit delirium. Plura loca in prognosi, vide apud *Hipp. 1. aph. 17. 19. 20. 28. 2. aph. 12. 3. aph. 10. 13. 30. 7. aph. 12. 18. 5. aph. 1.*

X.

Indicationes: sunt Sanguinem effervescentem febrilem compescere, influentem revellere, derivare, repellere, intercipere, stagnantem resolvere, spiritum turbatum impetum sistere, intemperiem alterare, partesque affectas roborare.

I.

Curatio: fit præmissio Clystere emolliente & refrigerante ex decoct. herb. emoll. bord. prun. cum cass. diaprun. vel lentiv. unc. 1. ℞. & sacch. rub. unc. 1. per *V. S. sæpius repetitam*, sivè de die, sivè de nocte, una, vel pluribus diebus, facièdo foramen angustum, ac vulnus bene muniendo; alii suadent pro celeriori evacuatione arteriotomiam, de qua vid. Institutiones. Si ex mensium vel lochiorum, vel hæmorrhoidum suppressione, saphena in pede aperiatur, & iteretur sæpius in principio, & augmento morbi, habita ratione virium &c. Conveniunt etiam frict. cucurb. scarif. vesic. ad scapulas & brachia: Alii suadent infusionem aliquorum liquorum in venas hominum v. g. *Essentiam anodynam, tinct. anodynam, laudanum liquidum &c.* Alii transfusionem sanguinis, vel humani, vel vituli, vel agni instituant: quasi his instar annonæ spiritus placarentur; sed nota fides sit penes Authorem. vid. supra allegatum *Mercklinus, de Transfusionem sanguinis.*

II.

Pro derivatione convenit apertio Venæ frontis, narium, sub lingua, hirudines post aures, cucurb. scarif. ad occiput. Alii in Idiopathica etiam cucurbitam magnam superiori parti capitis applicant, Purgatio in Phrenitide primaria non convenit, in secundaria, si adfit magna Cacoehymia, statim à principio, levis tamen, & non fortis locum habet, *Hipp. 3. aph. 22.* Vomitoria si deniur, mox dum mor-

bus

bus pullulare incipit, radicitus eum tollunt, nullatenus verò, si minimum sumpsit incrementum.

III.

Intrinsicè conveniunt, alterantia, præcipitantia, acida, antiphrenica, ut emulsio ex sem. melon. amygd. d. papaver. alb. cum aq. nymph. portul. lact. Regis Ferdin. ex nitro. dissolvendo lap. prunell. v. g. *Sem. a. frig. maj. an. dr. iij. papav. alb. dr. ij. amygd. d. excort. & in aqua frigida. infus. unc. ij. aqua nymph. portul. lact. an. unc. v. & el decoct. bord. lib. 1. lap. prun. dr. ʒ. M. edulcor. q. s. Julep. v. g. ʒ. Ag. ceras. nig. unc. ʒj. borrag. unc. ʒj. syrup. granat. acid. fl. tunis. an. unc. 1. sem. papav. errat. unc. ʒj. spirit. vitr. vel sulph. q. s. M. Utilis etiam est aq. Reg. Ferdinandi ex nitro; præterea Specifica ex nitro, camph. sacch. saturn. liquore s. ol. perlar. tinct. corall. lun. smaragd. &c. oculi cancri, nitrum præp. perlatum, & antimonialium, bezoart. mineral. antimonium diaphor. antisect. album, unicornu, terra sigillata, cranium humanum; cinnabar. nativa, lapis de goa, mixtur. simplex, tinct. auri, lunæ, tinct. coralorum, Serum lactis simpl. destil. tinct. ros. viol. flor. papav. errat. Nota: Summum specificum est decoctum anagallid: cum flore phaniceo seu rubeo, cum papav. capitibus coctum & bibitum sapius. Camphorata & martialia & opiata; sed cautè adhibita. Item succi granatorum, berberum, ribum. Extra Epithemat. a. cordi & hepari applicari possunt. Pedibus ped. virg. ex decoct. sol. vit. violar. lact. salic. nymph. aa. M. ʒ. cap. papav. N. x. &c.*

IV.

Topicis utendum repellentibus & hinc discutientibus; ex illis laudatur oxyrrhod. ex ol. ros. acet. ros. cum aq. vel succ. plantag. portul. solan. lactuc. cum album. ovi. Epithema ex succ. cancor. vel Penoti. *ʒ. Ag. ros. cum sant. rub. impr. gnar. ʒ. xx. camph. gr. xx. mosch. gr. x. M. madesiant lintea duplicata, & tepide applicentur.* vel *ʒ. Ag. sperm. ranar. ʒ. viij. succ. canc. fluvi. express. ʒ. ij. opi acet. correct. ʒ. ʒ. camph. croc. an. scr. ʒ. B. M. Laudatur etiam sedum majus, confusum cum lacte muliebris, mixtum & applicatum. Idem præstant: ramenta cucurbitæ. Topica hæc sunt actu frigida; si adfit ætas & æger juvenis, sectis tepida adhibeantur. His non diu utendum, nè in Lethargum transeat affectus, abstinendo omninò, si inflammatio extorsum vergat. Ex discutientibus, præstantissima sunt animalia viva, per medium secta & calide capiti raso applicata, ut gallin. nig. columb. anat. pulmones animalium &c. Caro cucurbitæ contusa, capiti raso applicata, testibus verò oxycratum, ex aqua ros.*

Et aceto : Pediluvia ex herbis refrigerantibus ; fronti , Emulsio ex amygd. amar. & nucleis persici , cum aq. flor. sambuci & verbena. Hirundines vivæ & discissæ , capiti raso applicatæ ; mira præstant. Extremum est , immerfio corporis Phrenitici in aqua frigida , & ibidem per aliquot horas detenti ; sed cautè aut nunquam id tentandum. *Unquendum meum somniferum* tanquam specificum excellit.

V.

Symptomatibus urgentibus , ut urinæ suppressioni & vigiliis , succurrendum per emuls. pedilav. unæ. & tandem laudan. opiat. sed cautè , nè materia morbifica magis impingatur , vel Lethargus superveniat. Narcotica hæc in delirio febrium , in principio , augmento & statu , ad hoc symptoma levandum nihil profunt ; imo sæpè obfunt : benè tamen usurpantur in declinatione , præsertim si priùs æger purgari potest.

VI.

Dietæ : aer sit frigidus , victus refrigerans & humectans , ex crem. bord. gelatin. prun. juseul. panasell. pro potu detur ser. lact. cum nitr. succ. lim. vel syr. acetos. citr. vel decoct. bord. tamarind. rad. acetos. passul. vel simētur. ros. aut seq. ʒi. sig. font. lib. ij. sol. acetos. papav. errat. an. Mß. flor. borrag. viol. nymph. aa. p. j. syr. vitriol. ʒj. sant. rub. limat. ʒij. stent infus. per aliquot hor. frigide coletur. Provoceatur somnus , moneatur æger ad excernenda , nè urinam supprimat ; violentius agens , ligetur , nec sibi solus relinquatur. Servetur in tenebris , vel si has abhorret , in luce temperata.



CAPUT XII.

Cerebri Abscessus , seu Sphacelus , & Phrenitis suppurata.

I.

Nomen : Cerebri abscessus & Sphacelus , Phrenitis suppurata ; Gangrana vel Syderatio , Hirn-Brand , Kalter Brand.

II.

Definitio : est substantiæ Cerebri suppuratio vel corruptio , & caloris nativi extinctio , cum sensuum læsione.

III.

Genus : morbus intemperiei , seu discrasie , cum aucta magnitudine , & soluta unitate.

IV. Sub-

IV.

Subiectum : est Cerebrum , & partes ei vicina.

V.

Differentia : alius incipiens ; alius confirmatus : alius cum , alius sine vulnere & contusione ; alius post Phrenitidem & inflammationem alius à causa interna , alius à causa externa.

VI.

Causa immediata : est Cerebri substantiæ inflammatio , suppurans & corrumpens.

VII.

Causa mediata : est Sanguis supereffervesceus & biliosus , in cerebri corpus & partes ejus internas affatim irruens & ibidem putrescens , ob caloris mortificationem & extinctionem , sensuumque amissionem.

VIII.

Causa occasionalis & externa : est contusio , vulnus &c.

IX.

Causa remota : obstructio vehemens & contumax , omnium tubulorum & pororum , ob hinc ortam inflammationem , stagnationem atque coagulationem sanguinis & succorum circulantium , & Spirituum animalium suffocationem : Exercitium vehemens , Calefactio capitis nimia , Ira &c.

X.

Signa diagnostica : sunt à principio , dolor capitis , occipitis , colli & totius spinæ ; huic mox succedit sensuum omnium internorum & exteriorum quasi abolitio. Inquietudo continua in pedibus & manibus ; faciem dilacerant , crines avellunt , febris intensissima adest , nec cibum nec potum admittunt : procedente morbo corpus languet & immotum redditur , & ante obitum purulenta & viscens materia , ore aut naribus ejicitur :

XI.

Prognostica : affectus ist periculosissimus & plerumque lethalis , teste. Hipp. 7. aph. 31. quibus cerebrum Sphacelatum est . in 17. bus diebus pereunt , si verò hos evaserint , sani sunt : Hipp. autem hic non loquitur de Sphacelo id est : de facta completa partis corruptione , quia hæc curationem non admittit ; sed de illa in fieri seu incipiente.

XII.

Indicationes : sunt eadem , quæ in Phrenitide.

I.

Curatio: eadem quæ in Phrenitide, Gangræna & Sphacelo.

II.

Vena sectio, in hoc periculosissimo affectu unica spes est salutis, unde *bis, ter & quater,* imò usque ad deliquium fieri debet, juxta *Celsum: multa in paucis casu sunt, quæ alias essent omittenda.*

III.

Laudantur præterea, quæ de Phrenitide dicta. In factio autem jam cerebri Sphacelo, volatilia, spirituosæ, balsamica. *Elix. propr. succur. bezoart. myrrh. liquor. c.c. succinat. Elix. vita* cum *spiritu matricali, mixtur. simpl. ad xx. gutt. bis in die.* Plura vid. sub titulo de Gangræna & Sphacelo.

CAPUT XIII.

Melancholia & Philtrum.

I.

Nomen: Melancholia, *Misanthropia, Melancholey, Zieffinnigo* ficit. Nota: ad hoc caput sequentia nomina reduci possunt, licet sub aliis propriis titulis tractentur. 1^o *Fatuitas* græcè *Moresis* quæ nihil est aliud quam imminutio rationis. 2^o *Amentia* seu *Desipientia*, græcè *Anoia*, seu *Abolitio rationis* 3^o *Phrenitis* de qua jam egimus, seu depravatio rationis. 4^o *Memoria læso* seu affectus, cum læsione rationis. Hi affectus autem omnes curantur sicut Melancholia, unde non egent propriâ tractatione.

II.

Definitio: est delirium sine febre, & hæc distinguitur à Phrenitide; febris enim non est de essentia melancholice, sed potest ei accidere, ut febris vel Melancholiam præcedat, vel eam comitetur, vel subsequatur, si v. g. Cacochymia ad febrem prona sanguinem descædet, & febrem pariat, cum timore & moestitia, aut saltem animi angore, in una cogitatione pertinaciter defixa, & hoc, nempe cum timore & moestitia, distinguitur à Mania, quæ est cum furore & audacia; dependens à phantasmate melancholico, seu tenebricoso.

III.

Genus: Est symptoma depravata imaginationis, præcipue subinde & ratiocinationis.

IV. Sub-

IV.

Subiectum: est Cerebrum, & Cerebellum unà cum Spiritibus animalibus; uti etiam cor sympathice ut plurimum.

V.

Differentia: Alia est *Cephalica* seu *Idiopathica* seu *essentialis* causâ in capite existente, dum Cerebrum, in modo substantiâ à naturali luciditate discedens, ejusdem constitutionis vitiosæ spiritus animal. generat; alia *hypochondriaca s. myrachialis*: quæ viscera naturalia s. partes inferiores abdominis occupat, & caput per consensum afficit; unde alia *per consensum cordis* & totius, alia per *consensum uteri*, alia *vaga* in qua ægri circa unum tantum objectum: alia *fixa*, in qua, in perisque actionibus delirant, alia *errabunda* seu *erosica*, ab Amore vel Philtris, vel Zelotypia, desperatione &c. Nota: cum hic fiat mentio de Philtris, per quæ multa mala & morbi contingunt homini, ided brevissimè pro informatione de *Philtru* agam.

Per *Philtrum* intelligimus, medium seu medicamentum amorem concilians, aliis dicitur *Amatorium verus*, aliis *Amatorium poculum*, etn *Liebes-Tranck*, quò nimirum unius subiecti ad alterum inclinatio quædam excitatur, ita ut ex præsentia talium subiectorum, quoad affectus animi se optime habeat, è contra ob talium personarum absentiam, male se habent; & gravioribus anxietatibus divexantur.

Philtra possunt usurpari inter mares & feminas, inter homines & bruta &c. ut sic mutus amor concilietur.

Philtra vel sunt *vera*, vel *notha* seu *spuria* & *falsa*. *Notha* seu *falsa*, quæ à vetulis seu mulieribus propinantur, & hæc vel sunt *vana* & *frustranea* quæ ex variis subiectis parari solent, v. gr. ex *sanguine menstruo* quem propinant, vel ex *umbilico infantum* vel ex *secundinis*, vel ex *testiculis animalium salacium*: sed hæc omnia sunt *vana* & *frustranea* & nihil obinetur, nisi quòd aliquando tales, quos postulant ut ament, in pessima mala incurrant, v. gr. *Maniam*, & Stupiditatem, ut multa restant exempla. vid. *Horstius Obs. 3. Vera Philtra* de quibus est quæstio an dentur? aliqui negant, sed malè, nam illa dari confirmat experientia, ubique enim prostant exempla, quibus coactus amor possit fieri: Sic unus accepit à foemina medium pomum citrinum, hora quartâ pomeridiana, ex quo esu postmodum quotidie hac horâ, tam insano flagrabat amore, ut anxius curreret, usque quo hanc foeminam accederet.

Sed dices: hoc fit per Magiam, & ope dæmonis &c. Positò subesse ludibrium Dæmonis, saltem Dæmon non potest suprà naturam &c.

& consequenter secundum vires in natura fundatas agere. Exemplum habemus in *Canibus* dum quidam gestant panes sub axillis, ut probè madore madeant, & hos panes cani propinant; plura qui desiderat legat *Helmons. de magica Pulverum curazione* §. 17. ubi dicit: vim Philtrorum consistere, in mumiæ consermentatione seu spiritu infuso; Quæres: an possint cognosci philtia? R. Certa signa non profant, sed rationalibus conjecturis, partim ab ægro, partim à Medico cognoscuntur, simul etiam invadunt anxietates circa stomachum, perturbationes animi, impetus amatorii &c.

Hæc affectio difficulter curatur, opusque est divinis & supernaturalibus specificis remediis, internis & externis, *visco corylino, pinguedine cantina, ursina, caponum, hyperico, antirrhino, morfu diaboli, assa fetida, valeriana, vomitorii, sudorsiferi, theriaci, essentia mumiæ, essentia vel pulv. viperarum, margaritis, terra sigillata, pulvere secundina* *prop.* vel *pulvere calculi humani, Emplastro sarrido* Myrsicht. Balneis ex dictis herbis. Alia est *ambulatoria*, alia *arionita*, alia *ridicula*: unde dubitatur, si timor & moestitia est de essentia Melancholiæ, quomodo Melancholicus possit esse ridiculus aut lætus? R. Varios esse Melancholiæ gradus, & varias humoris melancholici seu acidi, eum aliis humoribus commixtiones; unde tanta deliriorum varietas oritur, quippe alii læti alii tristes, alii Reges, alii Pontifices, alii Vates, alii lupi, feles, fragiles, vitrei, mortui quod sint, credunt; alii grana tritici à gallinis devoranda: alii mingere nolunt, nè diluvium oriatur: alii se butyro unctos credunt, ignemque timent nè colliqueant, alii uno pede in cælo, altero in inferno stare, sibi persuadent.

Quæres: quomodo ergo fiant Insomnia? R. Sicut nos in Vigilia semper cogitamus, sic dormientes etiam semper cogitamus, & cogitationes in somno, Insomnia nuncupamus. Unde dicimus: Insomnia dormientium, deliria, & e contra vigilantium deliria eorum somnia.

VI.

Causa immediata: est phantasma tenebricosum, exortum à vitio spirituum animi, qui cum naturâ suâ deberent esse puri, lucidi, tenues, subtiles & ordinatè mobiles; opaci, tenebricosi terrestres, fuliginosi, & fixi redduntur, qui rerum imagines, velut umbra aut tenebris obductas repræsentant, habentque indolem acetosam instar spiritus acidi: Verbo, Causa immediata, est depravata dispositio turbatio & inversio, texturæ pororum cerebri & vasorum ejus, non nisi absurdè

absurdè objecta animæ deferri permittens, non secus ac in speculo falso, quod omnia objecta falsa ac perversa monstrat.

VII.

Causa mediata: est crasis sanguinis viscida, crassa, sæculenta, acida, spiritus figens, densans, tenebricosos, crassiores, & in motu tardiores reddens. *Remotiores*, vitium fermenti stomachalis, aut succi pancreatici, aut lienis.

VIII.

Externa: aër crassus, turbidus, tempus vernale, æstivum, autumnale, cibi crassi, viscidi, sale & fumo conditi, jejunia, vigilie, hæreditaria dispositio, imaginatio fortis, suppressio mens. vel hæmorrhoid, nimia animi contentio, metus, curæ, tristitia, terror sine causâ, amor insanus, philtia, morbi prægressi, ut febres acuta, diurnæ, Phrenitis, Epilepsia &c.

IX.

Signa diagnostica: in definit. dicta; adest nempe delirium cum timore & moestitia. Ex Hipp. enim 6. aph. 23. si metus atque tristitia longo tempore perseverent, melancholicum signum est. Spiritus enim lætus, teste sacra pagina, ætatem floridam efficit; Spiritus autem tristis, exsiccat ossa: Et Galenus dicit: *Mores animi temperamentum corporis sequuntur.* Hipp. 7. aph. 40. ait: si de repente lingua incontinens fiat, ac pars aliqua corporis artonita stupeat, signum est Melancholiæ. Insuper Melancholici sunt cogitabundi, raciturni, morosi, solitarii, suspiriosi, seu in meris suspirio, mortem expetunt, flatuosi, slyptici, contradicentes, ad iram proni, qui facile terrentur, angustias patiuntur, & in una cogitatione pertinacissimè hærent. Deliria eorum penè infinita, pro varia humoris melancholici qualitate, corruptione, corporis dispositione, vitæque genere & consuetudine. *Signa Causarum*, è propriis capitibus & partibus affectis desumenda.

X.

Prognostica: Melancholiam sua natura non esse quidem lethalem, nullam tamen deliriationem tutam esse, docet Galenus; præsertim si sit fixa & pertinax, tunc est spes exigua. Melancholia animi corporisque tortor, flagellum & opprobrium est Medicorum, recens curatu facilior est, ac fubinde sola victus ratione & familiari conversatione, nunc mutatione aëris, nunc balneo aquæ dulcis curatur, nunc per fluxum hæmorrhoidum vel scabiem solvitur. Aliàs malum chronicum est, requirens in ægro obedientiam, in Medico diligentiam.

L

exiguus enim mediis non cedit, & magnis non vincitur, sed resistit, & non movetur. Difficile curatum est malum hæreditarium, vel inveteratum, exortum, ab animi pathemate externo, præsertim terrore, vel studiis immodicis: item quò magis accedit ad naturam atræ bilis. Diu perseverans, subinde transit, in Maniam, ægris præsertim iræ, vel vino indulgentibus: quandoque in Morosin seu Fatuitatem: Convulsionem, Epilepsiam, Apoplexiam, Paralytin & mortem ipsam violentam & desperatam degenerat: præsertim si ægri Medicum, cibum & potum pertinaciter averlantur, & per plures menses non dormiunt: Item faciei color bonus, mœstitia verò multa, malum, Hipp. prognost. Melancholicis hæmorrhoides & varices supervenientes, curationem sæpe afferunt. *vid. Hipp. 3. aph. 20. 22. 2. aph. 6. 6. aph. 23. 53. 7. aph. 5. 7. 9. 10. 14. 18. 25. 41.* In morbis melancholicis, periculosi decubitus, Apoplexiam, convulsionem, furorem, vel excitatem portendunt, unde in melancholicis materiam ad cerebrum decumbere, periculosum est, teste Hipp. 6. aph. 56 In Fæminis Melancholia rarior, sed pertinacior, si menses suppressi. Notandum: quod rectè docuerit *Aristoteles in problemate*: Homines qui ingenio claruerunt, vel in studiis, artibus, negotiis, excelluerunt, omnes fuisse melancholicos, uti narratur de *Empedocle, Socrate, Platone*, imò de toto *Sybillarum gynæceo.*

XI.

Indicationes: sunt, humorem Melancholicum præparare, acidum ejus invertere, absorbere, saturare, eum evacuare, à capite revellere, discrasiam sanguinis & spirituum emendare, partèsque affectas corroborare.

I.

Curatio: ut feliciter succedat, prudentem Medicum requirit, non enim tantum remedia sunt adhibenda, sed preces, ingenue deceptiones, imò non raro poena. Fit evacuatione primarum viarum, s. per *Chyleres* frequentes ex decoct. emoll. cum elect. lenitivo de hiera, oleo viol. chamom. &c. s. lenitivum v. g. *Be. Decoct. emoll. unc. x. elect. hier. pic. lenit. l. Castol. aa. dr. vj. ol. cham. viol. aa. unc. i. sal. dr. i. M.* Clysteribus his semel in septimana utendum, cum nihil citra noxam primas vias melius evertat, à capite commodius revellat, & Melancholicis sit convenientius. *z. kol. fenn. s. dr. y. B. agar. dr. i. cor. elleb. nig. scr. ij. sem. anis. z. z. aa. scr. i. mac. cinnam. aa. gr. vj. flor. borrag. bugl. viol. aa. p. i. gassul. unc. B. coq. in f. q. aq. ad 3. partis consumpt. in col. dissolv.*

mann.

mann. el. unc. ij. aq. cinnam. dr. ij. M. Si Melancholia est recens, & à causis procatacticis orta, facile curatur, & refert *Gal. 3. de loc. affect.* eam solo aquæ dulcis Balneo sæpe curasse, & per dietam frugalem restituisse; per talem enim dietam, laudabilis, tenuis, & spirituosus sanguis generatur.

II.

Venam secando, ex brachio sinistro, vel salvatellam in manu: aut saphenam in fæminis præcipuè apriendo, utilis etiam apertio hæmorrhoidum. Teste enim Hipp. 6. aph. 11. *Melancholicis & Nephriticis hæmorrhoides supervenientes, bono sunt.* Urgente necessitate ad *Trepanationem* deveniendum, vel ad *Cauteria.*

III.

Accedendum ad materiam præparationem v. g. *Be. Vitriol. mart. sal. absinth. l. tamarisc. crem. tartari, tartari vitriolati, tartari chalybeati, aa. dr. i. M. s. pulvis, & divid. in ix. p. æq. quarum una sumatur ex brodio. z. Rad. cich. filic. aa. unc. i. paon. unc. B. helen. dr. ij. herb. fum. ceterach. rad. senic. charesol. ling. cervin. scolop. marub. alb. aa. M. i. fl. genist. bugl. aa. p. 11. passul. min. unc. i. B. sem. cartbam. contus. ann. senic. aa. dr. i. coq. in f. q. aq. l. ser. lact. ad 3. col. lib. i. B. add. syr. de pom. unc. y. B. aperit. Minderer. unc. i. B. spirit. aperit. Penot. dr. i. B. M. Dos. unc. iv. & materix evacuationem per extr. melanag. elleb. nig. diacolocynsb. pilul. tartar. de ammon. Infusa & nodul. laxat. ex fenn. Rhab. agar. fibr. elleb. nig. sal. tart. &c. v. g. z. Mast. pilul. tart. Quercet. scr. B. extr. elleb. nigr. scr. i. resin. gial. gr. iv. v. cum f. q. zinc. tart. M. s. pil. N. xi. deaur. z. Mercur. duic. extr. elleb. nig. aa. scr. i. resin. gial. gr. vj. ammon. solut. q. s. M. s. pilul. Convenit etiam pulv. ex pulv. diarsen. & spec. diaturb. cum Rhab. aa. dr. B. paratus, item vinum antihypochondriacum Zwinger. vel Nodul. laxat. z. Rad. gram. filic. asparag. aa. unc. B. Herb. cuscut. eupator. fumar. agrimon. aa. M. i. fl. cich. genist. bellid. aa. p. 111. sol. sem. s. f. unc. i. rhab. unc. B. rad. polypod. elleb. nigr. aa. dr. y. gial. esul. præp. aa. dr. ij. Zedoar. galang. cort. aurant. aa. dr. y. sem. anis. dr. i. B. crem. tart. dr. ij. limat. mart. in pet. hg. unc. B. M. incif. & contus. ad Nodul. pro mens. i. vin. alb. & aq. font. Circa purgantia hic not. i. à lenioribus ad fortiora progrediendum esse, si malum radicatorum. 2. iis nec continuè nec nimis frequenter utendum, cum causa potius hæreat in sanguinis & spirituum discrasia. 3. fortioribus utendum quandoque, eò quòd acidum melancholicum vim purgantium obtundat. Vomitoria ex antimon. subindè proficua,*

L 2

præ:

præsertim in principio : tum quia etiam vi specificâ in his affectibus mendentur, tum quia lenia parum præstant, tum quia humores crassos dissolvunt, fluxiles reddunt, & concussione mucum tenacius adhaerentem abradunt, & ejiunt, tum quia humores tingendo & corripendo, eos copiose sub colore viridi evacuant, sicque ægris Phantasiâ diminuunt, eò quod materiam peccantem è corpore eliminatam credunt.

IV.

Convenit *baln. aq. dulc. usus ser. lact.* cum *succ. fumar. cicbor.* item *chalybs*, ceu proprium humoris melancholici alexipharmacum ac rhizotomus, seu medicamentum quod radicibus hunc morbum tollit & curat. Vid. *affect. Hypoch.* Acidula etiam profunt, tincturam salino-sulphuream eluendo, mala fermenta destruendo, viscerum sordes abstergendo, obstructions referando, visceraque debilia & laxa roborando.

V.

Conveniunt, *roborantia & Antimelancholica*, inter quæ excellent: *Consect. alk. de hyac. corall. smargd. bez. croc. tinct. flor. borrag. bugl. cum sp. vit. essentif. ess. mart. cum succ. pom. elix. prop. ess. absint. tinct. hyper. anagall. fumar. ambr.* ex compositis profunt. I. Elect. B. *Consect. de hyac. unc. i. alk. dr. i. lapis bez. ser. i. smargd. præp. ser. ij. ung. alc. præp. dr. i. magist. succin. alb. perl. corall. rub. aa. ser. i. sp. ros. rub. id. lil. convall. aa. gut. xij. cum syr. st. pæon. f. g. M. f. Elect. cuius dos. dr. i. l. i. B. ex seq. mixt. B. Aq. cephal. temper. unc. xv. cord. frig. unc. ij. carbunc. unc. i. cinnam. f. vin. dest. unc. ij. sp. lil. convall. til. ros. rub. id. aa. gut. xv. man. Christ. perl. dr. ij. M. B. Conserv. rosisin. meliss. borrag. aa. nuc. ij. nuc. Ind. condit. dr. vi. cort. cit. arant. condit. aa. unc. B. Consect. alk. dr. iij. fl. cit. condit. dr. v. sp. ros. lil. convall. aa. gut. xij. cum syr. de cort. cit. f. g. M. f. Elect. vel Tabell. ex Consect. alk. spec. diamb. diamosch. diamarg. cum sacch. in succ. pom. dissolut. f. g. vel g. Pulv. margar. ebor. corall. rub. pp. aa. dr. ij. spec. levis diarrhod. Abb. aa. dr. i. ol. citr. ser. B. sacch. albis. in aq. meliss. dissol. unc. xv. f. Tabell. pond. dr. i. Tinctura lapid. lazuli, luna, antimon. corall. tartari, castorei, essent. satyrionis, ambræ, anagallidis, hyperici Myns. meliss. sp. sal. armon. aromat. mixtura simplex. Pulvis Tribemij, decoctum anagall. polypod. expect. aq. antimelancholica. Salia volatilia viperar. succini C. C. sp. latificant. Gal. Arcan. duplicat. trochisci Myns. vel trochisci cæcundæ, Pitula senectutis Mercklini, aqua visa Joëlis, Extrinfecus cordi.*

cordi & pulsibus applicetur *alkerm.* vel *Consect. de hyac.* cum aq. ziberiacal. laudatur & *crocus*, supra cor gestatus; ei adde modicum *campbor. emplast. cephalicum, pediluvia, lixivium sapientie* Myns.

VI.

Dieta: Aër sit lucidus, temperatus, vitetur crassus, nebulosus, pluviosus. *Vitæ* moderate calidus & humidus, ex *carn. vitul. agnin. vervec. gall. capon. pisces. pisces saxat. ova serbil. passul. prun.* Posus sit vinum album tenue, oligophor. meliss. foliis medicatum, aut cerevisia temperata. Vitetur crassa, sæculenta, crapula. Ex cibus vitentur legumina, sale & fumo condita, saccharata. Carnes asferin suill. lepor. cervin. &c. *In somno & motu* fervetur medicritas: imò somnus vigilias superet. Vitentur curæ, mœror, tristitia. profunt conventus confabulosi, venatus, musica, equitatio, peregrinatio &c. Alvus sit lubrica, ægri non relinquatur soli, sed diligenter observentur & custodiantur. Nunc iis etiam assentiendo per stratagemata, nunc contrariando per persvasiones. Plura videt, de *affectione Hypochondriaca*. Hoc tamen adhuc notandum: ut Medicus toto curationis tempore eò collimet, ut ægros argutis decipiat, quia tales stulti, stultis curantur remediis: sic unus mortuum se credidit, aliis vero indutus pro mortuis, & comedentibus, etiam cum iisdem comedere incepit.

CAPUT XIV.

Mania.

I.

Nomen: Mania, Insania, *Vecordia, Amentia, Vesania, Dementia, Furor*, quæ omnia eandem rem significant; ab aliis etiam dicitur *Exstasis*, id est: vehemens mentis perturbatio & delirium. Hinc medicamenta quæ insigniter mentem perturbant, exstatiaca dicuntur. Germ. *Raserey, Tollheit, Unsinnigkeit.*

II.

Definitio: est delirium sine febre, cum furore & audacia; dependens à spiritu animalium fervida & ignea dispositione, occultæ etiam qualitatis particeps. Differt Mania à Phrenitide, quia in hac est febris acuta, in Mania nulla, nisi ab alia causa producta; dum aque febris.

febris adesse potest, sed talis febris non est de essentia Maniæ, seu non est essentialis; differt à Melancholia, quòd hæc sit cum timore & mœstia, Mania vero cum furore & audacia.

III.

Genus: est symptoma depravatæ imaginationis & ratiocinationis, quandoque etiam memoriæ.

IV.

Subjectum: est Cerebrum, unà cum spiritibus animal. non excludo etiam Corde; quod æque licet non primario patiatur, compatitur tamen & afficitur. Quæritur hic, quomodo Mania differat à Delirio Dæmoniaco, cum quo sæpè Mania confunditur? *æ.* Differt, quod subinde Dæmoniaco ea quæ superat humanam potestatem agunt, & in specie, quod sæpius per vomitum, ferraenta, ligna, animalcula viva, crines, floccos, & similia involta & nunquam ingesta, rejicere soleant, quod semper à veneficio & incantationibus oriri soleat, id quod non fit in Maniæ naturalibus.

V.

Differentiæ: alia est *Canina* s. *Cynantropia*, cum iracundia & audacia, de hac dicemus seq. cap. de Rabie; alia *lupina* & planè *ferina*, ubi obvios veluti hostes invadunt; alia *jocosa* & mitior; ubi subinde canunt, rident & ridicula proferunt; alia *per consensum uteri*, furor uterinus dicta: alia est *dæmoniaca*, in qua futura prædicunt, extemporaneos componunt versus, & diversarum linguarum prius incognitarum peritiam subito ostendunt, quæ ad Dæmonem assistentem rejicienda, cum Melancholia, sit ejus domicilium, hospitium, sedes, pabulum & balneum, eique ob naturam ejus terrestrem, pertinacem, & colorem atrum haud dissimilis fit; alia *continua*, alia *periodica*, seu intermittens, præcipuè juxta junæ mutationes.

VI.

Causa immediata: est spirituum animalium fervida & ignea, s. potius acerrima salina, acido-volatilis, specifica dispositio & motus.

VII.

Mediata: crasis sanguinis atrabilis specifica, seu fermentum acerrimum acido-volatile specificum, spiritus ita reddens elasticos & impetuosos, ut spontè sua, sine mentis directione quaqua versum volitentur, & jugum excutiant. Exemplo rem daclarabo: v. g. Vir quiscunque prudentissimus & sanissimus, contumelia graviori si afficiatur, mox animi motibus exagitatatur & percitus, omni prudentia, &

mo-

moderatione solutus, in enormia animæ & animi pathemata erumpit.

Sed Quæres: Si tanta est sanguinis & spirituum effervescentia & ignea dispositio in Mania, ut mentem de sua sede dejiciat, febrem deberet parere? *æ.* Imò Effervescentiam quæ febrem exercitat debere esse fuliginosam & in materia humida & putrida consistere; quæ ad cordelata, febrem efficit: In Mania verò ista effervescentia tota ignea & sicca est, & in nulla putredine fundata; alii dicunt: effervescentiam istam in Mania esse velut in pruna, in febris verò ut inflammatio. Alii dicunt & objiciunt: Si hæc esset causa, in Hæctica profecto major est siccitas quàm in Mania, ergò hæc ratio non subsistit. Alii: præter effervescentiam hanc adhuc adesse malignam qualitatem, quæ præcipua causa est delirii, ut patet in furore uterino, in Hydrophobia, quæ est species Maniæ, in morsu Tarantulæ, qui etiam Maniam repræsentat. In venenis datis etiam Mania oritur. Sed objiciunt alii: Maniaci frigus externum summum, etiam nudato corpore susceperunt innoxie, imò semper ad tactum calidi sunt, id quod summæ effervescentiæ, & non qualitatis malignæ signum est; verum nec hoc est perpetuè verum, quia aliqui Maniaci summè averlantur frigus, imò multi frigore interierunt.

Nos itaque breviter dicimus: Maniam oriri à motu irregulari fervidorum spirituum animalium, quæ animam & cerebrum inquietant & depravatè movent: uti videmus, hominem prudentissimum & sanissimum, contumelia gravi affectum, & prostitutum, non tantum vi prudentiæ privari, sed in enormia Animæ & Animi pathemata erumpere.

VIII.

Dispositiva: Hæreditaria dispositio, temperamentum atrabile, viscerum fervor, ætas juvenilis. Item dispositi sunt naturâ biliosi, iracundi, superbi, venerci, crapulosi, avari, multis negotiis impliciti, intractabiles, irrisores.

IX.

Procatartica: Tempus vernum, 3. *aph.* 20. autumnale, 3. *aph.* 22. dies caniculares, abusus meraci & spiritus vini, ira, evacuationes suppressæ, morsus hominis, vel viperæ, ulcera inveterata clausa, amor insanus, philtrea. Est autem Philtrem, ein Liebes Trancf, candelstina mixtio rerum certarum, superstitiosè vel veneficè apparatus, & vel in ferculis, vel poculis ingestatum, quibus amor conciliari deberet, sæpius autem Maniæ ridicula species, eaque diuturna.

turna & plerumque ad mortem usque durans, conciliari solet. Plura de Philtro diximus titulo de Melancholia. Huc etiam spectant venena quaedam, ut Solanum sylvaticum, furiosum, mandragora, hyoscyamus, paffinaca sylv. cerebrum felis, mustelæ &c.

X.

Signa Diagnostica: in definit. expressâ; delirant enim ægri sine febre, cum ira, ferocia, rixis, clamoribus, horrendo aspectu, vique tum sibi, tum aliis inferunt, vincula & catenas distrumpunt; adque tum insuper vigiliæ continuæ, stupendum corporis robur, tolerantia facilis jejunii, frigoris, verberum, &c.

XI.

Prognostica: Mania est malum diuturnum, tum ratione causâ, quæ pertinacissima est, & fermenti instar se habet, tum ratione ægrorum, qui non obediunt, non solum per menses, sed etiam per annos, subsinde ad mortem usque perseverans, curatæ etiam difficilè, præsertim malum hæreditarium. Cur autem non est læthalis, cum sit gravissima affectio? Propter violentos Maniacorum motus, inedia, & vigilias, multa consumuntur & minuuntur causæ hujus mali. Ridicula & tractabilis, melior est serâ & feroci, teste Hipp. 6. aph. 53. Item 2. aph. 21. ubi somnus delirium sedat, bonum. Hipp. 6. aph. 21. ait: Infans si varices vel hæmorrhoides appareant, insanîa fit solutio. Item 6. aph. 56. Morbis melancholicis, per hæc tempora suspectu humorum decubitus, vel Apoplexiam corporis, vel Convulsionem, vel Maniam, vel Cæcitatem denuntiant. Item 7. aph. 5. à Mania difficultas intestinorum, aut hydrops, aut exstasis bonum. A Mania liberati, ex observat. *Frambesarii*, in phthysin sæpius abeunt. Mania facillimè in stultitiam, vel Melancholiam ad tempus transit, donec novis fermentis in sanguine cumulatis denud redeat. Bonæ spei, si menses & hæmorrhoides fluunt, alvus sit laxa, symptomata mitiora, si hæmorrhagia superveniat, si sudores adsint, si taciturni fiant. Mania autem, quæ altas egit radices, difficulter curatur. *Celsus* lib. 3. cap. 18. monet, ne Maniacis credatur, nonnunquam enim se sanos fingunt, & rogant, ut à vinculis solvantur, sed hic est dolus insipientium & fortius sæpè ferociunt. Unò verbò, *Itali* dicunt: *chi nasce Matto non guarisce maj*. Vel ut Latini: ultimum stultitiæ Medicis, est mors.

XII.

Indicationes: sunt, causam morbificam præparare, evacuare, à corde & capite revellere, vitiatam crasin sanguinis & spirituum corrigere,

gere, visceraque affecta corroborare; ubi ante omnia videndum, ut furor mitigetur, & ægri tractabiles reddantur: proinde æger in ædute collocetur & custodiatur, & terreatur vinculis, minis, & verberibus, ab hominibus terrificis & audacibus, sic enim facillè obediunt.

I.

Curatio fit: injecto *Clystere* vel sumpto *laxativo*, renam scilicet secando sanguinemque semper ad 3. x. xv. lib. 1. evacuando: Maniaci enim generosa ferunt remedia. Aperiri potest vena brachii sinistri, *salvatella*, *saphena*, præcipuè in fœminis; utilis etiam apertio hæmorrhoid. & in malo pertinaciori venæ frontis, *jugularium*. Venæ istæ per intervalla aperiendæ, interjectis præparantibus & purgantibus, imò *Platerus* & alii, in Maniacis venæ sectionem vigesies, & sæpius, feliciter repetierunt. In malo pertinacissimo, *arteriotomia* commendatur experta, cautissimè tamen adhibita, nè ligaturam dilacerent, & arteriam denudò aperiant. *Purgantia* autem debent esse fortiora v. gr. *z. Extract. elleb. nigr. ʒss. syr. ros. silv. ʒj. vel ʒ. Extract. elleb. nigr. mercur. dulcis aa. ʒj. conserv. flor. bugloss. ʒj. M. f. Bolus*. Alii commendant vomitoria, in hoc morbo efficacissima ex *insus. elleb. ʒj. tartar. emet. gr. iij.* Purgantia & vomitoria dentur per intervalla. Elleborus autem debet prius præparari cum vino, alias multum obesse posset, uti docet *Hipp.* convulsio ab Elleboro lethalis, intellige non præparato, & incautè adhibito.

II.

Materia morbifica præparanda: sero lact. cum syr. apririt. de fumar. borrag. bugl. & evacuanda, nunc lenioribus, quavis septimanâ, nunc fortioribus, ut *Elleboratis antimoniasis*; juxta illud:

Indiget Elleboro, qui cupit esse sanus.

Per mensem saltè semel exhibitis convenientiora hæc, quia iis possunt magis falli, ut v. g. *Mercur. vit. vel tart. emet. incluso pap. alb. vel dato cum lact. brod. ʒc. diacyd. lucid. laxat. exir. elleb. nig. cum mercur. dulc. aq. raphan. syr. emeticus.*

III.

Alterandum Julepo ex syr. gran. corall. papav. errat. succ. cit. cum aq. cord. frig. viol. borrag. nymph. lactuca. Emull. melon. tinct. ros. exhibitio sal. nit. ex aq. anagall. vel *z. Arcan. dupl. Myns. gr. xv. succ. sarur ʒss. camph. gr. vij. M. flor. bugloss.* sunt experti. Multum præstant *nitrata*, *nitrum regeneratum*, *nitrum antimoniasum*, item *camphorata*. Extrinsecus per bals. aq. dulc.

IV.

Cauteria plura inusta profunt, ut brachiis, pedibus, capiti circa futuram coronalem, & sagittalem; *Cucurbitula*, scapulis & dorso cum scarificatione: *Hirudines* temporibus & pone aures. Remedia extraordinaria sunt, *arteriotomia trepanatio, castratio, transfusio sanguinis, submersio in aquis frigidis*; & diu ibidem detineatur æger.

V.

Virgiliis urgentibus, maximè succurrendum per *Emuls. pedilar.* & *opiar.* spirituum ferocientem impetum sopientia, orgasmum materie sistentia, ut v. gr. *laud. op.* ad gr. *ij. iv.* exhibitum, *Essent. anagall.* vel *hyper.* bis vel ter, in septimana; teste enim *Hæsero*: Maniaci, & Melancholici sapius curantur *crebra V. S. purgat.* & *marcotici.* Cautè tamen cum Opiatis mercandum, & melius dantur in principio morbi, quam in statu; misceantur cum specificis, & Nitratis, & Camphoratis; applicetur capiti *Gallina nigra viva*; vel quod melius: *hirudines* in medium fissæ sunt expertæ & specificæ; *Unguentum ex sanguine hirundinum* factum.

VI.

Utendum *roborantibus* & *specificis*; ut *confect. alk.* cum *aq. perl. sint.* *corall. lun. decoct. anagall. flor. purpur.* *Essent. fl. hyper. zinct. lap. laz. bezoart. lunar. rad. nymph. lut. Cereb. aries.* vel *canis coctum.* *Sanguis asini*, linteis exceptus & exsiccatu, indatur potui ordinario, vel detur sanguis asini exsiccatu in pulvere, est expertus. Item *decoctum anagall.* vulgè das *Bernunst-Kraut*, & *radix pulpodj.* *Ol. camph.* per destillat. ad gut. *iv.* sæpè detur & alia camphorata in- & exterma. *Canis Cerebum* exhibitum, est expertum. *Fol. bux. meliss. herb. parid. secundin. primipar. succ. pull. hirund.*

VII.

Inter topica est Epithema, v. gr. *Aq. nymph. lib. i. sal. prun. unc. i. camph. ser. i. M.* vel *Aq. ros. cum sacch. satur.* inunctio ad tempora ex *bals. satur.* vel *ung. alab. popul.* cum *op. croc.* v. g. *ꝛ.* *Ung. de alabast. unc. ß. popul. dr. ij. op. gr. ix. croc. ser. ß. ol. dest. aneth. chamom. aa. gut. ij. M.* Ex fortioribus resolventibus sunt, animalia recens *maçtala*, fomentatio capitis cum *decoct. sumar. verb. anagall. stach. cham. ros. bacc. juniper. ellebor. nig. &c.* Sic v. g. seq. Fomentum miræ dicitur esse efficacia. *ꝛ.* *Herb. cephal. cum fl. ut v. g. fol. beton. salu. verben. anagall. laur. chamom. stach. &c.* q. v. coq. in aq. f. q. dein. *ꝛ.* *Bacc. laur. ell. bor. nig. aa. q. l.* Conlusa indantur sacculo longo interpassat, bulli in prædicto decocto, hinc per

per 9. dies caput rasum per horam integram lavetur, decoctum & facculus applic. futuræ coronali: facculus crocè tinctus, impletus *foliis hyoscyami*, supponatur pulvinari.

VIII.

Dieta: aër inclinet ad frigidum & humidum. *Dieta tenuis, cibi* sint juscula alterata, carnes pull. gallin. vitul. *elixæ* magis quam afflæ, pisc. faxat. ova forbil. pom. prun. crem. hord. Pro potu *ser. lact.* cum *nit.* vel *decoct. bordei.* *rad. acetos. sylv. ceras. succ. acid.* vel *aq. font.* aut *decoct. anagall. c. spir. nit. lap. prunell.* vel *ꝛ.* *Nitr. præp. unc. ij. sacch. cand. unc. ß. camph. gr. xij.* M. f. pulvis; de quo dr. *ij.* M. cum lib. *ij.* aq. font. *Vinum omne exulet.* Somnus, quovis modo conciliandus; motus sit moderatus, alvus lubrica, vestitus sit asperior. Necessaria etiam sunt, severior disciplina, miaræ, vincula, verbera; in cubiculo non sint amara, caveant sibi, qui ægro sunt aliàs odiosi, & contemptui ab eo habentur, nè illos impetant aut lædat. Unde Medicus toto curationis tempore non faciliè illos propè accedat, quia Medicis sunt maximi hostes, Plura pro Mania, *vid. tit. de Pterouide.*

CAPUT XV.

Rabies, seu Hydrophobia.

I.

Nomen: Rabies, & Hydrophobia, german. *Wasserschey*, von wülfgen Hund-Biß.

II.

Definitio: Est affectus p. n. & sæpe delirium, à fermento quodam venenoso in animali, præsertim Canè rabioso genito & massa sanguinea hominis communicato; cum liquidorum omnium, & aquæ potissimum, abominatione.

III.

Genus & Subjectum: sunt ut in aliis deliriis.

IV.

Differentie: alia Rabies canina, alia felina, alia *suilla*, alia equina, alia vulpina: alia mustela, alia camelina: alia lupina, *Lycantropia*, seu *Cynantropia* dicta: non enim solus canis, sed etiam alia animalia in rabiem aguntur, præsertim si à cane rabioso mordeantur, Hoc delirium, si formidinem aquæ spectemus, ad Melancholiam,

si fervorem & alia symptomata spectemus, ad Maniam refertur. *Hydrophobia* dicitur, quando æger omnia liquida seu aquam metuit, imò nec nominari patitur.

V.

Causa: est fermentum peculiare venenosum, ab animali rabido, & potissimum cane, per morsum s. vulnus mediante salivâ fermentescente, & idæas animalis furentis impressas habente, communicatum, ut aëtionem ferè similes, animalis furentis edat. Hæc enim saliva, mediante circulatione, sanguinem instar coaguli inraffat; inde sequitur Melancholia, Mania, & postea Hydrophobia. Eò quòd ista saliva, ob coagulationem in Gulæ glandulis coagulata, molestiam inferat, unde ægri sibi persuadent, se deglutire non posse, & idèò assumentia respuunt: *Causa occasionalis* potest esse error, conversatio vel contactus cum infecto; esus carniùm à fulmine tactorum vel peste interemptorum: *Cerebrum cati nigri* comestum: *Cornus planta*, & *sanguinaria* idem præstat.

VI.

Signa: *Canis rabidi* sunt, dum aquam averfatur, ac incedit ore hianti, spumante, linguam nigram exserente, capite & auribus demissis, caudâ laxatâ, aspectu tristi, invadens ac mordens etiam notos sine latratu: præterea si nuces juglandes contritas, ac vulnere per aliquot horas, vel noctem impositas, gallina devoret, & exinde pereat, canis rabidus fuit. Alii triticum imponuat, alii cum sanguine vulneris & farina offam faciunt, alii medullam panis vulnere affricant, quam si canis non comedit vel olfacit, vel ex comesta moriatur, canem rabidum ostendit.

VII.

Signa incipientis rabiei: sunt anxietas præcordiorum, mæror, tristitia, abstinencia à potu, doloris sensus in parte olim vulnerata: *in perfecta*, adest furor, ægri torvum vident, ore spumant, dentibus strident, oculis rubent, sæpius canum more latrant, obvios laceffunt, aquam & omnia liquida maximè abhorrent. Hoc venenum, vix ante 20. vel 40. dies se prodit, imò multis mensibus & Annis, sicuti variolæ & morbilli, in corpore delitescunt.

VIII.

Prognostica: Rabies rarè curatur, si jam adsit timor aquæ: quòd plus cruoris è vulnere profluxit, eò minus de rabie metuendum, & eò contra. Venenum hoc diu in corpore latere potest, sequè nunc citius nunc tardius exserit, pro varia partis demorsæ conditione venenique

nique efficacia, nunc enim 4. 7. 20. ut plurimum autem 40. dies invadit, nunc quandoque ultra menses aliquot vel annum & ultra extenditur. Spes salutis dari potest, si speculum aut aquam intuentes suam propriam figuram, & non canis, (ut fieri solet) se videre afferant & si intra 40. dies æger in pejus non labatur, tractandus ut Melancholicus & Maniacus,

IX.

Indicationes: sunt, veneni malignitatem infringere, idque à corde & cerebro propellere, ac per vulnus revocare, & vi magneticâ extrahere.

I.

Curatio: fit in partibus affectûs superioribus, administrando ligaturas, vel applicando defensivum; parti affectæ autem, *cucurb. scarific.* cum multa flamma, ad sanguinem quantum possibile extrahendum; Nota: melius hic esse peccare in excessu quam defectu, cum morbus sit extremus, & extremum requiratur remedium, aliàs enim dici poterit: misericordia Medici perdidit patientem. Dolor qui hic excruciat, multum prodest, cum doloris sit attrahere, etiam hic extrahet & attrahet sanguinem virulentum; vel hirudines; alii etiam ad *cauterium* actuale, vel potentiale confugiunt, ex jam dicta ratione, ut virus extrahatur; incisâ enim escharâ, undique multam materiam effluit. Vulnus ampliandum, ut sanguis & lymphæ effluent, & ad 40. dies apertum servandum, nè lupus includatur in stabulo.

II.

Vulnus lente sicis calidis abstergendum, vel urinâ propriâ eluendum, *astrabentia* applicanda, ut *pull. columb.* vel *gallin.* per medium sect. *theriac.* cum *succ. rus.* vel *all. porr. cap.* sub cinerib. coct cum *theriac.* addito quandoque *fermento*, & *axung. suis.* item *Emplasi. magnet.* Angeli Salæ, cum *ocul. cancr.* mixt. vel *æ. Cep. sub ciner. coct. ferment. farin. sinap. an.* 3i. *theriac.* 3ß. *scord. rus. an.* ʒi. *M.* Alii imponunt *epar animalis rabidi*. Nota: in hoc affectu, neque venæsectio neque purgatio habet locum.

III.

Alexipharmaca & *Specifica* exhibenda, eaque ad quadrantem anni continuanda: inter hæc eminent *Theriac.* *Mithrid. elect.* de ovo, *Elect. diascord.* ex acet. *tinct. bezpar.* *aurum. diaphoret. mixtura simplex* est efficax. *pulv. cancr. flux.* *est. pulv. Galen.* v. gr. *æ. Ciner. cancr. flux. dr. v. gent. dr. v. thur. dr. i. M. f. pulv. dentur dr. ij. ex aq. card. ben. scord. & ros. cit.* item *pulv. palmar. absf. pim. pincl.*

pinell. ocul. canc. & epar. animal. mordentis coct. vel exsiccat. & pulverisat. Pulvis radices Rose stvestris seu cynorrhod. ad ʒi. cum vino datus est expertissimus. Pulvis Palmarii per 40. dies continuatus, Dos ʒj. Descriptio pulveris Palmarij hæc est ʒi. Fol. ruta, verbenæ, salviae, plantag. menthae, polypodij, absinthij, artemis. meliss. besbonic. centaurij. min. hyperic. an. partes aquales M. f. Pulvis. Tinctur. bezoardica Essent. absinth. salvolatil. viper. fuliginis, bezoart. minerale, spiritus fuliginis. Plurimi suadent, mox ægrum à morfu in aquam frigidam projiciendum, & qui hoc negligit, vix curabitur.

IV.

Belga & alii, hominem demorsum ac fune ligatum in flumen vel mare projiciunt, ut aquam haurire cogatur, sicque idea illa deleatur. In diæta commendantur sescus canc. succ. all. cap. nuc. juguland. caric. in potu vini vel aquæ infundatur pimpinella. Vitentur gravia animi pathema, alvus sit aperta,



CAPUT XVI.

Vigilia immodicæ.

I.

Nomen: *Vigilia, Pervilegium, Agrypnia.* Huc etiam spectant somnia & somnambulatio, *lunaticorum*, quæ nihil est aliud, quàm sopor profundissimus, ut, quosprehendit, manè somno excitati, nullius rei actæ recordentur; sani enim & dormientes inscij impelluntur & coguntur, aded ut nocte intempestâ profundè dormientes è lecto surgant, clausis oculis ambulent, & munia varia agant, ac si forent vigilantes, imò longè plùs, & mira & stupenda perpetrant, tecta & muros conscendunt; portas aperiant, claudunt, loquuntur, scribunt, rident &c. Et tandèm domum redeunt. januam aperiant, & ad lectum redeunt, manè expergefacti, omnium immemores.

Causam hujus plerique ad motum Lunæ referunt, alii ad eas causas quæ à motu spirituum inæquali, mentis operationes vitiosas reddunt, quòd nempe somno sensus ligati sint. & solo appetitus ducti, sine omni metu actiones suas lumine phantasiæ aggrediantur, Germ. Das stete Wachen, Schlaflosigkeit.

II. Defi-

II.

Definitio: est nimia activitas, seu exercitium & solutio sensus communis & externorum, dependens à continuo motu, & influxu spirituum animalium, in organa machinæ corporeæ sensibilibus objectorum, impressiones promptè sentientium, vel brevius: *Vigilia nimia* & præter naturales sunt, quando omnino non dormiunt per plures dies & menses, vel non sufficienter v. g. per 7. vel 8. horas juxta consuetudinem naturarum, vel quando inquietè dormiunt, per insomnia gravia, unò verbò: quando quis dormire cupit, & debet, & dormire nolens, volens, non potest.

III.

Genus: est symptoma sensus communis, in actione aucta,

IV.

Subjectum: est cerebrum cum suis porositatibus & tubulis, unà cum spiritibus animalibus. Differentiæ desumuntur à causis supra dictis, externis & internis.

V.

Causa interna: petenda vel ex spiritibus, dum in cerebro incallescunt, agitantur, nimis mobiles ac elastici redduntur, turbantur, aut irritantur; seu ab intemperie cerebri calida, seu humoribus aut vaporibus malignis, acris, biliosis, melancholicis. Vel ex ipso cerebro, poris ejus aut nimium apertis & hiantibus, ex ariditate, siccitate, ut in senibus, defectu nutrimenti seu alimentorum & vaporum cerebrum blandè irrorantium, spiritusque animales sopientium, aut fibris seu membranis irritatis; ob nutrimentum acrius aut salsius, vel serum tale, vitio primæ digestionis genitum, ac cerebro communicatum.

VI.

Externæ: vel sunt objecta externa sensibilia fortiora, organum officientia & spiritus moventia: ut lux nimia, strepitus, clamor, dolor quicunque, internus & externus, tussis, diarrhæa, sitis &c. Vel anima rationalis, occupata in continua objecti alicujus consideratione, ut in anxietatibus, curis, meditatione, violentis animi pathematibus ac impressionibus, ut in melancholicis & hypochondriacis.

VII.

Signa diagnostica: opus his non est, æger enim est testis, omni exceptione major.

VIII. Pro

VIII.

Prognostica: ex Hipp. 2. aph. 3. *sonnus & vigilia, utraque si immoderata existunt, malum.* Item, Hipp. 7. aph. 23. *vigilia immodica sunt morbus.* Hipp. 2. aph. 12. *vigiliae continua sunt pessima*: Hipp. sect. 3. aph. 10. *perituri vigiliant*: Periculosa sunt in febris acutus, deliria ac motus convulsivos post se trahentes; ex Hipp. 7. aph. 18. *à virgiliis delirium aut convulsio, malum*: vix enim aliud in febris est, quod vires magis exsolvat, calorem augeat, corpus excitet & Phrenitidem accelere, quam vigiliae immodicae. Minus vero periculosa sunt in affectibus Chronicis, & speciatim melancholicis, licet etiam in his diutius protrahat, in Fatuitatem aut Maniam terminentur. Magis periculosa sunt in juvenibus, & sexu muliebri. Senibus familiares sunt, 3. aph. 31. curatu tamen difficiles, ob copiam humorum feroforum fallor. muriciat. Diuturnas vigilias sequuntur, debilitas virium, marasmus, exsiccatio corporis, vel cachexia. Perituri difficulter spirant, delirant, vigilant; verum corpora vigiliis aetveta minus laeduntur, teste Hipp. 2. aph. 50. de his vid. *Senecam & Plinium.*

IX.

Indicatio & Curatio: dirigenda ad morbum quem comitantur: hoc est, ad causas remotas, & antecedentes, quae spiritus irritant, & impetuofos reddunt, & dolores & vigilias indicant, ii sedandi, & causis supra dictis prospiciendum.

X.

Mitigatio urgentis symptomatis fit, per ea, quae aquosa sua humiditate cerebrum suaviter humectant, & serum deficiens restitunt, aut crassitie spiritus gravant, aut fibrillosam cerebri compagem laxant, aut sulphure blando resolubili illud replent, aut spirituum vias opplent, aut vi peculiari, ac volatili sulphurea visciditate spiritus figunt, glomerant, sopiunt, ac quasi torpidos reddunt. Ex his praestant intrinsecus: *aq. hypnot.* Lang. vel Dornereül. Mynsichti *Pulvis* sequens somnum inducens, vires inflaurans, ac somnia terribilia & sudorem arcens. *℞. Pulv. smaragd. pp. hyacinth. margarit. corall. rub. bolt armen. ebor. f. igne pp. aa. ʒi. M. Dos. ʒ. cupides collat. ad noctem.* Si vis, adde huic pulveri *laud. opiat.* Mynf. *inc. ʒi. Mis. syr. de papav. seu de mecon. ad ʒvi. vel ʒi. Vin. hypnot.* Mynf. *emuls. amygd. d. sem. papav. melon.* sed in majori quantitate, v. g. *℞. Amygd. d. excort. ʒy. B. decoct. hord. lib. 1. syr. de papav. ʒvi. sacch. alb. ʒi. M. f. Emulsio.* *℞. Amygd. d. dulc. excort. ʒ. i. sem.*

sem. mel. ʒ. B. papav. alb. ʒ. iy. aq. borrag. nymph. aa. ʒ. iy. violar. ʒ. y. somnis. ʒB. M. f. Emulsio, add. man. Christ. perl. ʒB; vel dr. iy. spiritus rosar. gut. xij. M. maxime autem convenit laud. op. vel Essentia vel tinctura anodyna vel laudanum liquidum compl. & incomp. vel pulvis anodynus &c. Ubi enim vigiliae, dolores, & fluxiones urgent, audacter porrigi possunt *opiatia*; secus aurem si sint signa instantis crisis, neque etiam in angustia pectoris, dispnaea, hydropoe, viribus exhaustis, vigiliis fenum diuturnis, ubi *consortantia* magis conducunt, ut *spec. diamb. pot. vin. dulc. matvat. aq. vis. ess. absinth. &c.* Neque etiam in Melancholicis multum professe à nonnullis observatur, utpote eos magis languidos & imbecilles reddens, adeo, ut plus profint *emulsiones* in majori quantitate propinatae.

Quaeres: Utrum *Venasectio & purgatio* conveniat? *℞.* Per se non convenire, licet per accidens, auferendo causam occasionalem, professe possint. Sic experientia docuit, vigilias pertinaces, aliis irritis, per *castharticum* fuisse curatas.

XI.

Extrinsecus conveniunt, lotiones pedum, manuum, ac tempor. *ex decoct. sol. salic. lactuc. violar. vitis, matv. fl. nymph. chamom. sem. hyosc. cort. mandrag. cap. papav. alb. v. g. B. Fol. violar. matv. vit. lactuc. aa. M. i. salic. fl. nymph. chamom. viol. aa. M. B. capit. papav. alb. N. viij. coq. pro Pediluvio; addi etiam poterunt*: *cort. rad. mandrag. sem. hyoscyam. aa. m. B. sal. commun. &c. Unctiones* ad tempora, ex *Ung. popul. alabast. somnifer. August. ol. papav. nuc. mosch. hyosc. op. solut. croc. &c. v. g. x. Ung. popul. ʒi. alabast. ol. viol. papav. a. ʒ. B. op. in acet. sol. gr. xv. ol. nuc. mosch. ʒi. croc. gr. viij. cer. parum. M. f. Ung. quod inung. tempora, nares & manuum pulsus.* *℞. Ung. alabast. ʒ. B. ros. popul. aa. ʒ. iy. philon. Rom. ʒi. ol. papav. ʒij. croc. or. gr. v. campb. in acet. fl. sambuc. dissol. gr. iij. Epithema ex Emuls. nuc. persic. sem. papav. cum aq. nymph. vel lact. mulieb. vel ex aq. ros. cum op. & croc. v. g. B. Nucleorum persicorum vel amygd. amar. sem. melon. papav. alb. aa. ʒij. aq. fontan. vel aq. verber. vel aq. ros. ʒiv. f. Emulsio, cui adde: *acet. ʒi. nit. ʒij. campb. croc. aa. gr. vj. Mis. pro fronte & temporibus, Vel Unguentum meum somniferum specificum, v. g. Aq. ros. unc. viij. op. ʒ. i. croc. ʒi. quo usus est Ruland. Sydenham in vigiliis, si ultra febrem excurrant, cessantibus aliis symptomatibus, plus profuisse observavit *linicum aq. ros. immersum,* & fri-**

& frigide syncipiti & temporibus applicatum, quàm narcotica, in-
 unct. plantarum pedum *seu. cerv. vel medull. crur. vitul. vel ping.*
lucii. Pediluvia ex fol. salicis, silani, chamomille, lactuce, poru-
lace, nymphaea, capitibus pap. alb. vel gallina nigra per medium
secta plantis pedum applicata.

Queres: quomodo ergò somnambuli curantur? R. Somnam-
 buli potius industriâ, quàm pharmacis curantur. In paroxysmo, si
 sunt in loco tuto, tum debent excitari clamore, & omnibus modis;
 si sunt in præcipitio periculoso, potius relinquendi, aliàs se trucidan-
 ter excitati.

Extra paroxysmum; curantur sicut affectus soporosi. Interim
 omni modo arcendi à nocturna ambulatione.

XII.

Diatæ: Aër frigidus & humidus, cibi coctû faciles magis eli-
 xi *crem. bord. juscul. alterata fol. lactuc. cherefol. Vitentur acria,*
corruptibilia, flatulenta, fatiata & inedia. Potus sit decoct. bord.
& glycyrr. vel emuls. amygd. dul. sem. mel. vel, si morbus concedat,
vin. dilut. aut cerevis. defecat. Motus moderatus, Alvus lubrica,
vitentur animi pathemata, objecta sensus excitantia, ut lux, somnus,
strepitus &c. procuretur quies spirituum anim. per musicam, lenem
aquæ strepitum, motum in lecto pensili, levem sculpturam capitis &c.

CAPUT XVII.

Stupiditas, & Memoriae læsio.

I.

Nomen: Genus: Definitio: *Morosis, Fatuitas, Dementia,*
Stultitia, symptomata sunt abolitæ: *Stupiditas* verò & *He-*
betudo mentis, diminutæ ratiocinationis, sicuti etiam *Memoriae læ-*
sio, in ejus abolitione vel diminutione consistit. Quemadmodum
 ergo *Memoria* laudatur, 1^{mo} quæ sibi concredita facile admittit; 2^{do}
 eadem firmiter retinet, 3^{io} eadem fideliter ac prompte reponit; ita
 etiam *Memoria* culpatur & læsa dicitur, quæ ista non præstat, seu
 quæ 1^{mo} difficulter aut minimè admittit concredita, 2^{do} quæ non diu
 conservat admissa, sed brevi amittit, 3^{io} quæ infideliter vel segniss-
 admittit reponit. *Stupiditas* seu *Morosis*, est intellectûs & judicij de-
 fectus, seu eclipsis lætæ imaginationis & memoriae,

II. Sub-

STUPIDITAS & MEMORIÆ LÆSIO. IOI

II.

Subjctum: est *Cerebrum*, ut pars similis & organica, cum
 spiritibus animalibus.

III.

Causæ interna: vel sunt intemperies frigida; hinc obli-
 vificatio dicitur; vel humida, cum sapientia non resideat in paludi-
 bus, sed anima sicca sit sapientissima, vel utraque simul, vel intem-
 peries nimis calida & sicca, vel conformatio capitis vel cerebri vitiosa.
 Hinc caput & cerebrum nimis parvum vel nimis magnum, stolidita-
 tem arguit, quia in parvo capite & paucò cerebro, pauci spiritus gin-
 gnuntur & exercentur, in magno capite & multo cerebro, cum tex-
 tura plerumque viliori constat, mentis operationibus minus aptum
 existit. Vel modus substantiæ ejus crassior, impurior, vel spirituum
 simul paucitas, crassities, obscuritas, motusque tardior.

IV.

Externa: sunt dispositio hereditaria, ætas senilis, infantilis,
 aër crassus, impurus, frigidus & humidus, ingluvies alimentorum
 excrementiorum, crassorum, stupefacientium; mala educatio, cra-
 pula, Venus nimia, lucubrationes intempestivæ, vigilia nimia,
 frequens V. S. vel hæmorrhagia nimia, somnus diurnus, frequens,
 longus, otium, venena, philtrea, narcotica, prægressi morbi, ut A-
 poplexia, Epilepsia, Melancholia, Paralysis, Morbi maligni, Ab-
 fectus, *Vulnus, Conusio, lésus, Capitis.*

V.

Prognosis: Morosis nativa vel habitualis est incurabilis. Obli-
 vio est prima Senectutis præda, mortisq; instantis prodromus. Me-
 moria repente deficiens, Apoplex. Epileps. vel Lethargum minatur.
 Ex philtre orta, sæpè in Maniam degenerat. Incurabilis quoque orta
 à Morbis malignis aut venenis.

VI.

Indicatio & Curatio: variant, pro varietate causarum.

Memoriam confortant & Ingenium acutunt, ess. ambr. meliss.
rorismar. spec. anacard. extract. cum aq. magnanimis. elix. vit.
Matth. aq. sophor. seu cephalica Mynd. & Dorncreül. unct. lun.
spir. cereb. human. condit. myrob. sz. calami. arom. cubeb. vel aux
moch. jejundè comesta confect. anacard. grana aliquot (shuru manè
comesta decoct. saf. fras. herb. Thee. succolai. Gargarism. vin. &
mund. Zacut. quibus angelicam promittit memoriam. Ex compositis
excellit, pulv. Tribem. ad zi. manè & vesperi 3. horis ante cibum

N 2

ex-

exhibitus. Pulveris *Frischemii* descriptio. ꝛ. Pulv. macis, cubeb. caryophyll. aa. ʒ. vj. fol. fern. elect. chamom. ʒʒ. alb. zartari ʒv. radicis calami aromatici, gentiana, semen cumini, sileris montan. anisi, petroselin. spica Indice, spica nostrat. aa. ʒ. B. corall. perl. aa. ʒ. ij. Misc. f. Pulvis. Dof. ʒ. i. primo mense, manè & vesperi, 2^o mense, tantum manè, 3^o mense, manè ter in septimana, 4^o mense, bis in septimana. Vel ꝛ. Thur. masc. ʒ. x. piper. anth. beton. acor. condit. aa. ʒ. B. conf. anacard. ʒi. cubeb. cinnam. nuc. mosch. aa. ʒi. syr. stach. q. s. M. f. Elect. Tabellæ, ʒʒ. Spec. diamb. diamosch. d. aa. ʒ. ij. succin. alb. pp. ʒ. B. confect. alk. compl. ʒ. B. ol. car. ʒʒ. ol. dest. succin. gut. v. sacch. alb. in aq. lavend. soluti q. s. M. f. Tabellæ. Rotulæ parantur, vel ex essentioris rorimar. cum sacchar. vel ꝛ. Spec. diamb. dr. ij. confect. alkerim. compl. scr. ij. amb. gryf. gr. vi. sacch. albis. in aq. nuc. mosch. solus. ʒ. ij. B. M. f. Rotul. Pilulæ Marfilii Ficini. ꝛ. Thur. ʒ. ij. myrrh. ʒij. sol. aur. ʒ. B. cum vin. q. f. M. f. Pilulæ medic. quarum aliquot sub auroram fumantur. Valent etiam omnia Castoreata, succinaa, Essentia Saryionis, sinctura auri, spiritus salis armoniaci aromatis. spiritus C. C. simplex & succinat. salia volatilica C. C. succin. cranij humani, cum stillat. aromatis. Pilulæ Senectutis Mercklini: ꝛ. Extr. ligni aloës ʒj. trochisc. terr. Catechu, trochisc. Sublingual. aa. ʒj. balsam. apoplect. ambræ gryf. aa. gr. xv. cum essentia ambræ f. Pilulæ pondere grani, inaurantur, Dof. N. iij. iij. vi. Potus Thee, cum salvia, rosmarèn. bethonic. flor. anibos, lig. saf. saph &c.

VII.

Extrinsecus: ad tempora, verticem & occiput, fel perdic^o ol. myrrh. per deliq. spiritus vin. in quo pip. infusum, aq. beder. arbor. bals. ad memor. Mynf. Cucupha, v. g. ꝛ. Fl. ros. rub. lavend. major. meliss. puleg. rorism. salu. beton. aa. p. 11. nuc. mosch. ʒ. B. mastich. rad. ir. Flor. corc. cit. sandarach. aa. ʒ. i. caryoph. mac. cardam. cubeb. aa. ʒ. B. spec. diamb. compl. ʒi. B. succin. dr. B. mosch. gr. vj. amb. gr. v. Misf. pro Cucupha. Lotio Capitis ex lixiv. decoct. laur. major. meliss. rorism. fl. lavend. bl. convall. chamam. rad. asur. irid. Lixivium sapientia Mynf. &c.

VIII.

Dietæ: aër sit temperatus, serenus lucidus, odoratus, cibus boni succi, facilis coctionis, modicè calefaciens & attenuans, modicè & ordi-

ordine assumptus: vitentur olera, fructus crudi, legum, lacticum, stituosa, bellaria. Potus, sit Vinum tenue, odorum, dilutum; somnus moderatus, vitetur cruditas & crapula, alvus respondeat, vel follicitetur pilul. aloëphang. marocost. de succin. Cras. Absint intempertivæ lubricationes.

CAPUT XVIII.

Catarrhus.

I.

Nomen: Catarrhus, Rheuma græcè, Destillatio, Defluxio latinè, german. ein Fluß, oder Cathart. Catarrhus, si latissimè fumitur, significat omnem affluxum materiæ, è quacunque parte procedat, & undecunquè illabatur; strictè autem sumptus

II.

Definitio: Est humoris serosi s. lymphæ nunc salæ & acris, nunc mitioris defluxus, è cerebro glandulisque vicinis in partes inferiores; dependens ab eodem humore, seu quantitate s. qualitate expultricem stimulante.

III.

Genus: Est symptoma in excretis, seu productum morbosum, seu vitium lymphæ in motu fermentativo & progressivo.

IV.

Subjectum: est Cerebrum, una cum glandulis, tam conglobatis quam conglomeratis, propriis oculorum, faucium, laryngis, asperæ arteriæ, colli &c. membranis pituitariis, vasisque lymphaticis. Hic motus: cum Catarrhus sit fluxio, & fluxio sit motus materiæ, ab una parte in alteram, in ea semper (sicut in omni motu) quinque consideranda sunt; 1^o terminus à quo, est Cerebrum. 2^o terminus ad quem, sunt partes cerebro subjectæ. 3^o movens, est natura. 4^o mobile, sunt humores: s. viæ per quas fluxio movetur, sunt ductus patentes v. g. palatum, nares, oculi, aures, venæ, arteriæ, vasa lymphatica, nervi &c.

V.

Differentia: Alius *internus*, dum lymphæ intrinsicè ad os, palatum vel pulmones depluit: alius *externus*, dum latex serosus inter membranas cranij extimas per continuitatem musculorum, membra-

narum, vasorum, in partes externas, ut oculos, dentes, scapulas dorsum, brachia &c. effunditur: *internus*, si ad nares fluat, dicitur coryza s. Gravedo, *die Strauchen*: si ad fauces & asperam arteriam, Bronchus s. Raucedo, *die Heiserkeit*: si ad pectus, proprie Catarrhus dicitur, juxta illud:

*Si fluat ad pectus, dicatur Rheuma Catarrhus,
Ad fauces Bronchus, ad nares esto Coryza.*

Alius est *cum*, alius *sine febre*, quæ febris symptomata seu *catarrhalis* dicitur; alius *idiopathicus*, seu per consensum aliarum partium, alius est *siens*, seu in motu de parte in partem, alius *factus* seu consistens in parte fixus. Alius est *accidentalis*, facile debilis & ab extra oriundus; alius *habitualis*, sepius rediens, ex tono partium laeso, & relicto fermento morbifico; alius *missus*, ex lymphâ insipida, alius *serius* seu *serenus*, ex eadem acido-salsa corosiva oriundus. Alius *frigidus*, insipidus scilicet ac minime mordax, affligens cum gravitate & tensione, citra oculorum & faciei rubedinem, alius *calidus*, tenuis, acris, reddens caput calidum, faciem & oculos rubicundos, partes per quas fluat exasperans, corrodens, cum siti, febre quandoque, urina tinctâ, & perceptione falsedinis aut amaritudinis, alius *Epidemicus*, seu contagiosus, plurimos afficiens, subinde etiam malignus, alius *cum impetu ruens* in partes inferiores, alius *suffocativus*, *ein Stöck*, *Catharr*, qui est pororum & tubulorum respiratoriorum in pulmonibus confestim accedens obstructio, cum maxima respirandi difficultate, anxietate, dolore pectoris gravativo, tussi, stertore; *ileiso* tamen sensu & motu, quibus ab Apoplexia distinguitur.

VI.

Causa interna: Est irritatio Glandularum cerebri, partiumque vicinarum, quâ fibræ contractis, serosum laticem ac lympham exprimunt. Irritatio illa fit, vel à causa externa, vel ab interna, quantum vel in ipsa parte, vitio privatæ digestionis, aliquid acre præter naturale hæret, quod ceu hostile fermentum continuò irritat, aut fluxionem concitat: omnis enim affluxus fit, ex partis mandantis robore, & partis recipientis debilitate; vel ipsa lymphâ, vitio primæ digestionis, aut erroris externi nimis copiosa, aut præter naturali acrimonia acidofalsa affecta, ut accidentè causa externa facillè incalescat, incalescens fermentetur, fermentata per superiora despumetur, spumâ catarrhali ad glandulas, & membranas pituitarias delatâ, accidentè præsertim diminutâ sensibili transpiratione, sudatione, & urinae excretionè, Catarrhus suffocativus, licet quandoque oriatur, dum ex glandulis

glandulis salivalibus catarrhalis humor cum impetu ad fauces transmittitur, frequentius tamen contingit, vel à sanguine seroso tenui, cum impetu in pulmones effuso; vel à stagnatione sanguinis in pulmonibus ab ejus copia, visciditate, cruditate, coagulatione; vel à continua fibrarum nervearum in vehiculis pulmonalibus irritatione, strictione & quasi coarctatione convulsiva; vel ab irritatione laryngis, & hanc insequenti pertinaciori strictione glottidis, verbò: triplices sunt causæ suffocationis: 1^{ma} ex vitio viarum, aërem non transmittentium, 2^{da} ex vitio pulmonum, aërem non admittentium, 3^{ta} ex vitio Nervorum & musculorum, ad respirationem pertinentium, aërem non propellentium, ut sæpe fit in Hystericiis & hypochondriacis &c.

VII.

Causæ dispositivæ: sunt, rara corporis & capitis textura, vel etiam nimis densa, cerebrum debile, frigidum, vel etiam nimis calidum, ætas senilis, ventriculi & capitis antipraxia.

VIII.

Procatarrhica: Aër austrinus, aquilonaris; frigus hyemale. Sed Quæres: cur per totum hyemis decursum Catarrhi non perseverent, cum tamen toto hyemis tempore, causa frigida vigeat? *Naturam per alias vias, has catarrhales superfluitates expellere*. Hyemis tempore, nempe per alvum, urinas & sputa, si easdem per diaphoresin vel insensibilem transpirationem evacuare non potest. Subita horum mutatio, inspirata aëris fermenta epidemica, & salia peregrina fumi acres metallici, uti contingit in fodinis, in laboratoriiis chymicorum, auri-fabrorum, aut cubiculis neo-exstructis, frigus primum autumnale, radii lunares, satietas, crapula, *die Gûß, machen Fluß*; somnus longior, præsertim meridianus, vita sedentaria, lubricationes nimis & intemptivæ, ira, balneum, frequens V. S. alvi pigrities, incessus nudato capite, pedes madefacti refrigerati, fætor argillarum pavimenta recenter lota, linteamina madida in conclavi suspensa, quæ omnia ad Catarrhos disponunt; vel colluviem seorsam augendo, vel transpirationem impediendo, vel loca glandulosa irritando, vel causam morbificam fundendo &c.

IX.

Signa diagnostica: per se clara sunt. Imminentis Catarrhi signa sunt, capitis gravitas, sensuum hebetudo, artuum lassitudo, horripilatio dorsî, sequente subinde febriculâ vesperi exacerbata, cum insigni

signi corporis incallescencia, & ideo vocatur à quibusdam Febris periodica, quia omni vespere redit. Comitatur sæpius alvi segnitias, copia flatuum: sequitur tandem tussis, raucedo, sputum copiosum, sterturatio frequens, præcipue, si in coryzam desinat. Signa Catarrhi suffocativi, ex supra data definitione eruuntur. Sed Quæres; quomodo differat Catarrhus suffocativus ab Apoplexia? R. 1^{mo} quia ægri in Catarrho suffocativo difficillimè respirant, in Apoplexia (nisi forti) respiratio manet, 2^{do} in Catarrho suffocativo est adhuc liber sensus & motus, in Apoplexia non est; Verbò: in Apoplexia ratio, in Catarrho suffocativo respiratio, in Syncope Cardiaca omnes vitales actiones, quasi abolentur & pereunt.

X.

Prognostica: Catarrhi, sicuti Senibus sunt familiares 3. *aph.* 31. ità in iis graviore & curatu difficiliores. Hinc idem *Hipp.* 2. *aph.* 40. ait: *destillationes & gravedines, coctiones in senibus non admittunt.* 1^{mo} quia fenum prima digestio est debilis, 2^{do} fenum glandulæ sunt laxiores, & perpetuis scatent humiditatibus. A causa externa oriundi, minùs periculosi, quàm ab interna. Mali, qui sæpiùs recurunt in eodem loco, sicuti v. gr. in pectore, faciliè phthisin causantur. Mìnus periculosus est, si fluat ad nares, pejus, si in fauces, pessimùm, si ad pectus, teste *Celso*. Pejores sunt scorbutici. Catarrhus suffocativus, viribus jam prostratis superveniens, frequentior est mortis prodromus, quia vita & respiratio pari passu ambulat. Febris Catarrhalis non est periculosa, una tamen sæpè est magis vel minùs intensa, prout est causa vel subjectum.

XI.

Indicationes: Sunt lympham imminuere, temperare, sensum irritationis tollere, motum ejus inhibere, ac ad pectus fluentem revelere, & intercipere, intemperiam contrariis corrigere, partèsque affectas roborare.

I.

Curatio: fit secando Venam, præmissis Clystere, si æger plethoricus, adfit febris, magnus faciei & oculorum rubor, si cum impetu descendat, metùsque sit imminentis gravioris symptomatis, vel inflammationis alicujus partis. Si autem à stagnatione humorum Catarrhus oriatur, tunc resolventibus est dissipandus.

II. Eva-

II.

Evacuando in materia calida per *mannata* v. g. R. *Mann. el.* ʒiʒ. ij. *crem. tart.* ʒj. vel *succ. lim.* ʒij. dissolv. inf. q. brod. carn. col. vel R. *crem. tart.* ʒij. solv. cum *aq. viol.* ʒ. v. dein lento igne dissolv. *mann. el.* ʒij. per pann. & clarif. cum *alb. ov.* & aromatiz. pauca *aq. cinnam.* Si fortius agendum, addi potest *pulv. syr.* cum *sem. melon.* subact. ad gr. vi. Vel. R. *Aq. laxat. Vienn.* ʒ. ij. *aq. fl. nampb.* vel *cinnam.* ʒ. ij. M. vel add. *pulv. syr.* vel *mag. gial. gr. vi. viij.* vel *pulv. rad. gial. gr. xv. ʒj.* vel *extr. diacarth.* ʒjʒ. 8cc. R. *crem. tart.* ʒj. *Rad. mechoac.* ʒij. *sem. faxic.* ʒʒ. incis. bull. in f. q. aq. ad consumpt. 3. part. in col. infund. *fol. senn. sel.* ʒij. *rhab.* ʒj. express. add. *extr. diacarth. dr. i. mann. el.* ʒj. *aq. cinnam. bugl.* ʒij. M. *Cassia* quoque pectori amica est. In materia frigida utendum magis pilul. v. gr. *Mass. pilul. de succin. Crat.* vel *extr. coeb.* vel *marocost.* ʒj. *troch. alb.* vel *mag. gial.* vel *pulv. syr. an. gr. iij. ad viij. ol. dest. succin.* vel *lig. rhod. guis. j.* cum f. q. *aq. beton.* M. f. Pilulæ N. xi. deaurentur. In Catarrhis sæpiùs recurrentibus, singulis mensibus paulo ante novi-lunium *pil. usual.* utendum præsertim iniis, quibus alvus sicciior fuerit; hinc vel *pilulu Francosurr.* tribus vicibus successivè utendo, vel sequent. R. *Mass. pil. de succin.* Crat ʒ. B. *marocost.* Mind ʒʒ. *troch. alb.* ʒʒ. cum *ol. succin.* f. q. M. f. Pilul. N. xxx Dof. xi quavis septimana. In Catarrho contumaci, vitio stomachi oriundo, vomitorium locum habere potest, alias non; si enim malum est in pectore, & suffocationem mineatur, datò vomitoriò, æger ob violentiam motus citius suffocaretur.

III.

In Catarrho acri, tenui, calido, cum tussi vehementi, & vigiliis infestante, *contemperantia, incrassantia,* & *interceptantia* locum habent; ut *crem. bord.* cum *sacch. cand.* *Hordeasum,* v. g. R. *Flor. mund.* q. f. maceretur per hor. 6. hinc coq. ad pulp. & trajic. dein R. *Amygd. excort.* ʒij. *sem. melon.* ʒij. *papav. alb. lactuc. an.* ʒʒ. cum *aq. bord.* f. Emuls. quæ cum lib. ij. *pulp. bord.* permixt. coq. parùm add. *sacch. quanti. pl.* bibantur ʒ. x. manè & vespèri sub introitu lecti, Emulsiò. R. *Amygd. d. excort.* ʒ. j. *sem. 4. fr. m. an.* ʒj. *papav. alb.* ʒ. ij. cum f. q. *aq. bord.* M. f. Emuls. dulcor. *sacch.* f. q. Potest etiam de seq. Syruppo aliquid exhiberi R. *Syr. viol. de ros. sic. an.* ʒ. j. *papav.* ʒ. B. M. detur cochlear hora somni. Item

O

Rotul.

Rotul. diacarth. vel de succ. glycyrrh. vel ꝛ. Gumm. tragac. Arab. an. ʒ. ij. bol. armen. terr. sigillat. an. ʒ. i. sem. papaver. alb. succ. glycyrrh. an. ʒB. sacch. penid. ʒ. i. cum mucilag. sem. cit. aq. ros. exsr. f. q. f. orbiculi, diu noctūque in ore detinendi. Valet etiam decoctum florum ꝛ. fruct. pectorale A. A. Decoct. polychrestium. Omnibus aliis remediis in catarrhis, præfero meum pulv. catarrhal. internum, factum ex terr. sigill. ꝛ. C. C. phil. præp. an. part. equalibu. Dosis scr. i. ʒ. vel ij. vesperi hora 4. in vehiculo competente, desuper sudando. Item plurimum facit iheriaca recens ad noctem sumpta. Item Pulv. meus catarrhatis lambitivus. ꝛ. Pulv. sacch. cand. alb. sacch. penidii, an. ʒj. bol. armen. ʒij. M. f. Pulvis, sapius lambendo, plura vid. de Tusli. Ante somnum maximè conveniunt Pitul. de cynogloss. ad gr. v. vi. vel ꝛ. Pitul. de cynogloss. ʒ. i. ʒ. succ. glycyrr. infus. ʒB. succin. alb. pulv. ʒB. M. f. Pitul. N. xxiv. dentur N. iij. vel ij. post cenam. Imò maximè conveniens est ipsum laud. opiatum, exhibitum vel cum conf. ros. vel iheriac. vel in syr. emuls. ꝛ. nisi catarrhus sit Epidemius, vel jam ad incrementum pervenerit, vel alius morbus per eum solvatur. Cæterum salutarem usum opiatorum in catarrhis, confirmat experientia tempore vespertino, præsertim aliquot horis ante decubitum, vel paulo ante, priusquam catarrhus moveri solet; cavendum tamen, ne abutamur opiatu, sistendo nimium catarrhalem motum, præsertim sistendo penes catarrhum alium graviorem morbum, vel etiam si malignitas adsit, ut jam diximus.

Certum autem est, quod Serum fluxionum omnium sit principium in corpore: Certum etiam est, quod opium sit revera frenum genuinum feri, illud incrassando, in motu sistendo & frenando, & acrimoniam feri corrigendo. Verumtamen semper tutius est, non sola opiata, sed vel succinatis, vel aromaticis mixta adhibere; longè enim melior effectus & securitas, hoc modo ab iisdem expectanda.

IV.

Instituendo Evacuaciones particulares, seu per Erhina, si materia ad pectus fluat, ut v. gr. ꝛ. Aqua majoran. ʒ. i. pulv. sem. nigell. ʒj. fol. beton. ʒB. ambr. gr. ij. M. his etiam addi possunt, fol. nicot. ʒ. ii. convall. ꝛ. c. ꝛ. Aq. majoran. ʒv. succ. beton. ʒ. i. sem. nigell. pulv. ʒ. B. nuc. mosch. ʒ. i. M. ꝛ. Lig. quajac. ʒ. v. aq. sur. lib. i. infus. per noct. coq. ad mediã part. consumpt. add. in sine majoran. rosar. rubr. an. p. ij. Valet etiam Radix elleb. & sacch.

ꝛ. sacch. an. p. equal. item, mann. in aq. majoran. dissolut. add. parum vitriol. alb. Huc spectant varia tabacorum genera. Interiora etiam illiniri possunt, ol. nigell. vel seq. Bals. ꝛ. Ping. anser. cum aq. majoran. ter lot. ʒB. olei dest. major. ʒ. v. Salv. beton. an. gr. ij. M. per apoplepmatizantia, si materia ad oculos vel nares fluat, ut v. gr. mastix masticat. vel nuc. mosch. v. gr. ꝛ. Nuc. mosch. ʒj. mastich. gumm. Arab. an. ʒB. redig. in pulv. & cum f. q. aq. ros. f. Troch. Huc spectat suffitus tabaci per fistulam, add. ol. anis. major. succ. magis tamen conveniens in subjectis pituitosis & sanguineis, quàm naturâ ficcis, biliosis & melancholicis; unde in his remediis particularibus advertendum, quando materia est tenuis, nè fortius resolventia usurpentur, his enim materia tenuis impetus, ad pectus & pulmonem, & alias partes concitantur: Sed melius est, nonnulla incrassantia, impetum hunc materia cohibentia adhibere, uti sunt rose, mastiche, nuc. mosch. &c.

V.

Ubi Catarrhi contumaces, aut incorrigibiles, fonticulù profunt, ac in nucha positi, intercipiunt, in brachiis, derivant, in pedibus, revellunt, ubique autem evacuant, Vesicatoria quoque ad scapulat aut cervicem posita, sæpius proficua sunt.

VI.

In Catarrhis etiam contumacioribus, frigidis & crassis, locum quàm maximè habent sudorifera, exsiccantia, & diuretica, ut v. gr. ꝛ. Rad. chin. in taleol. sect. ʒij. visc. querc. ʒij. mas. ʒB. coq. cum columb. exent. in diplom. col. ʒ. vi. ꝛ. Chin. sel. ʒj. lig. lentisc. ʒvi. lig. Rhod. l. Santal. cit. ʒj. incis. infund. aliquamdiu, hinc coq. cum gallin. juvene in lib. vi. aq. font. ad debitam cocturam, M. mane capiantur ʒvi. vel viij. aromatiz. cum pauc. macer. ꝛ. Rad. chin. sel. incis. ʒB. safaph. lim. ʒB. inf. in lib. xij. aq. font. per 24. hor. hinc coq. ad consumpt. med. coletur, Huc quoque spectat decoct. Catarrhal. Myns. decoct. herb. iher. vin. Adrian. Pape, aliãque vina anticatarrhalia; de quibus in principio pastus, vel inter edendum, quandoque aliquid hauriatur. v. g. ꝛ. Rad. caroyoph. ʒvi. rad. acor. ʒvi. pulv. ʒ. sambuc. m. ʒ. fol. majoran. m. ʒ. vin. lib. xvi. stent in infus. ꝛ. Lig. safaph. junip. lentisc. an. ʒj. caryophyllat. ʒi. herb. rosmar. recent. hyssop. centaaur. min. an. m. i. stor. serpill. sambuc. an. M. ʒ. cinnam. ʒy. cubeb. cardamom. an. ʒ. i. incis. affund. vin. optim. mens. 4. stent in infusione.

in Majoran
Page

Valent etiam *salia volatilia, spiritus volatiles*, ut mox de Catarrho suffocativo dicemus. *Succinata, castorisata, myrrhata, campborata, crocata, sulphurata, serebinthinata, liquor C. C. succinat, sal. volat. olef. Sylvij, vel nob. le, decoctum galli veteris*, cum pectoralibus factum. *Tinctur. antimonii, nigrum antimoniatum, antimon. diaph. aq. pectoral. Mynsicht. aq. hyposc. Mynsicht. Panivella ex farina bordei Pulv. rad. chin. salsaparilla, & modico Sacch. pulverisatis facta, & comesta.*

VII.

Ad *roborantia* veniendum, inter quæ ex simplicibus excellunt, *thus, succin. nux. mosch. sasap. theè, serpillà, satureja, thym. majoran. beton. salu. rosmar. junip. &c.* Ex compositis *Rotulæ v. gr. &c. Spec. d. amb. diamosch. an. scr. ij. succin. alb. præp. ℥j. ol. an. f. gut. xv. sacch. in aq. lavend. dissol. q. s. vel ℞. Succin. præp. ℥ij. amb. scr. i. sacch. in aq. lil. corvall. dissol. q. s. f. Rotul. Morfelli ℞. Sem. coriand. præp. unc. β. nuc. mosch. thur. an. ℥ij. glycyrr. mast. an. ℥ij. cubeb. ℥i. conf. ros. rub. ℥i. ambr. gryf. gr. xv. sacch. in aq. ros. d. sso. unc. x. f. confect. in Morfell. pond. ℥ij. fumat unam manè & Vesper. Elect. ℞. Conserv. ros. rub. ℥iv. nuc. ind. condit. ℥vi. medull. nuc. ind. condit. dr. ij. cubeb. ℥ijβ. coriand. præp. ℥iβ. thur. ol. an. ℥ij. Essent. salu. dr. ij. cum syr. de ros. siccis. f. q. M. f. Elect. Extrinsecus *pediluv. ex aq. & sal. l. cerevis. calid. vel ℞. Herb. salu. hyssp. orig. thym. beton. major. an. M. i. fl. cham. Mib. stech. M. i. summit. aneth. M. i. bacc. junip. unc. ij. salis unc. ij. incis. grossò modò pro pediluv. Post abstersionem, plante pedum calidissimè inungantur medull. cervin. Cucupha, caput roborantes, Catarrhum exsiccantes, & suspenses, paratæ, ex spec. pro cucuph. August. l. v. gr. ℞. Succin. myrrhæ, mast. benz. stor. an. ℥ij. thur. aives, ladan. an. ℥β. caryoph. cinnam. nuc. mosch. an. ℥ij. stor. ros. lavend. aurb. an. p. i. alpt. mosch. parum. M. f. pulv. pro Cucupha. Alij ex his pulverem parant capiti inspergendum, vel pulv. addendo f. q. ferment. & acet. ros. Suffitus catarrhal. ex succin. mast. gamm. anim. thur. lig. aloè, sassa. stor. benz. fl. ros. &c. l. ex sacch. fumus pipalis tabaci cum specificis mixtus etiam valet. pulv. sumatis A. A. suffitus ex racamah. sacculus ex sursure, millo, sale, sabvia, betonica, stachade, capiti impositus. Empl. de betonica: &c.**

VIII.

VIII.

In *Catarrho suffocativo* calida conveniunt, *V. S. chyl. acres, vomitoria* quandoque sed cautè, *frict. extremorum pannis calidis & asperis, cucurb. farif. ad leapul. l. sicæ cum multa flamma ad finciput, inunct. nuchæ & narium ol. l. bals. succin. imposito ad Verticem Emph. de racamah. l. de carann. l. succul. ex succin. & spir. vin. l. catapl. ex succin. & ferment. applicatio vesicator: & tandem expectorantia tam interna, ut oxymel squill. syr. de hyssp. de erys. Lob. sperm. cet. flor. benz. ammon. Emuls. enul. Timæi, aq. asthmat. &c. quàm externa: ut empl. fil. Zach. ung. pector. rub. pulp. cep. sub cin. solt. cum croc. & ol. viol. lin. amygd. dul. &c. vid. Asthma. Sal volatile succin. C. C. sang. human. viperar. fuliginis, sp. sal. armoniac. correct. tinctur. myrrhæ, castorei, anem. diaphoret. lac. sulph. fl. sulph. milleped. præp. castoreata, campborata, v. gr. ol. camphor. per destillat. ad. gut. iij. succinata, succinum Catarrhale, antihæcticam, Pot. pulv. catarrhalis meus; Cinnabarina. Extrâ etiam conveniunt *Lenose, Vesicatoria, & sapè sunt sacra anchora, itâ etiam medicamentis.**

IX.

Diatæ: Aër siccus, & moderatè calidus: Vitetur ventosus, pluviosus, austrinus, aquilonaris. radii sol. lun. caput muniatur cucupha, gelteur capillitium artificiosum, vulgò *peruque* dictum; vitetur fatieras, & repletio, cœna sit parciore. Vitentur cibi difficilioris coctionis, frigidi, humidi, viscidii, excrementitii, ut fruct. humidiores jura multa, caseus, lacticin. pisc. legumin. olera, carnes fumo indurata, & muriâ macerata; Vitetur crapula, & potus largior, moderate Hippoc. 6. epid. vit. 4. non satuari cibus, & impigrum esse ad labores, sanitatis studium est. Melior longè est in hoc morbo sobrietas & abstinencia, juxta illud Pœtæ:

Abstine, & efficies, quod Medicina nequit.

Item:

*Ex magna cœna stomachus sit maxima pœna;
Ut sis nocte levis, sit tibi cœna brevis.*

vel:

*Cœna levis, vel cœna brevis, sit raro molesta,
Magna noctet, Medicina docet, res est manifesta.*

X.

In caufa calida, pro potu detur decoct. bord. liq. pass. & sem. fenic.
 In frigida decoct. cory. caryoph. lentisc. visc. querc. sem. anis. cin-
 nam. pass. v. gr. & Chin. sel. ʒʒ. lign. lenisc. ʒij. visc. querc.
 vel rad. caryoph. ʒij. sem. anis. ʒj. coq. in lib. iv. ag. sors. Addi
 etiam possunt ʒj. passul. min. vel cinnamom. cort. cirr. &c. Ca-
 vendæ vigilæ & somnus meridianus, & qui mox à pastu initur;
 item motus concitiores, Venus frequens, & intempeltiva, animi
 pathemata, frigus capitis & pedum. In fine mensæ sumatur pulvis
 pepticus. v. gr. & Mastich. ʒij. sem. coriand. præp. ʒʒ. corall. rub.
 præp. ʒ. iv. magarit. præp. ʒj. pan. bis coct. sacch. albiss. ʒʒ.
 M. f. Tragaa.

XI.

Æstivo tempore, prægressis debitis evacuationibus, zhermarum,
 imprimis Carolinarum Bohemiæ, vel Wisbadensum Weteraviæ,
 proportionatè institutus usus, non inefficax est; sed magis in
 præsens, quam pro universo malo, constanter
 auferendo, conducit.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECUNDUS,
 DE
 MORBIS SENSUUM EXTER-
 NORUM PRINCIPALIO-
 RIBUS.

CAPUT I.

Gutta Serena.

I.

Nomen: Gutta Serena; Amavrosiſ, seu Cæcitas; seu
 Caligo nigra, seu Caliginosa visus imbecillitas; Germ.
 der schwarze Staar.

II.

Definitio: est abolitio, aut diminutio Visus, nullo sensibili
 vitio in oculis, nisi pupillâ nigra & ampliori apparente, exorta, ex
 denegato influxu spirituum opticorum in oculos.

III.

Genus: est Symptoma Visionis abolitæ, vel diminutæ.

IV.

Subiectum: nervi optici cum spiritibus, uti & tunica retina.
Nota: quatuor sunt oculorum membranæ: *Prima:* Adnata, seu
 conjunctiva, seu alba, seu album oculi. *Secunda:* Cornea, in
 parte anteriore, seu Sclerotica, in parte posteriore sita. *Tertia:*
 Uvea, in parte anteriore, seu Choroides in parte posteriore.
Quarta: Retina; seu Crystallina seu aranea. Præterea tres sunt
 humores oculorum: Aqueus, Vitreus, & Crystallinus.

V.

Differentia : alia totalis & perfecta, alia imperfecta dicta Caligo, seu Visus imbecillitas, in qua æger cuncta quasi per Caliginem vel fumum aspicit, pupillâ nihilominus clara, & limpida apparet.

VI.

Causa interna immediata : est Angustia, vel obstructio vel compressio pororum & tubulorum nervi optici, vel cerebri (ut in Phrenitide, & febribus malignis) inflammationes &c. aut tunica retina, in tensione sua deficiens & flaccida reddita.

VII.

Mediata : lymphæ crassior, seu humor pituitosus, sanguis, pus, tumores, nervi optici vel cerebri (ut in Nephritide & febribus malignis) inflammationes, atrophix, soluta unitates &c.

VIII.

Externa : casus, percussio, fortis sternutatio, diurnus solis & lunæ plenæ, vel aliarum rerum splendentium aspectus, crapula, Venus immodica, intempestiva studia; maximè post pastum, ulcera antiqua clausa, scabies retropulsa, violentus vomitus, suppressio mensium & hæmorrhoidum, vomitoria & purgantia fortiora, flagratio & redundantia sanguinis, ut fit in Gravidis, quæ huic malo sunt subjectæ, ob compressos nervos.

IX.

Signa diagnostica : in definitione sunt expressa.

X.

Prognostica : Affectus hic totalis, integra scilicet Visus abolitio, vix curabilis, præsertim in ætate provectoribus & senibus, vel si convulsiones sequatur, ob distortas fibrillas nerveas. Imperfectus curatu difficillimus, egens magno labore, & longissimo remedium usu; Senes huic malo sunt valde obnoxii, quia naturaliter quoad visum hebescunt, ob humorum crassitiam, & tunicarum densitatem; teste Hipp. 3. aph. 37. in Senibus, Visus hebetudines fieri. Exempla autem curatæ Guttæ Serena, vid. apud Horstium, Wepferum, Wedelium, Hildanum, Sennertum & Riverium.

XI.

Indicationes : sunt, antecedentem causam revellere, derivare, conjunctam evacuare, discutere, visumque roborare. In Oculorum affectibus sedulo observandum est illud Galeni præceptum :

Non

Nonoculum ante Caput, nec Caput ante corpus curato : ita Gal. 3. de ratione medendi.

I.

Curatio : fit omitendo V. S. nisi in corpore plethorico & juvenili; in quo post V. S. brachii etiam vena frontis secari, & hirudines ad tempora, vel post aures applicari, vel hæmorrhoides (quæ bene faciunt) promoveri possunt.

II.

Corpus purgandum; Vel *infus. senn. rhei, mechoac.* v. g. ꝛ. *Fol. senn. s. unc. ß. agar. troch. rhab. an. dr. ʒ. sem. fenic. t. r. r. prepar. an. scr. ʒ. inf. per noctem in l. q. ag. euphras. m. fact. levi ebullit. & expr. dissolv. mann. cl. dr. x. pul. gial. crys. ʒ. an. an. scr. ʒ. M. vel per Pilulas; ß. Mass. pilul. de succin. Crat. l. luc. maj. scr. ʒ. mag. gial. pulv. syr. an. gr. ʒ. ol. dest. rut. san. an. gut. ʒ. cum f. q. ag. beton. M, f. pilul. N. xi. deaur. vel, ß. Mas. pilul. luc. m. coch. extr. agar. an. scr. ß. pulv. syr. l. troch. alchand. gr. v. sal. euphras. gr. ʒ. ol. fenic. gut. ʒ. cum f. q. ag. euphrag. M. f. Pilul. vel pilul. ophthalmica Franchement. pilul. aiçè phangina, vel ophthalmica Dolæi, vel vin. ophthalm. Plemp. Vomitoria oculis summe funesta, existant tamen exempla, quod per vomitoria causata cæcitas, per eadem repetita, fuerit curata. In affectu inveterato, pilul. de succin. Crat. utiliter adhibentur.*

III.

Pro revulsione & derivatione conveniunt, frictions externarum manuum & pedum, mane faciendæ; Cucurb. scapul. & dorso applicatæ, item occipitio, quæ maximi usus; Vesicator. ad cervicem, vel post aures; hinc his exsiccatæ fonticuli in brachio, vel in occipite, loco Setacei, vel ipsum Setaceum excutetur.

IV.

In malo contumaciori *dieta sudorif.* locum habet, ex decoct. lig. sanctæ. salsiph. siss. par. addendo in fine herb. euphras. cum flor. cyan. beton. sem. coriand. fenic. &c. v. g. ꝛ. Rad. salsapar. unc. ʒ. lign. sanct. unc. ʒ. sant. rub. unc. ß. rad. liq. cichor. an. dr. ʒ. salsapb. dr. ʒ. Asberg. ß. salsiph. scr. ʒ. ß. inf. per hor. 24. in aq. lib. ʒ. add. passul. min. unc. ʒ. cibeb. unc. ʒ. ß. herb. euphras. cum fl. mj. fl. cyan. beton. an. m. ß. sem. coriand. fenic. an. dr. ʒ. ß. coq. ad remanent. lib. ʒ. col. Sudeur in Laconico.

V.

Instituendæ evacuationes particulares per Apoplegmatisantia, & Errhina mitiora, fortiora enim nocent, plus attrahendo quam extra-

P

extra-

extrahendo, imò sternutando potentius hic affectus inducitur; usus nicotiana est tutus, si moderatus. Alii laudant *curam salivalem* exhibendo *mercur. dulc.*

VI.

Pro Cerebri & Oculorum roboratione laudantur, *iberiac. ver.* *myrob. condit. nux mosch.* manè comesta *Euphras. rad. Valeriana*, quæ omnibus præferenda intus & extrâ; *chelidon. maj. servisf. fenic. rosm. rut. salsap. bacc. junip. pulv. & sal vol. viper.* Ex compositis est *elect. Timai ex succ.* longo usu probat. Item *elect. ophth.* Myln. ad unc. vi. cum β . *Euphras. dr. ij.* Dosis quantitatis Castanæ continuè manè jejunò stomachò, & vesperi, eundo cubitum; visum conservat usque ad finem vitæ sinè oculariis. Vel *R. Conf. st. anth. beton. an. unc. ij. myrob. condit. N. ij. ther. ver. dr. vi. macb. dr. ij. sem. sc. ij. juccin. alb. præp. st. i. mac. scr. ij. spirit. euphras. dr. ij. essent. rorism. dr. i. cum syr. de stech. f. q. M. f. Elect.* aliud *Elect.* ad Visum, quod ad lydera extollitur. *R. Flor. anthos, falvia, euphras. an. ʒvj. rad. valerian. chelidon. an. ʒb. sem. fenicul. sileris montan. an. ʒij. semin. anis. petrosel. baccar. juniper. an. ʒj. cortic. salsapbr. ʒij.* fiat omnium pulvis, & cum f. q. mellis excipiantur, & fiat *Elect.* de quo instar nucis juglandis ad noctem fumendum, duabus horis post cœnam, desuper bibendo de sequenti aqua expertissima, *R. Fol. Valeriane, Euphrasia, feniculi, Chelidoni, an. mj. saliv. flor. anthos ros. an. p. i. baccarum juniper. ʒj. cass. lign. ʒb. lig. ʒb. sem. feniculi ʒj. sileris montani ʒj. ruta ʒb.* infund. cum vini *malvausici* lb. vi. per dies quinque postea destillentur. Pulveres, *R. Saccb. cand. alb. confect. fenic. an. unc. i. pulv. st. euphras. dr. i. sem. fenic. dr. ij. rad. valerian. dr. vi. ol. fenic. gut. xi. major. gut. iv. M. f. Pulv. Vel R. Rad. peon. unc. b. valerian. dr. ij. sem. peon. dr. ij. fenic. dr. i. sal euphras. dr. i. b. C. C. phil. præp. ung. alc. præp. an. dr. i. tart. ebalysbeas. dr. ij. antim. diaph. dr. i. b. cinnab. nat. dr. i. crystall. præp. dr. ij. man. Christ. perl. unc. i. B. M. f. Pulvis. commendatur etiam *ag. ocularis interna Hartmanni, Mynsfichti, Riverii, essent. rorism. euphras. liq. C. C. succinat. &c.* Item *elixir vite essent. ambrae, sal. volatili. oleosum Sylvii, vel nobile: Pulvis Montagnanae* est expertus: *R. Pulv. macis ʒi. euphras. ʒiv. mis. dos. medium cochlear. ante cibum.* Extrâ *lotiones capitis* conveniunt ex *lixiv. decoct. salsapar. stach. arab. beton. euphras. verben. major. rosm. hyss. saliv.* utendo *agarico crudo* loco laponis. Item *Cucupha, v. g. R. Lign. aloë santi. cit. salsapbr. an. dr. ij. st. ros. rub. mj. lavena. pij. sem. nigell.**

nigell. dr. ij. cort. urant. dr. ij. mast. ibur. benz. succin. an. scr. iv. amb. gr. ij. M. f. Pulv. gross. pro Cucupha. Valet hic multum oleum, quod ex *jecore musclicæ piscis* destillat, hoc palpebræ inungantur, & mira præstat. Inungantur etiam palpebræ *salc volatili oleoso Sylvii.* Valet etiam *sotus Piempij, vel aqua Regina Ungaria, vel spiritus vini camphoratus.*

VII.

Topica & Collyria hic parum profunt, tentanda aliqua in Suffusione proponenda. *Cura sudorifera, præmissis præmittendis* est maxime proficua, cui addenda specifica, *valerian. euphras. beton. flor. anthos. &c.* Usus etiam *Thermarum* est bonus, potenter enim evacuant, corrigunt, & cerebrum corroborant.

VIII.

Dieta : aër sit calidus, siccus, vitetur crassus, nebulosus, pluviosus. Victus sit attenuans, moderatè siccans; boni succi, minimè fumosi & crassi. Condiantur *cinnam. nuc. mosch. euphras. fenic. major. saliv. rosm.* Vitentur nimis acria, lacticin. salita, fumò indurata, legumina, lactuca. Cæna prandiò fit parciore, post cibum utendum *Tragæa. v. g. R. Fol. euprag. cumsl. unc. b. sem. coriand. præp. dr. ij. fenic. dr. i. b. carv. scr. i. b. cinnam. acut. dr. i. nuc. mosch. ser. iv. pellic. intern. ventriculi gallin. scr. ij. man. Christ. unc. iv. b. ol. dest. fenic. gutt. xi. carv. gut. vij. nuc. mosch. gut. v. M. Cibi etiam peculiari sale condiri possunt, v. g. *R. Sal. puri unc. ij. sem. carv. dr. i. fol. euprag. major. nuc. mosch. an. dr. b. M.* Vitetur omnis repletio cibi & potus præsertim vini generosi, cujus loco fit *decoct. chin. vel salsapar. cum liq. & sem. anis. vel vinum oligophorum, vel euphrasiatum* vide *Timæum.* Aut *cerevisia desecata* & minùs lupulata. Valet etiam *potus Caffæ, & Thee, l. aqua coct. fenic. R. Sem. fenic. dr. i. coq. in 2. mens. aq. per quadrantem, hinc add. cinnam. opt. incis. dr. vi. remove ab igne, vasque clausum reponc, donec frigeat.* Si placet, impone *2. frust. panis filigæ.* Somnus & vigiliae sint mediocria, vitandus somnus diuturnus; motus sit moderatus, alvus laxa, vitentur Venus, ira; oculi custodiantur ab aère frigido, vento, fumo, pulvere. Vitentur *lectiones & meditationes à sumpto cibo, & præsertim lucubrationes nocturnæ.* Si hæc omnia non jvant, aliud non restat, quàm vel baculo, vel alterius hominis videntis ductu, cæcis viam monstrare.*

Aqua ophthalmica - Mustiani.

R. Tut. pp. ʒij.

Vitriol. albi ʒijb.

lapid. calamar.

salis communis. an. ʒj.

his subtiliff. pulverifat. affunde in nova olla *aq. fenicul. & chelidon. an. cyathum unum*, bulliant invicem super prunam tantillò temporis spatìò, tum mox frigescant, & aquam à relicto pulvere per filtrum separato, cuius unam vel alteram guttam infirmis oculis, manè meridie & sub noctem instilla. Mira imò miracula præstat, etiam iis, qui ocularis usi, illa abjecerint, & visum mirificè restituit.

CAPUT II.

Suffusio.

I.

Nomen: Suffusio, Hypochyma, seu Hypochysis, Cataracta, Aqua, Gutta, Germ. *der weisse Stahl oder graue Stahl*, hæc nomina idem quasi significant, & tantum gradus hujus morbi distinguunt, ut dicemus in differentiis.

II.

Definitio: est interceptio radiorum, aut specierum visualium ad humorem crystallinum, seu in spatìò, quod est inter corneam, & crystallinum humorem, facta, ab obstructione pupillæ ab humore p. n. id est: crasso & acido humori aqueo permixto, eumque obscurum reddendo, & cum in illo spatìò humor aqueus contineatur, rectè hic affectus inter aquei humoris vitia recensetur.

III.

Genus: est morbus in via p. n. clausa, seu obstructio foraminis *tunica uvæ*, & hoc tenent plerique; alii dicunt: esse morbum in numero, seu *concretionem humoris aquei*, & hac ratione, qua calculum constituunt morbum in numero, tanquam concretum quoddam præter naturam, ita etiam concretionem humoris aquei morbum in numero constituunt; sed ut verum fatear, ista concretio non tam morbi natura, quam causæ generatio exprimitur.

IV.

Subjectum: est spatium inter tunicam corneam & humorem crystallinum: subinde & *ipse humor crystallinus* glaucus redditus, vel aqueus impurus crassescens & diaphaneitatem perdens; humores enim oculorum æque circulantur, ac alii corporis humores, præsertim aqueus, aliàs enim stagnando putrescerent, & vitiarentur.

V. Dif-

V.

Differentia: alia vera, quæ alterum oculum tantum occupat, vel si utrumque non simul & semel; quæ tenebrosum quid in pupilla habet, continuè durat, & brevi tempore, ac plerumque intra 6 menses confirmata evadit. Alia *notha* seu *spuria*, jejunis imprimis, & stomachi debilitate laborantibus familiaris; in istau etiam febrium intermittentium apparens, ac signa veræ contraria obtinens, alia *incipiens*, in qua corpufcula quedam, ut pili, culices, muscæ volitantes, aut texturæ araneorum oculis observantur, & dicitur propriè *Suffusio*; alia *increscens*, in qua objecta cernuntur veluti per aërem nebulosum aut vitrum densius, pupillæ etiam turbidâ, nebulosâ, aut vitro contaminato simili existente, & dicitur propriè *aqua*. Alia *confirmata*, ubi visio omninò perit, pupillæque color albus, aut aliò modò infectus apparet, & dicitur propriè *cataracta*. Alia est *parva*, in qua res partim vel divitim videntur, ut quadrangulæ, triangulæ, vel mediæ, vel fenestratæ, pro varia figura ipsius cataractæ. Alia *totalis* in qua nihil, alia *recens*, & immatura, quæ pultacea adhuc, & necdum satis in pelliculam condensata. Alia *inveterata* & *matura*, in qua perfecta cæcitas, ut æger non possit distinguere inter colores, licèt humen adhuc videat, hinc etiam ad frictionem manu factam non diffluit, aut discontinuatur, quæ nunc cœli, maris, nunc gyphi, aut grandinis colocem refert, vel est viridis, citrina, nigra &c. Alia quæ fit in ipsis *tunicis*, alia, quæ in ipsis *humoribus* condensatis; unde distinguuntur Suffusio à Claucomate, quia Claucoma talis humoris crystallini vitium est, quandò ex perspicuo obscuratus, & albedine fusca inquinatus est; quod vitium Senuibus tandem naturaliter accidere potest.

VI.

Causa interna: est humor excrementitius, ab initio tenuis vel ed loci collectus, ex nutrimento oculi haut ritè elaborato & assimilato, vel ed delatus à toto, aut cerebro, per vasa & nervum opticum, hinc magis lentescens, crassescens, ac in membranulam tandem concretescens.

VII.

Causæ dispositivæ: Oculi prominentes, humidiores, Glauci, Cæcij.

VIII.

Externæ: ictus, contusio, vulnera, fumus, lectio & scriptio ad lucernam, aër australis, crapulæ, Venus, assidua inspectio ignum suffla-

fluatorum; hinc frequens conſlatoribus vitrorum, foſſoribus metal-
lorum, & fabris ferrariis.

IX.

Signa diagnoflica: dicta in differentis; primò enim apparent
muſca, cimices, & nubeculae ante oculos volantes, hinc viſus minui,
ac per fumum, vaporem, & nebulam videri videtur, tandem res fe-
neſtrata ac integræ maculae apparere incipiunt, uſque dum pupilla
omniò appareat alba, & reſta.

X.

Prognoflica: prognofis hujus affectus juxta varia illius tempora
unicè ſtatuenda; ſic ſuffuſio incipiens, in qua ægri objecta poſſunt
diſcernere, & quaſi per nebulam videre, curabilis eſt in ætate florenti,
efficacione univerſali, ut docet *Hypoc. 6. aph. 17. lippientem avuſi
proſtudio corripit, bonum.* Diata ſudorif. & veſicat. in ſeneſtute
verò, etiam incipiens ſuffuſio, præſertim in iis, in quibus oculi à na-
tura debiles ſunt, non eſt curabilis. Matura jam & confirmata, me-
dicamentis non cedit. Curatio feliciter fit æſtivo tempore; facilis
& ſecurius cura ſuccedit, aère & tempore æſtivo, quam alio, quia
tali tempore omnia ſunt magis mobilia. Illa ſuffuſio, in qua uno
oculo convniente vel clauſo, alterius pupilla dilatatur, curabilis eſt per
medicamenta, vel chirurgiam, ſecus non. Confirmata, ubi ægri
lumen admotum vix vident, item nigra, & omni ſplendore orbata,
viridis, multum citrina, dura, hidrargyrum colore & mobilitate re-
ferens, aut objecta feneftrata, vix etiam chirurgiâ curabilis; bene
verò, ſi ſuffuſio ſit exigua, ſi immobilis, calorem maris, cæli vel
ferri habeat, ac in latere ſenſum aliquem Fulgoris admittat. Curatu
etiam difficillima, exorta ex Febre acuta, Peripneumon. Phrenit. do-
lore capitis. Depoſitio per acum tutor in oculo pleniori, ætate juve-
nili, & conſiſtente, ſi ad compreſſionem oculi membrana nonnihil dif-
fluat, aut latior appareat, ſtatim autem ad priſtinam redeat magnitu-
dinem, habeatque colorem cæli, maris vel plumbi; non grandinis
vel gyſſi. In Senibus ſæpius fruſtranea, ob humores, ſimul conden-
ſatos, aut Guttam ſerenam junctam; ſubinde etiam periculofa laceratâ
tunicâ uveâ, & ligamento ciliari, vel excitatâ inflammatione & nova
fluxione.

XI.

Indicationes: eadem ſunt, quæ in Gutta ſerena.

I.

Curatio: ſit præmiſſis univerſalibus, in Gutta ſerena propoſitis,
internis & externis remediis; quæ vide ibidem.

II.

Topici: quæ licet *Galeno* teſte, plus promittant, quàm præſtent,
in uſum tamen vocari poterunt. Notandum autem, ut à mitioribus incipiamus,
nè nimium exſiccemus, & materiam ſuffuſionis induremus,
eaque reſolutioni inepta reddatur, adeoque lenia reſolventia
emollientibus admixcenda: Præſtantiora ſunt, aq. *Quercet. v. g.*
Æ. Croc. metall. dr. i. aq. chelidon. m. unc. v. Miſc. de hac gutt. iij.
l. iv. homini ſupino intrâ oculos funduntur, ter l. quater in die. Lau-
datur etiam aq. ophthalm. Quercet. ex vitriol. & urina puer. item aq.
ZZberat. Harimann. vel aqua Holler. Zacut. Pravot. &c. Alii ſe-
quentem laudant Æ. Aq. roſ. ſenic. chelidon., euphras. an. unc. ij.
mercur. ſublim. ac tenuiſſ. pulv. ſcr. B. M. ſit. inmittatur gut. i. l. altera
in oculos. Timæus laudat ſpir. vin. l. aq. Regin. Ungaria, cum petiis
duplicitatis quotidie ter l. quater per menſem applicat. idem præſtat ſo-
ment. Plemp. Æ. Fenic. rut. hyſſop. euphras. chelidon. verben. beton.
puleg. an. m. B. ſem. anis. fenic. carv. ameos; ſil. mons. an. dr. y. mac.
cinnam. caryoph. nuc. moſch. an. dr. i. inciſ. & conqual. coq. ex aqua,
vel ſi fortiùs agendum ex vino, addito etiam ſpir. vin. l. aq. ad caſa-
raſt am Barbette. Foreſtus mirè laudat liquorem ex jecore muſtele
piſcis. Alii ung. Severin. ex ſucco tabac. cum buſyr. majal. ad con-
ſiſt. coct. Pro inunctione palpebrarum Sculter. laudat ſel. luc. piſc.
eum pauco ſacch. commixt. Laudantur quoque ſel. perdic. bov. bo-
min. anquil. l. Æ. Fel carp. mell. ſucc. chelidon. à unc. B. coq. pa-
rùm donec inſpiſſ. add. turta dr. i. camph. ſcr. B. axung. thymall.
piſc. unc. B. M. f. Linim. pro inungendis palpebris ſub ingreſſum lecti; l.
Æ. Succ. chelid. rut. ſenic. aq. mell. à unc. B. M. add. ſi fortiùs agend-
um, ſel perdic. luc. piſc. an. dr. i. M. ſequens pulvis eſt probatus:
Æ. Pulv. ſacch. cand. alb. rus. pp. an. ʒj. Margarit. pp. Sarcocoll.
an. ʒB. fabar. marinar. pp. cinnamom. an. ʒj. miſc. f. Pulvis ſubti-
liſſimus, hujus parùm pennâ manè & veſperi inſletur, vel collyriis
miſc. Hic pulvis maculas tollit, nubeculas detergit, humiditatem ab-
ſumit, viſum acuit, & oculos clarificat, ac conſervat. Prodeſt
quodque Jumus tabaci, veſicatoria, fonticuli, ſetacea, maſticato-
ria, chlyſteres acres, apoplegmatifimi, cucupha, ſacculi ex herbis
cephalicis; ſalvatio etiam multa præſtat. Viſum quoque clarificare
dicitur ſal vol. viper. ad gr. i. l. ij. in aq. roſ. ſol. Alii vaporem

Aq: Quercet.

Rp:

oculis excipi jubent *ex spirit. sal. armon.* Laudatur etiam liquor *ex flor. roseis*, ad sol em in ampulla posita stillans. Item *℞. Mell. anibos. despum. z. z. pulv. caroph. sal. comm. an. unc. ℞. M. f. Ung.* de quo particula instar sem. sinap. oculo impon. & aliquamdiu continetur. Circa *optio.* hæc nota 1. ante eorum applicationem *emollientia* applicanda forma sacculi. vel foment. 2. si fortiora applicentur, *emplastrum adstringens* temporibus applicandum, uti & *Vesicator.* 1. *cauter.* ad nucham. 3. si acrimonia nocuisse videatur, demulcendum *aq. alban. oz. mucilag. sem. cyd. aq. ros. exs.* 4. pelliculam jam condensatam per *discutientia* calida subinde plus indurari. Ultimum remedium est, *depositi per acum.* instituenda vere vel autumno, hora matutina, corpore jejuno, die clara, ac luna decrecente. Hæc autem operatio ab ophthalmicis exercitatis fit sequenti modo: præmissa purgatione, si opus etiam Venæ sectione; post pridianam abstinentiam, coelò, ut diximus, serenò & tranquillò, decrecente lunâ, in loco lucido, deligato prius sano oculo, nè moveatur, & alterum etiam ad motum concitetur, deductis oculi palpebris, in sinistro quidem oculo, dextrâ manu functionem obeunte, in dextro oculo verò, sinistra, acus ad minorem oculi canthum à perito chirurgo, vel operatore usque ad vacuum intus signum adigatur: deinde ex superiori parte ad ipsam cataractam inclinetur, quàm infra pupillam deducatur, & vehementius imprimatur, ut inferiori parti firmiter insideat, & inhæreat, sicque operatio perfecta est, parti verò, albumen ovi quassatum, cotone vel canabe exceptum imponitur, & circumquaque adstringens aliquid loco defensivi, ad prohibendam inflammationem adaptetur: v. g. *℞. Aq. rosei solani spermat. ranar. suffil. an. ℥j. aq. feniculi, ℥℞. sacchar. saturni gr. x. misceatur.* Oculus affectus, ne moveatur, strictè devinciatur, ægerque victu tenui & liquido utatur, & quietus usque ad septimum vel nonum diem in loco obscuro detineatur, deinde longo tempore accurata prophylaxi studeat, nè recidivet, corpus ab omni impuritate liberum servando, oculos roboret, manè feniculum masticet, & tandem specillis convenientibus utatur. Interna remedia videantur tit. *de Gutta Serena*: Præterea *pulvis viperarum*, vel *juscula viperarum*, multum valent.

III.

Præservatio: fit victu tenui, frugali desiccante, attenuata, ut in *Gutta Serena* dictum, institutis purgationibus usualibus, exhibito decocto *chine*, excitatis *fonticulis*, sumptis *Oxydorcicis*, seu visum acuentibus, ablutione oculorum quotidianâ, tantillò *vino in ore cale-*

calefacto, masticatò prius *feniculo*, aspectu rerum nitidarum, ut auri, speculorum, usu specilliorum s. vulgarium s. rubrorum, & viridium; juxta illud: *Fons, speculum, gramen dant hæc oculis relevamen.*



CAPUT III.

Ophthalmia & Epiphora.

I.

Nomen: Ophthalmia, Lippitudo die Entzündung, Sig-Röthe; und Schmerzen der Augen.

II.

Definitio: est Inflammatio tunicæ adnatæ, s. albuginæ cum rubore, dolore, ardore, tumore, & lachrymis involuntariis, exorta à sanguine acri in Venulis illius stagnante, & effuso.

III.

Genus: est morbus Intemperiei calidæ, seu discrasie, cum auctâ magnitudine.

IV.

Subjectum: est totus Oculus: in specie autem tunica oculi adnata, seu albuginea, seu conjunctiva, quæ corneæ intime est junctâ, itâ ut unâ affectâ, altera etiam afficiatur.

V.

Differentia: alia est *Sanguinea*, seu vera Ophthalmia, cum inflammatione à causa interna producta: hæc à *Celsi* dicitur *lippitudo*, quia in ea crassum excrementum seu siccum, quod lippa vocatur, oculis adhæret; illa ab *Hippocrat.* vocatur græcè *ἐπιφθάλμια* latinè *Ophthalmia sicca* seu sine humiditate, sed asperitate, de qua paulo post: alia *serosa* s. *lymphatica* dicta etiam *Epiphora*, continua scilicet & copiosa lacrymarum stillatio, comitata plus minus cum ejus dolore, morfu, ardore & rubore: alia *incipiens* dicta *Taraxis*, *perturbatio*, & *Vacillatio*, si nempe sit levis, ac oculus incipiat reddi humidior, calere, rubere, dolere, idque ferè à causa externa. v. gr. Sole, fumo, pulvere, oleo &c. potest tamen fieri à causa interna, v. gr. à vitio ventriculi, & aliis erroribus, & excessibus; alia *Chemosis* dicta, ubi & palpebræ simul afficiuntur, & quasi invertuntur, albumque suprâ oculi nigrum intumescit. Alia est *epidemia*, quæ plurimos simul afficit, alia *contagiosa* ob effluvia aëris acris calida, teste experientia, quia sæpè unus alterum inficit, & juxta *Poëtam*:

Q

Dum

*Dum spectant oculi lesos, leduntur & ipsi
Multaque Corporibus transitione nocent.*

Alia *periodica*, quæ per intervalla redit, maximè in iis, qui illi valde obnoxii sunt, ob capitis discrasiam, & oculorum debilitatem: & hæc tandem, si sæpius, & per annos redit, in Ophthalmiam tabidam, seu contabescentiam oculi, & Cæcitatem degenerat; Alia *per fluxionem*, seu affluxum, alia *per congestionem*, ob partis debilitatem, ubi circulatio, liquorum deficit, & excrementa congeruntur. Alia *humida*, afficiens lacrymis nunc tenuibus, acribus, & quasi corrosivis, nunc subdulcibus palpebras glutiantibus, & inviscantibus: Alia *secca* dicta *Xerophthalmia*, quæ est pruriginosa, sine fluore oculorum dispositio, exorta à subtili, falsa, vel acri lympha, oculos naturaliter humectante. Alia rursum *cum præstito* φθεροφθαλμία dicta, alia cum duritie *palpebrae*, σκληροφθαλμία nominata.

VI.

Cause Interna: sunt Humorum particula vitiosa, serose, acres, acidæ, vel alkalinae in Venulis stagnantes, doloremque inferentes. Hinc ex dolorosa fibrarum strictura, stagnationem sanguinis, ejusque in motu remoram, è contrâ uberiorem lymphæ è glandulis constrictis effusionem causantes. *Epiphora* causa est, tum vitium, quasi habituale lymphæ acrioris, & acido-salisioris, tum glandulæ oculorum relaxatæ vel irritatæ, tum carunculæ lacrymalis defectus.

VII.

Causa Dispositiva: hæreditaria dispositio; à lippis enim lippigignuntur, oculorum prominentia, ætas juvenilis, ob errores commissos &c.

VIII.

Externa: Aër austrinus, aquilonaris, æstivus. 3. *Aph. 27. 3. Aph. 16. 3. Aph. 12. & 13.* Alimenta crassa viscida, acria, vaporosa, abusus meraci, balnea, exercitia violenta, prægressæ variolæ vel tussis, catarrhus, coryza, dysenteria, ictus, contusiones, vulnera, pulvis, fumus, aliaque in oculorum illapsa, Ictus & contactus insectorum, tinea malè curata, aurium fluxus impeditus, suppressio mensium & hæmorrhoidum.

IX.

Signa Diagnostica: in definitione, & differentiis, & causis sunt allata; signa causarum, à sanguine, sero, bile, viscidis humoribus, &c. etiam sunt patula.

X, Pro-

X.

Prognostica: Hipp. 6. *aph. 17.* ait: *lippientem alvi profusivo corripit, bonum;* idem dicendum de superveniente hæmorrhagia; Dolor diu perseverans pessimus, innuens materiam corrodentem, distendentem, vel suppurantem. Ophthalmiam diuturnam, aut sæpius recurrentem, facile sequitur visus hebetudo; in uno oculo incipiens, plerumque etiam ad alterum transit; malè curata in suffusionem abit. Hæmorrhagia malum quandoque in melius mutat. Si lippienti diuturnus Capitis Dolor eveniat, Cæcitatris periculum est. Epiphora in Infantibus frequens, diutâ, vel ætatis cursu mutatur; Adultioribus contumaciore est, desinens subinde in Fistulam lacrymalem. *Alvi fluxus Ophthalmia superveniens, bonus.* Hipp. 6. *aph. 17.* item, *si febris superveniat, solutio fit.* Ophthalmia malè curata, desinit in Suffusionem vel Tabem; dolor diuturnus &ürgens malus, quia supurationem notat.

XI.

Indicationes: primò generales sunt; primas vias, & totum corpus ab impuritatibus mundare, univertalibus lenioribus, nam teste *Placone.* & *Gal. 4. Meth. 4.* non licet Oculos curare ante caput, nec caput ante totum corpus; particulares sunt; Affluxum ulteriorem præcavere, hostiles causas remove, feri acrimoniam acidam vel falsam temperare, stagnantem cruorem resolvere, oculumque roborare,

I.

Curatio fit: adhibendo, præmissis Clystere. V. S. eamque si opus sæpius iterando, in parte affecti oculi opposita, applicando *cuburb. scaris.* ad scapul. dorsum, brach. &c. si menses vel hæmorrhoides obstructæ sint, venæ inferiores aperiendæ, *hirudines* hæmorrhoidibus affigendæ; sicut etiam frictions in partibus inferioribus.

II.

Humores crosos & biliosos evacuando, & quidem in causa calidiori, *insus. tamar. sem. rhei* &c. Cum *mann. syr. ros. sol. elect.* de *tamar. de succo ros. crem. tart. &c.* v. gr. R. *Tamarind. unc. ʒ. fol. sem. f. dr. iij. rhab. el. dr. i. sem. avic. dr. ʒ. fol. endiv. cich. amar. ʒ. m. ʒ. coq. ad unc. iv. in express. dissolv. mann. syr. ros. sol. an. unc. i. M.* potest etiam addi aliquid de pulv. *Gial.* vel *Elect. de succ. ros. dr. i. ij.* *Diaphan. &c.* in frigidiori *pisul. coch. luc. maj. de lucim. Crar. &c.* plura purgantia vid. tit. de Gutta serena. Laxantia, teste *Gal. 13. meth. cap. ij.* mira præstant, & teste *Hippoc.* ut diximus, in prognosticis, etiam bonum esse, lippientem alvi profusivo corripit.

Q3

corripi, debent autem hæc sæpius repeti. Quæres: an Vomitoria locum habeant? R. Quod non, quia à violenta motione vomitûs, humores in facie & oculis magis commoverentur.

III.

In affectu contumaciori, Diaphoretica blandiora ad serum vitioforum corrigendum, ita & Diuretica, & præsertim Gallica, utendo decoct. *sasaphr. lig. sanct. herb. theè*, item *Sal. volatilia, C. C. phil. præp. unicornu fossile, lapis bezoar, antimon. diaphor. antihæst. bezoar. mineral. specificum cephalicum, arcanum duplicatum, arcanum tartar. liquidum, spiritus nitri dulc. milleped. præp. essent. liquor. tinct. antimon. &c.* ista enim sunt Diaphoretica & Diuretica, quæ multum præstant in hoc affectu.

IV.

Particulariter evacuando & derivando, per apertionem Venæ frontis, Arteriosomiam vel applicationem *birudin.* ad tempora, *vesicas.* ad nucham, vel ponè aures: perforationem auricularum immixtis *fibris meiserei, vel elleb. nig. excitationem fetacci,* vel *fonsicolar.* in nucha, vel brachiis, etiam in infantibus s. l. 6. annorum, quæ sub pubertatis annos denuò consolidari possunt: *Hildannu Venam jugularem* sectam plurimum laudat.

V.

Utendo, si Affectus videatur foveri, ab intemperie epatis calida, *ser. lact. tamarind. acidul. apertione hamorrhoid. bala. aq. dulc.*

VI.

Topica illinenda temporibus: oculo autem affecto antiophthalmica applicanda, cum cautione, nè in principio nimis repellentia adhibeantur, quæ humores parti impingant, & stagnationem urgeant; & quidem omnia tepida, *frigida enim oculis inimica,* tanquam partibus nervosis, priora petenda ex tit. *de dol. dent. posteriora* sunt frequentia: ut *albumen ov. i.* agiat, cum *frust. alum.* in patin. stann. ad consist. ungu. quod supra lineum extensum, tepidè oculis applicatur. Prodest etiam *mucilag. sem. psyl. cydon.* extract. cum *aq. appropriat.* cum *sacch. sat.* & *pauxill. campb.* item *sacch. sat.* cum *aq. approppr. dilut.* R. *Aq. ros. plant. fœnic. an. unc. ß. croc. or. gr. iij. M. vitriol. alb. & alum.* dicuntur anima oculorum. Hinc experitum *Colyr. seq. Thoncr.* R. *Aq. ros. plantag. an. unc. ij. solan. unc. i. vitriol. alb. ser. i.* dissolv. ad ignem; col. add. *tut. præp. ser. i.* M. possunt etiam addi fl. *Zinck. Crolius* seq. commendat. R. *Aq. noschelidon. fœnic. & unc. i. vitriol. alb. gr. v. sult. add. tut. ß. sacch.*

sat.

sat. gr. xv. M. laudatur seq. Barbett. & Mermann. R. Ov. Gallin ad durit. coct. dempta testa & vitell. imple cavitatem *vitriol. alb.* suspende in cella, ut liq. in *aq. ros.* suppositam depluat. col. vel inde cavitati *sacch. sat. gr. vj. campb. gr. ij. vitr. alb. gr. ij. mell. ros. unc. ß.* postquam ita paulisper steterint, fortiter exprim. Si liquor nimis crassus, add. *aq. chelidon. q. s.* Præsentaneum auxilium præstant, *spongia sambuco adnata Goller - Schwämmel* per noctem *aq. ros.* vel *aq. Consolid. regalis* macerata, & oculorum palpebris debite applicata. Vel *frustum carnis bubule*, tota nocte supra oculum impositum, vel *albumina ovorum conqussata* cum *aq. ros.* & oculis applicata. *Sorbait* seq. *alicum* proponit. R. *Aq. ros. alb. tut. præp. an. dr. i. M. laudatur* quoque *aq. ophthal. ex canc. Myrs. liq. quor. fl. cicb. & cyan. Collyr. Gulielm. Fabric. Forest &c. Cratio* pro secreto habuit, *butyr. rec.* admixto *alcool lap. calaminar. q. s.* pro ungu. l. R. *Butyr. rec. aq. ros. lot. unc. ß. tut. præp. dr. ß. campb. ß. ß. M.* Addunt alii *marg. præp. corall. sacch. sat.* de hoc, tempore somni, magnitudo lentis immittatur Cantho oculi majori, & palpebr. inung. vel Collyrium *Mujitani. Willisij. Timei, Cartesij, Candi-lucii,* vel *meum;* vel *album. ovi cum alumine* in patina stannea agitatum, ut fiat instar Unguenti, vel Unguent. ad tempora. R. *Mastich ʒʒ. ladan. ʒj. boli armene, sang. dracon. an. ʒʒ. opij thebaici ʒʒ.* cum *cerebinth q. s. f. Emplastrum.* Vel Unguent. expert: quod ad noctem, modicum cantho oculi majori inditur, & infra palpebras illinitur, mira præstat. R. *Ung. nibili de tutia an. ʒj. corall. rub. margarit. ocul. cancri, an. ʒʒ. campbor gr. vj. sol. saur. N. i. M. f. Unguentum, Aqua ophthalmica Löschi. R. Vitriol. alb. ʒʒ. sal. commun. ʒj. aq. fontan. lib. iv. coq. in olla nova ad solutionem, refrigeratum filtra, & adde, si vis, campbor ʒij. est simplex, sed efficac. Pinguedo viperina, vel pinguedo ex hepate mustela destillans, est instar omnium. Summam laudem meretur, *spir. Vini cum aq. euphrasia, chelidon. vel ros. alb.**

VII.

Dolori succurrendo urgenti Cataplas. v. gr. R. *Pom. dulc. N. iij. coq. ex aq. ros. & plant. à s. q.* ad mollit. trajic. per crib. pulpæ add. *sacch. alb. dr. ij. campb. gr. xj. croc. gr. v. M.* speciale est hoc Cataplas. non tantum in contusion. & vuln. sed & in omni oculorum dolore. l. R. *Mucilag. sem. psyl. cydon.* cum *aq. ros. extir. an. dr. vij. medel. pom. sub cin. coct. unc. i. liq. album. ov. dr. ij. M.* alii imponunt *frust. carn. vitul. vel bovin.* alii *mic. pan. aq. ros. vel plant.*

Q3

hume-

humectatam, alii *mic. pan. alb. cum sem. sanug. cyd. coq. in lacte.* vel *flor. chamomill. melil. cyan. semin. sanugr. & cum vitell. ov. & croc. f.* Cataplasm. *Lac muliebre*, ob unctuositatem, & faciliem accentionem suspectum est in doloribus oculorum, nisi recens & mediate ab ubere instilletur, & lentè abstergatur; sed cautius est illud omittere. Uti & *opum*, quod potius mortificat, quàm ut dolorem leniat, tum ob amaritiam suam acrem, tum quia disponit ad gangranam. Si dolores & Vigiliæ urgeant, internè *opiasa*, sed caute adhibita, locum habent. Ad fluxionem oculorum avertendam, experitissimum est sequens *Epiphema* nuchæ impositum. *R. Album. ov. num. ij. croci Sij. alliorum confusor. N. ij. ag. ros. Zijß. immitte omnia lana carptæ. Item farina eruce, sacculo interpassato indita, & cocta in vino, sapè calidè nuchæ apposita.*

VIII.

In Epiphora utendo, *aq. Timai in Epiphora expert. y. Tormentisill. grosse pulv. dr. i. alium. gr. v. aq. ros. plant. an. unc. i. stent in loco calido per diem & noctem, filtr. decoct. sol. cyd. infus. granor. sumach in aq. plant. ros. Euphorb. cum alb. ov. & sacch. cand. pulv. item tur. vel aloë linteò rarò except. & vin. auster. vel aq. ros. humect.* quo oculi abluuntur.

IX.

Dlata: aër sit temperatus, purus, subobscurus, hinc linteolum atrum, viride vel caruleum oculo obducendum; sanus etiam oculus clausus tenendus. Aër sit expers fumi, pulveris & ventorum. Vitentur radii solar. ignis, objecta alba, rubicunda, aliaque splendida, & lucida. Victus parcior, præsertim in morbi principio ex *ov. tremul. pisc. saxat. carn. agnin. hadén. vitul. vervec. bubul. juniore. avicul. mont. Saxat. Elixæ præferuntur assis. Vitentur acetosa, salita, mellita, saccharata, aëria, aromata, quæ caput replent, in omnibus cibus & potibus detur *Euphrasia*, piperata, vaporosa, infumata, legumina nocent, juxta illud Scholæ Salernitanæ:*

Balnea, Vina, Venus, Ventus, Piper, Allia, Fumus, Porrum cum Cepis, Faba, Lens, Fletusque Sinapi, Sol, Coitusque, Ignis, Labor, Istus, Acumina, Pulvis;
Ista nocent Oculis, sed Vigilare magis.

Vitetur omnis repletio, usus Vini meraci, bibatur *decoct. bord. passul. cinnam. senic.* bibat manè & vespèri *Thee Magistrale* ex specificis *beethonica, Euphras. flor. bugloss. salvia, cichorii, sassaparil. rad. china, sansal. visc. quercim.* vel *vin. oligoph.* in morbi declinatione *Hipp.*

Hipp. 6. aph. 31. merum propinat, dum ait: oculorum dolores merè potio, aut balneum, aut V. S. aut purgatio solvit; quod locum habet, si effectus oriatur à copia sanguinis crassioris & pituitosi, quem fundere, liquare, & disponere deberet. Somnus valde conducit, imperanda quies, alvus sit aperta, Venus exulet. Vitandæ lucubrat. ad lyehnum & lectio scripturarum minutarum: Somnus est utilis, quia oculi quiescunt, ita & quies: motus violentus vitetur; Alvus laxa servetur, juxta *Hippoc.* ut diximus in *prognosticis*; idem intellige de fluxu mensium & hæmorrhoidum. *Nota* etiam, quod in morbis oculorum caput ægri semper altius sit collocandum, servando utrumque oculum in quiete, nè unò motò, alter etiam seu æger moveatur, & hæc est ratio, cur unò oculo inflammato, majores dolores, quàm utroque affecto, sentiantur.

CAPUT IV.

Albugo, Suggillatio, Macula, Hyposphagma, Nubecula, seu Sanguis mortuus.

I.

Nomen: Albugo si tenuis & superficialia, dicitur *Nebula*, si crassa & profunda, proprie *Albugo*. Græcis *Leucoma*.

II.

Definitio: est macula alba tunicae Corneæ, eandem ita subinde densam reddens, ut speciebus visibilibus transitus denegetur.

III.

Genus: est morbus conformationis. **Subjectum**: tunica Cornea.

IV.

Causa: Est densitas Corneæ, exorta vel per exsiccationem, ut in Senibus: vel ab humoribus crassis in eam impactis, vel pituita inter ejus lamina contenta, vel ex intempestivo resolventium, aut refrigerantium usu in ophthalmia, vel à cicatrice post vulnus aut ulcus relicta. Hic affectus *signis* non eget, quia sensibus patet.

V.

Prognosis: Albugo, quæ ex Ophthalmia relinquitur, facile curatur, dummodo non sit inveterata; quæ verò à cicatrice relicta est, difficulter curatur, quia necessaria & fortiora non fert oculus.

VI.

Curatio: præmissis universalibus causarum ablationem non respicientibus, & affluxum ad oculos impediens, sit tum emollientibus,

ribus, ut foment; *decoct. rad. alib. sol. malv. cuph. chelid. maj. fl. melil. sem. lin. fœnug. &c.* tum *detergentibus* & *discutiens*, ut *aq. mell. destill. sacch. cand. aq. fœnic. dissol. inflatio in ocul. sacch. subtiliss. trit. linct.* frequens pueri *sem. fœnic. masticant, succ. fœnic. rec. express. cum gust. i. bals. peruv. succ. anagall. carul. ping. luc. antiq. ol. chart. l. ex lint. combust. phlegm. visriol. aq. ros. vel plant. dilut. sem. bormin. oculo imponit, vel in aq. ros. insus.* *℞. Tut. præp. sacch. cand. à dr. ß. off. sep. ser. i.* M. f. pulvis inslandus. *Oleum Mustela piscis*, prodest.

I.

Sugillatio, *Hyposphagma*, german. mit Blut unter lossene Augen.

II.

Definitio: est Sanguinis ex venulis apertis in Adnatam vel Corneam effusio, colore primum rubro, hinc livido vel nigro, eas tingens.

III.

Causa: Effusio cruoris, venulis, ictu vel casu, vel contusione, clamore, stermutatione, tubæ inflammatione, aëris asperitate, aut acrimoniâ sanguinis, apertis.

IV.

Signa: Per se patant,

V.

Prognosis: facile curatur recens, neglecta difficulter, quia sanguis nigrescit & grumescit, & symptomata varia parit, ulcus, abscessus, fistulam.

VI.

Curatio: interne non negligenda *sudorifera*; extrâ verò fit, tam *repellentibus*, ut *album ov. cum aq. ros. & bol. armen.* agitatur. *decoct. ros. rub. ex vin. decoct. symp. & sigill. salom. ov. ad duritiem coct.* per med. sect. & dempto vitell. calide applicat, tum *discutiens* ut *sang. Columb. lact. mulieb. taleol. rec. rad. bryon. vel ipsaradix* contusa & applicata, *mucil. sem. fœnugr. cum sacch. cand. fomentum ex aq. charesol. & fl. cyan.* vel *decoct. fœnugr. alib. fœnic. rut. chelid. &c. v. gr.* *℞. Herb. fœnic. Euphrag. beton. chelid. m. fl. cham. melil. à M. i. sem. fœnug. unc. ß. sem. anis. fœnic. à dr. i. ß. eoq. in f. q. ag. ad lib. ß. f. foment. cum spong. In malo inveterato prodest* *hyssop. contrita linteo inclus. in aquam ferventem dimiss.* & oculo applicata. Vel *℞. Cerusse, ossis Sepia an. partes equal. cum sapone nigro* fac Cataplasma, & appone. vel *pinguedo Mustela piscis*, inungantur palpebræ, vel *℞. Vin. camphorat. vel aq. Regina Ungar.*

Ungar. vel Dolai probata. *℞. Spir. sal. armoniaci ʒß. spir. matricul. ʒß. sacch. satur. gr. 10. camphor. ʒß. croc. gr. xv. aq. fœnicul. Euphras. an. ʒi. Mis. de qua aliquid oculis instilletur.* Aliqui etiam aliis non juvenilibus, applicant in nucha *vesicatoria*, vel *sciaceum*; *Cucuphæ* ex cephalicis etiam profunt. *Aq. ophthalmica de cancri Myrsiceti*, mira præstat, guttatim bis, vel ter in die instillata.

CAPUT V.

Unguis Oculi.

I.

Nomen: Unguis oculi, *Ungula*, *Unguicula*, *Sebel*, *Pterygium*, *Pannus*, ein Zell über die Augen.

II.

Definitio: est membranula nunc tenuis, fibrosa, dura, & albicans: nunc carnosa instar panniculi, ex exilibus capillamentis, & venulis cruentis inter se contextis apparentis orta, ut plurimum ab angulo oculi majori tunicæ adnatæ valde adhaerescens: quandoque etiam ad corneam protensa. Differt hic affectus à Suffusione, quòd hæc membrana exterius tunicæ adnatæ oculi sit affixa, Suffusio verò intra oculum.

III.

Genus: est morbus in Numero aucto.

IV.

Subjectum: tunica adnata, subinde etiam Cornea.

V.

Differentie: alius *membranosus*, durus, alius *carneus* mollis; alius *albus*, alius *citrinus*, ruber, niger, alius *magus*, alius *parvus*, alius *simplex* & benignus, alius malignus, & *canerosus*, qui lividus dolorosus, alius *facile separabilis*, alius non, & *tenaciter adhaerens*.

VI.

Causa: est erosio Carnuncule lachrymalis, vel tunicæ adnatæ, v. g. in ophthalmia à lachrymis salino-acidis, qua mediante lymphâ nutritia refudat, & in concretum ejusmodi membranaceum, vel carneum faceffit.

VII.

Signa diagnostica: visui patent, apparet enim tela carnosa in tunica adnata, cum visû læsione,

R

VIII. Pro-

VIII.

Prognostica: Unguis recens facillè, vetus difficulter curatur, cæcitatem tandem inferens; cancrofa tunica non attingenda, quia oculus acria non tolerat, quæ hic requiruntur.

IX.

Indicationes: Vide sub tit. de Ophthalmia.

X.

Curatio: præmissis præmittendis fit, vel topicis *abstergentibus*, & blande erodentibus, vel operâ *manuum chirurgicâ*, ex illis sunt *sacch. cand. aq. mell. destill. aq. infus. croc. mesall. aq. saphirin. chirurgorum, vitr. alb. fel luc. pisc. fel hum. destill. succ. chelid. maj. cum rore sceniculo infidente, Collyr. Forest. Lottich. &c.* si topicis hisce non cedat, ad chirurgicam operationem veniendum, de qua vide *Celsum, Aëtium, Claudinum, Aquapendentem &c.* Plura vide tit. de *Gutta serena. Notabene:* reliqui affectus, ut *Glaucoma, dilatatio pupille, Angustia pupille: Hypopium, Phlyctæna, vulnera, ulcera, cancer, ruptura corneæ; proidentia Vinea: agiops,* seu fistula *lachrymalis: Rhyas & Enchantis: Epithora,* seu *lachryma involuntaria &c.* omnes ad *Guttam serenam, Suffusionem & Ophthalmiam* reduci possunt.

CAPUT VI.

Surditas, & Auditus Gravis.

I.

Nomen: Surditas, german. Taubheit oder Gehörlosigkeit.

II.

Definitio: est Auditas plus minus abolitus; Auditus gravis est imminuta, Surditas abolita actio, ergo est actio laesa.

III.

Subjectum: Auris nunc externa, nunc interna, nunc nervus Auditorius compressus, vel obstructus, seu quantum par nervorum, vel labyrinthus auri vitiatas.

IV.

Differentia: alia *abolita*, ubi ager nullos, alia *diminuta*, ob auditio dicta, reddens homines surdalros, ubi cum difficultate sonos percipiunt.

V. *Causæ*

V.

Causæ Internæ: sunt vel Cerebrum repletum intemperatum, frigidum & humidum, imbecillè vel laxum, vel tumore vel abscessu affectum, vel spiritus animalis deficientis, vel nervus Auditorius, aut flaccescens, aut à lymphâ tenui minutissimis ejus tubulis se infinuante, hinc coagulata & crassescente obstructus, vel organum exterius, cavitare ejus obdurata, ab externis illapsis, aut cerumine, vel interius, aut malè conformatum, aut repletum bile, pituitâ, flagibus irruente lymphâ, vel excrecentiis carnosis & fungosis vel scirrhotis inibi enatis, vel aliis illapsis, v. gr. piscis, globis, nucleis; vel Tympanum aut nimis laxum redditum, v. g. ab humectatione per aërem austrinum, vel nimis tensum, aut siccius, vel erosum à materia purulenta, vel omninò disruptum à nimio fonitu, casu ab alto; vel aër internus crassior, turbidior, impurus, vel reliquæ denique aëris particule obortæ, aut causa aliqua, p. n. à debito naturali statu deficientes.

VI.

Causæ Dispositivæ: Aetas senilis 3. aph. 31. organi debilitas, aut vitiosa conformatio.

VII.

Causæ Externæ: aër austrinus, nam 3. aph. 5. *auster auditum hebetat &c.* huc etiam spectat Hipp. 4. aph. 60. quibus aures obsurduerunt, sanguis è naribus fluens, aut alvus turbata solvit. Item 8. aph. 16. *in acutus febribus non audiens est morti proximus.* Casus ab alto, percussio capitis, nimius fonitus.

VIII.

Signa: horum affectuum per se nota sunt: Signa causarum dignoscuntur, si caput affectum sit, adest dolor capitis, lethargus aut apoplexia; si auri meatus externus, patet ex materia inibi contenta, vel illapsa, si internus, cognoscitur ex defluxionibus materiae.

IX.

Prognostica: Surdi ab ortu plerumque muti, maximus enim consensus est inter auditus & loquelæ instrumenta, per nervum quintæ vel septimæ conjugationis, præterea, ideò surdi à natura etiam muti sunt, quia voces nec animo percipere, nec lingua proferre possunt; licet organa ad articulatam vocem necessaria à natura habeant, nisi tamen articulatam sermonem ab aliis audiant, & discant, nunquam articulatè loquentur: sic infans, qui neminem audit, nunquam loquetur, cum nesciat, quid sermo articulatè sit, Surdi ab ortu vel longo tempore tales, non amplius vel difficillimè curantur, teste *Paroelo lib. 3.*

R 2

neque

neque tales unquam articulatam vocem edunt, quia nervi utrumque organum laedunt & vitiant, nempe auditus, & loquelæ, seu vocis, idque fit vel obstruendo ab intrâ, vel comprimendo ab extrâ. Surdi tamen facilius audiunt ore aperto, quod per os & palatum soni deferantur ad aures. Curabilis est, quæ per intervalla crescit. Auditus gravis tandem in omnimodam surditatem degenerat. Surditas in principio acutorum morborum periculosissima, in statu autem morbi apparens, salutem portendit, in febribus præcipuè malignis, aliis symptomatibus quantumvis periculosis existentibus. Surditas succedens Phrenitidi, aut alium gravem capitis morbum sequens, priori morbo cessante vel alleviato, bonum. Hipp. 4. aph. 49. ait: *in febre non intermittente, sieger non videat, nec audiat, imbecilliam existente corpore, mors in propinquo est.* Idem 4. aph. 28. ait: *quibus biliosa dejectiones adsunt, is surditate superveniente desunt, & quibus surditas adest, is supervenientibus, biliosis dejectionibus finitur.* Idem 4. aph. 60. ait: *quibus per febres aures obsurduerunt, is sanguis in naribus profluens, aut alvus turbata, morbum solvit.*

X.

Indicationes: pro varietate causarum variant; generales autem sunt, ut ea, quæ præter naturam auri obfunt, vel insunt, amoveantur: Capitis humiditates corrigantur, stagnationi humorum prospiciatur: totum corpus & caput repurgetur, partesque affectæ roborentur.

I.

Curatio: in causa calida, proponetur infrâ, de *Dolore aurium*; in causa frigida fit, Venam secando, in plethorâ; secus non.

II.

Pituitam evacuando *pilul. de succin. Crat. extr. pancbym. &c.* decrecente lunâ exhibendis. Vide *Dolor capit. & Catarrh.*

III.

Caput particulariter evacuandum per *Errhina ex succ. major. betonic.* & præcipuè *masicatoria*, ob meatum ab interna aure ad palatum tendentem ex *Mastic. pyreth. cub. nuc. mosch. cardam. &c.* v. g. *Ro. Pab. 22. pyreth. à dr. 1. mastic. unc. ʒ. sacchr. dr. ʒ. cer. ʒ. f. M. f. globuli* pro masticat. laudatur etiam in hunc finem *sumus tabac. Sternutatoria*, ob vehementem humorum agitationem, suspecta sunt.

IV. In

IV.

In malo contumaciori instituenta *dieta sudoris*. tentandus usus *herb. theæ, potus caphe, fonticuli* utpote in omnibus aurium affectibus maximè convenientes, inurendi brach. *Vesicatoria* ponè aures applicanda, vel *hirudin. Therma* etiam sulfureæ, bituminosæ, & balneo & lotione capitis utiles. vel *lotiones capitis* ex cephalicis v. g. *Lixiv. ex ciner. juniper. & ag. stur. facti lib. ix.* cui inf. per horas 24. *serpill. fl. cham. absint. matric. an. m. ʒ. bacc. laur. irid. an. unc. ʒ. asar. unc. 1. ʒ. coq. gestatæ etiam Cucuphæ. Exhibenda caput roborantia, ut Rocul. cephal. elect. ex cephal. Tirmai, conf. rosm. beton. condit. nuc. ind. cubeb. mac. amb. mosch. eff. rosm. lavendera. cum f. q. brod. nuc. indic. &c. vid. affect. Capit. Internè etiam dari possunt, quæ supra diximus de Apoplexia, Epilepsia, Catarrho. Item *essentia lignorum, ambre, castorei, ol. camphor.* per destill. fact. liquor. C. C. *succinas.* Nota: in affectu contumacissimo valet *salivatio*, quæ mira præstat; plurimum etiam valet usus *thermarum* intrò vel extrâ adhibitus. Corpus sapis repurgetur, pilulis, vel aliis remediis eccopticis seu alvum moventibus.*

V.

Veniendo ad *topica*, circa quæ Nota: 1. nè sint nimis calida vel frigida, sed tepida. 2. non imponantur nova, nisi aure à febribus, & præcedenti medicamento purgatâ. 3. una vice non nisi guttæ 3. vel 4. infillandæ, vel potius remedia auribus indenda, admittantur mediante gossypio in turundæ formam concinnatò, & ad apicem ejus medicamento imbutò. 4. remedia infillanda non sint nimis acria, nec viscosa, & unctuosâ. 5. jacendum dein super latus sanum, hinc ordinariè ante lecti ingressum topica auribus imponuntur. 6. aurem dein obdurandam cottone moschato. 7. Omnia auribus infillanda, majorem effectum sortiri, si primò per in fundibulum excipiatur *suffitus, ex succin. mast. vel decoct.* aliquo, masticando interim *fabam* vel aliquid *cinnam.* ut meatus Auditorius magis hiet. Sunt autem optica præstantiora *gr. 1. mosch.* cottone exceptum, & continuò in aure gestatum, *elix. vit. Matth. spir. Anhalt. cephal. ess. acovist.* Myns. *ag. Regina Hungaria, ag. card. ben. sæpius cohobata, ag. apopl. magnanum. fraxin. orig. cum vin. destill. ess. absint. b. card. ben. castor. fell. hum. vel perdic. leper. cap. &c. spir. formic. ping. anquill. vel serpent. aut viper. cum tantill. ol. anu. vel succin. mixt. & mediante turundâ indit. gossyp. bals. peruw. madefact. infus. sol. elleb. alb. in spir. vini. ova formic. trit. cum succ. cep. succ. rut.*

R 3

cum

cum mell. & castor. cep. spiris, vin. imbut. & sub cineribus coctæ. cum oleo castorei vel succin. alb. axung. saip. decoctum. v. g. *Sem. carv. dr. ij. bacc. laur. N. ij. fl. chamom. sol. rosm. salv. an. mj. bull. in l. q. vin. l. vin. & aq. ac inferviat pro fuffitu aut foment. cum spong. l. saccul. dein.* *℞. Zib. gr. v. mosch. gr. y. ol. destill. salv. rorism. an. gut. iv. M. hac mixturâ imbuatur cocto, quò aures obturantur.* Si fortius agendum *℞. Rad. elleb. alb. dr. y. pulp. coloc. sor. B. castor. dr. B. orig. serpill. rut. an. m. S. sol. laur. unc. B. cubeb. dr. B. coq. in vin. & aq. an. p. aq. excip. vap.* Alii utuntur fuffitu sicco, v. g. *Rec. Lig. aloës dr. i. thymian. benz. an. scr. iv. mast. dr. i. M. hinc Rec. Amb. gr. ij. mosch. gr. ij. man. Christ. f. N. ij. M. & insperg. bombac. cum ol. anis. madefact. & particulam noctu auribus immitte.* Laudantur etiam *panis cum farina.* & *sem. carv. bacc. laur. junip. nuc. msh. parat. calens,* è furno extract. per med. sectus, vel inferiori crustâ ablata *sp. vin. vel aq. Regn. Hungar. madefact. & calidè ad aurem applicatus. ol. destill. rosm. major. salv. fanic. spic. caryoph. ad dr. B. cum ol. amygd. am. nucl. persic. unc. y. succ. heder. cum van. alb. vapor ex saba in aq. coct vel decoct. gran. junip. & sabin. sum. caryoph. Chymici sal tart. & sal. armon. an. ad p. eq. indunt vitro angusti colli, & aq. serpill. affusâ, illud auribus debitè applicant. *spir. otalgicus Myns. tinctura castor. bals. supb. aqua acorvistica.* Experitum est: *Crocus & caryophylli cum succo cyclaminis applicata cum gossipio.* Sequens ol. surdos à nativitate curavit *℞. Olei vermiculorum in cortice ligni Quercus reperorum ʒ B. bals. de Peru. ʒß. ol. stillat. rure, costi, croci an. gutt. vi. cum gossipio guttæ ij. vel iij. auriculæ calidè inditæ.* Valet etiam *spir. cerebimbine una vel altera gutta.* Item *Otalgicum meum. ℞. Ol. amygd. amararum ʒj. ol. castor. ʒj. ol. juniperi gutt. ij. mumie* in his oleis solut. *gr. v. misc. spir. formicarum. succus raphani, euphorstam Joan. Fortis.* Fiant Potus ex herbis cephalicis, ad emolliendum spissum cerumen; applicetur *cornu postale* auri, & sic facilis audient. *℞. Ol. lumbriæ. ol. hypericæ an. ʒj. spir. C. C. spir. sal. armoniac. an. ʒß. mis.* indatur cum gossipio, vel cum peria auri.*

VI.

Dieta: hic vitentur cibi crassi, viscidî excrementitii, coctû dif-

ficles,

ficles, flatulenti; *panis* sit benè fermentatus, & *sem. carv. anis.* vel *fanic.* subact. Potus, cerevis. bona, & defæcata, nec nimis lupulata. Vinum mediocre, vel *decoct. chin. salaph. lenisisc.* ablit generosum & caput replens; Aures custodiantur ab aère frigido, vento austrino. Exulet Venus, ebrietas, animique affectus immoderatio, post pastum utatur *Tragæa,* v. g. *℞. Sem. coriand. præp. dr. ij. sem. anis. fanic. an. dr. i. cinnam. gl. dr. ij. cort. cit. dr. i. sardam. min. dr. ij. sacch. ros. tab. unc. i. fin. q. s. M. f. Trag.*

CAPUT VII.

Sonitus seu Strepitus, Tinnitus Aurium, seu Obauditio.

I.

Nomen: Sonitus, Sibilus, Sufurrus, das Saussen und Brausen, Tinnitus, das Kilingen der Ohren.

II.

Definitio: est sensus cujusdam Sonitus molesti seu depravati intra ipsas aures, dependens, ex tympani vellicatione, & aëris implantati agitatione, turbatione, & commotione, Obauditio est, quando auditus confusa percipit.

III.

Genus: est symptoma actionis audiendi depravata.

III.

Subjectum: Auris præcipuè interna, cum meatu auditorio.

IV.

Differentia: varia pro causa multitudine, vel paucitate, crassitie, vel tenuitate, motu celeri vel tardo, hinc in alio est sibilus, in alio strepitus, in alio pulsus, in alio fluctus vel fluctuatio, in alio flatus,

VI.

Causa immediata: Tympani aut fibrarum nervearum & nervi acoustici irritatio, aërisque implantati p. n. agitatio, & commotio.

VII.

Mediate: spiritus s. vapor flatulentus, elevatus, seu ex frigida & crassa materia s. maligna, ut in lue Venerea; item quodcumque aliud

aliud peregrinum, aëri in cavitate ossis petrosi exisienti mixtum, ejusque motum depravans. Item orgasmus & turgescencia sanguinis, ut in Doloze Capitis, febril, &c. arteriolarum pulsationem concitatio-rem efficiens; item effervescentia materia purulenta, uti etiam deficiens & simul turbatus spirituum animalium motus, ut in Epilepsia, animi deliquio, convalescentibus &c.

VIII.

Externæ: sunt frigus, & itinera hyberna, calor immodicus, ventus, ictus, percussio, contusio, Vulnera capitis, soni vehementiores, potus vini generosi, crapula, inedia, Vomitoria & Purgantia violenta.

IX.

Signa diagnostica: per se patent, sed diagnosi causarum est difficilis, & obscura, nec certa haberi potest, teste Gal. artificialem tamen conjecturam ex causis prægressis, aliisque circumstantiis elicere possumus.

X.

Prognostica: Tinnitus recens facillè, chronicus verò, inveteratus, & à morbo Gallico ortus, rarè curatur, & est via, s. proxima dispositio ad surditatem; Bombus in aëutis, & sonitus aurium lethalis ex Hippoc. in conc. denotans statum crassiores ex simili materia, intrà tam exiguum morbi spatium, vix separabili oriundum, convalescentibus vel immoderatis evacuationibus exhaustis. Uti oculi tentantur vertigine, ita aures bombilare solent; Tinnitus sæpè prodromus est Apoplexiæ, præsertim apud Senes.

XI.

Indicationes; videantur titulo de Surditate.

XII.

Curatio: pro causarum varietate variat, imò Curatio eadem ferè, quæ Surditatis. 1. nempe P. s. ex brach. & pede, purgantia, diat. sudorif. aliaque diaphoretica vesicar. cauter. errhiz. masticat. stitucid. Therm. vel decoct. lauri, rorism. rut. serpill. agrim. stach. Arab. salv. fl. cham. mel. rad. alth. pæon. sem. lin. senug. carv. cumin. aneth. hacc. laur. junip. &c.

Secundo; iisdem ferè topicis, quibus addes *suffit. ex absynth. & verben. in lact. coct. evaporatio* ex decoct. v. g. *Herb. serpill. major. ruta, meliss. puleg. absynth. tanacet. cent. min. an. mj. fl. ros. beton. salv. stach. an. m. B. hacc. laur. uuc. ij. junip. nuc. 1. coq. ex vin. alb. f. q. excip. vapor, masticando sub ea aliquot p̄s,*

hinc

hinc immittendo gossyp. bals. Peruv. imbut. vel *℞. Ol. amygd. am. dr. iij. bals. Peruv. scr. iv. ol. dest. rosmar. gtt. ij. M. Laudatur etiam pan. rec. ut in surditate, item Succ. major. cum ol. caryoph. succ. ex ov. formic. express. sel lepor. cum an. mell. virg. urin. lepor. vel sola, vel cum spir. vin. mixt. ol. de pice cum ol. amygd. am. succ. raphan. cum ol. amygd. am. & paucò sale. In Tinnitu ex casu, experta est mixtura *Placris, ex aq. vit. cochl. 1. succ. cep. cochl. dimid. & ol. destill. spic. gutt. 4. Extrinsecus sal tost. auribus applicari potest. Expertum est in inveterato sonitu & tinnitu sequens: ℞. Eleb. alb. castor. an. zij. cost. ʒiʒ. euphorb. ʒi. amygd. amar. ʒj. coq. in ol. ruta, & auri tepide instilla. Plura vid. de Surditate.**

CAPUT VIII.

Dolor Aurium, & Inflammatio.

I.

Nomen: Dolor Aurium, dicitur gracè Otagia, germ. Ohrenschmerzen.

II.

Definitio: est solutio Unitatis in partibus membranosis Auris, potissimum internæ, ejusque membrana.

III.

Genus: Symptoma Solutæ Unitatis.

IV.

Subjectum: Partes Auris, membranosa & nervosa, nempe concha & totus meatus aurium, ejusque potissimum membrana meatum fucingens.

V.

Differensia: sunt variæ, pro varietate causarum.

VI.

Causa Internæ: cum omnis Dolor à Solutione continui oriatur, quæcunque ergò partium sensibilibus auris cavitatem ambientium continuitatem solvere possunt, Aurium Dolozem excitare solent: horum præcipua sunt, vel inflammatio, à sanguine ibidem stagnante, & effuso, affigens insigni ardore. dolore continuo pulsantili vehementissimo, rubore ad tempora & malâ subinde se extendente, cum febre, & interdum delirio, motibus convulsivis, syncope, frigore ex-

tremora; vel Vlcus, exortum ab abscessu rupto, aut acri Iympha eò delata, aut fordibus retentis, aut acri liquore forinsecus illapso, aut ab ictu, casu &c. Infestans dolore, ardore, punctiōe vehementi, cum egressu saniei, & sanguinis, vel vermes, vel humores frigidi, flatu- lenti, aut calidiores, s. biliosi, l. serosi, acido peregrino tincti, ut in Catarrhis.

VII.

Causæ Externæ: sunt Ictus, Casus, Vulnera, res externæ illapsæ, aut immixtæ, ita & Vermes, Ulcera &c.

VIII.

Signa Diagnostica: per se clara sunt, & ipse æger de intolerabili dolore diu noctuque durante conqueritur: est enim gravissimus affectus, non raro cum deliriis, convulsionibus, & deliquio: quæ facile dignoscuntur ex propriis signis medicis, jam aliunde notis.

IX.

Prognostica: Dolor ortus ex Inflammatione periculofus, graves cerebri affectus, & mortem ipsam inferre valens, idquæ magis si in profundo hæreat, teste *Celso* & *Hippoc.* 3. *prognost.* 14. Ulcera aurium difficulter curantur, ob vicinum cerebrum excrementa eò deponens. Diuturna facile in fistulam abeunt, aut Hyperæcrosi obnoxia audium obdurant; facilius curantur abscessus consecutaria, & in quibus pus laudabile, quàm sanies virulenta, fætida. Subindè tantum Ulcus apparens est in auribus, ubi sanies multiformis & aquosa, ex auribus diu effluit, sine incommodo, imò præservans ab affectibus capitis, ut in infantibus. Juvenes tamen magis periclitantur, ob rationem contrariam. Quo symptomata sunt atrociora, v. gr. deliria, convulsiones lipothymæ &c. eò majus est periculum. *Hippoc.* 3. *aph.* 15. & 16. dicit: *Juvenes mori hoc morbo intra dies septem, Senes vero tardius.* In doloribus Aurium vehementioribus, recidivæ occidunt. *Hippoc.* 3. *prognost.* 16. nempe ob Cerebri vicinitatem, & vicinum lapsum.

X.

Indicationes: sunt dolorem lenire, causam ejus tollere, revellendo, evacuando, discutendo; & partem affectam roborare, ac si ad suppurationem vergat, eam promovere.

1.

Curatio: Regula est: Urgentiori semper esse succurrendum; undè primum erit, dolorem respicere, illum leniendo, per *foment.* & Evaporat. ex decoct. v. gr. *æ. fol. plantag. solan. an. m. j. fl. chamom.*

mell.

mell. an. p. j. coq. in lact. pro Suffumigio. Laudatur etiam *instillatio* lact. *Mulleb. rec. ol. amygd. d. Vitell. ov. scorp. ascl. scarab.* item *ol. Vitell. ov. rec.* tepid. instill. l. cum bombac. immis. Miraculi instar seq. *Casapl.* profuit, teste *Forest.* *æ. Cep. sub cin. coct. N. 1. ol. chamom. unc. ʒ. butyr. recent. ol. anes. an. unc. ʒ. croc. ser. 1.* contusa Emplast. mod. applic. In causa frigidiore, *Vapor ex decoct. sim. carv. bacc. laur. fl. cham. rosm. in Vin. Spir. acuisl. Myrs. aq. Anhal. ol. carul. cham. ess. succini,* aliaque in surditate propofita. *Opium cum camph. & ol. amygd. d.* in summa necessitate immittendum, sed cautè; v. gr. *æ. Opisgr. ij. dissolv. in ol. amygd. am. l. unc. pers. unc. 1. camphr. gr. ij. M.* Extra *saccul. anodyn.* vel *sal rof.* Auribus applicetur: vel *lac mulieb.* instillatum, *ol. ex ligno Corylo,* vel *oleum seminis hyoscyami,* vel *ol. millepedum.* Nota: *repellentia* in hoc affectu locum non habent, imò periculosa essent.

II.

Ratione causarum, in inflammatione, præmissis *Chlytere emoll.* & refrigerant. *V. Secunda* ac *V. 3.* sæpius repetenda, *cucurb. scarif. ad scapul. & dors.* & pro derivatione pone aures applicandæ, ita etiam *li-rudines* pone aures. Alij suadent *arteriotomiam.* vid. tit. de dolore Capitis. Item *frictiones* brachiorum & crurum. Leniora *cholagoga* exhibenda; *Julep.* item *æ. emuls.* refrigerantes, *Diaphoretica* &c. internis enim hic plus proficimus, quàm externis, quæ sint *anodyna.* de his omnibus vide titulum de Doloze Capitis. Conveniunt etiam *sudorifera.* vide ibidem, nè crambem repetamus, sed tamen cautè agendum cum *anodynis,* & *opiatis,* ex multis ibidem adductis rationibus. Si tumor ad suppurationem vergat, maturantibus; v. gr. *æ. Lact. Mulieb. rec. mult. unc. ij. album. ov.* in liquorem vers. *M.* instill. tepidè. *æ. Malv. alb. violar. lactuc. an. m. j. sem. malv. cydon. an. dr. ʒ. fl. cham. mell. rof. an. p. j. f. coct.* quæ cum spong. foveatur Auris. *æ. Medull. pan. alb. lib. 1. coq. in lacte cap. ad consist. add. Vitell. ov. N. ij. ol. ros. unc. ij. croc. ser. 1.* item *Casapl. de cep.* vel *Cataplasmata* sequens: *æ. Cepam sub cineribus coct. & contus. N. j. rad. lil. albor. coctam ʒ. ʒ. caricar. in lacte coct. & consus. N. vij. pulv. semin. alb. lini, an. ʒ. butyr. rec. ʒ. ij. ol. camph. samb. an. ʒ. ʒ. croci ʒ. ʒ. mis. f. Cataplasmata.*

III.

In Ulcere, præmissis universalibus & diætâ sudoriferâ, *abstergentia* & *exsiccantia,* ut *urin.* in qua *ras. lig. guajac.* infus. vel *pliegm. urin.* cum *mell. rof.* vel *syr. de nicotian.* mixta, addendo aliquid

Ung. Egypt. si Ulcus fordidum. Item *mel* cum *urin. puer. & vin. alb. dulc. coct.* vel *succ.* aut *syr. absynth. marrub. de nicot.* cum *mell. ros.* leviter coct. *alim. ust.* cum *Vin. mixt.* & in aurem infus. Pro consolidatione laudatur: *Ung. de tur. diapomph. bals. sulf.* aut *ol. amygd. amar.* ad gutt. tres. m. & v. tepide instill. In Ulcere apparente, materia effluens non tam citò sistenda, præsertim in subjectis humidioribus, vel Excretionibus capitis cutaneis, aut affectibus capitis internis obnoxii, præsertim infantibus; sed mundus servandus meatus auditorius *urin. hum.* aut *Vin. alb.* cum *succ. agrim. absynth. cent. min.* leviter coct. Aliàs etiam *purgationes blande* & frequentes instituenda. In adultis etiam *diæta sudoris.* cum *Vesicat. Causc.* Cucurb. *scarif. &c.*

IV.

In Dolore à Vermibus, hi eliciendi *lact. sepid.* cum spong. applicat. vel *pom. dulc. ass.* enecandi *succ. absynth. cucum. asin. ol. nucl. persic. Diacolocynth. mercur. d. ol. destill. junip. absynth. bals. sulf.* suffitus ex *myrrh. gumm. ammon. sem. hyosci. decoct. aloës. myrrh. summit. absynth. in Vino.*

V.

In Dolore à flatibus & pituita, vide titulum de Surditate.

VI.

In Dolore à bile, vid. Inflammat. In Dolore à rebus externis immixtis orto, extractio tentanda auriscalpio, de quo vide *Hildanum, Paulum, Aquapendentem &c.* Hæc operatio cautè tractanda, nè majus malum excitetur; *olea calensia* meatui instillanda. *Sternutatio* cienda, ore & naribus compressis, specillo lanâ obvoluto, ac in *serebinth.* demisso utendum. *Caput lacerta* vivum vel recens mortuum, auri per 3. horas admotum, omnia infixâ corpuscula infallibiliter extrahere dicitur. Aqua auri illapsa excutitur, vel prono auri foramine, vel exsuctione per fistulam, vel evocatur gossyp. aut lanâ, vel spongiolâ immixta. Hirudo evocatur, aure externa perfusâ *san- guine rec. Pulex*, immixsô globulô, ex pilis Caninis, & sic *pulex* mox exit, ob sympathyam, quam habet cum pilis Caninis.

CAPUT

CAPUT IX.

Læsus Olfactus, Factor Narium, Ozena, Polypus, Coryza, Sarcoma &c.

I.

Nomen: Læsus olfactus, germanicè *verlohrner Geruch.*

II.

Definitio: est ejusdem abolitio, vel diminutio s. etiam depravatio, in fatore narium, oriunda, à variis causis odoratiss organum diversimodè afficientibus.

Notandum: 1^{mo} factor Narium, & factor Anhelitus multùm differunt; ille ex naribus tantùm prodit, hic verò ex variis partibus, ventriculo, pulmone, gingivis.

Nota: 2^{do} Coryza seu Gravedo est fluxio seu catarrhus ad Nares defluens. vide Catarrhus.

Nota: 3^{no} Ozæna, est Ulcus vetustum & putridum Narium.

Nota: 4^{to} Sarcoma, est Excrecencia carnea in Naribus genita, certa figurâ carens, hyperfarcofi similis.

Nota: 5^{to} Polypus est excrecencia carnea, radicibus Narium exilibus adhærens, se in latum extendens, & per nares propendens, dictus à Polypo pisce, cujus speciem refert. *Rhasis* Narium hæmorrhoides appellat, à similitudine hæmorrhoidum in ano succrescentium. Sternutatio, est flatusorum spirituum, & acrium Vaporum Cerebrum offendentium, violenta & involuntaria per Nares expulsio; à vi elastica seri rarefacta; cui adjuncta est acrimonia, & tenacitas ejusdem.

III.

Causa: Diminuti vel aboliti Olfactus est, aut defectus spirituum animal. ut in moribundis, vel obstructio aut angustia cerebri aut processuum papillarum, aut nasi interni quoad membranam ejus pituitariam, & os Ethmoides, nimia à lymphâ copiosiori humectatio, ut in Coryza. **Causa** depravati, s. sensûs cujusdam factoris in naribus est, vel humor putridus, in interiori parte cerebri contentus, aut putredo existens in ossè Ethmoide, vel ozæna, vel sarcoma, aut Polypus, vel per consensum aliarum partium, ventriculi nimirum, pulmonum, gingivarum, dentium, aut faucium, vapore fatido nares transeunte.

IV.

Prognostica: Coryza periculo caret: imò sapissimè salubris; Ulcera recentia narium facilius, fordida & putrida difficillimè curantur. Cancrofa sunt incurabilia; sic Polypus quoque difficilis curationis, præsertim durus, lividus, in summa parte narium situs.

I.

Indicationes & Curatio: pro varietate causarum variant. In Coryza, præmissis præmittendis, egregium est illitum *ol. dest. anis. vel Campb. in ol. amygd. d. sol.* Suffitus ex *gumm. anim. succin. mast.* suffit. *tabac.* impragn. aliquot gutt. *ol. anis.* Si caput grave & obnubilatum, illiniunt vertici *ol. dest. aut. bals. succin.* vel *Peruv.* pro mucò in statu evacuando profunt *Pulv. sternutat.* v. gr. *q. Pulv. tabac. ind. unc. ß. fl. lil. convall. major. an. dr. j. ol. dest. anis. gutt. vi. Caryoph. gutt. ij. amb. gr. vj. M. R. Tabac. Brasil. unc. ß. bals. apopl. ser. i. M. R. Lil. convall. p. ij. herb. majoran. basilic. à pist. tabac. dr. i. M. f. pulv. tenuiss. add. amb. mosch. à gr. ij. ol. anis. major. à gutt. iij. M. utilis etiam pulv. ex sacch. & rad. elleb. nig. à p. eq. l. aq. major. unc. i. cum gr. v. l. vi. vitriol. alb. Extrà *q. Ung. de alib. ser. i. pomat. ros. à ser. ß. ol. major. gutt. vj. lavend. gutt. i. l. ping. ans.* cum *ol. major. salu. beton.* mixt. Fumus tabaci in coryza multum valet. Item suffitus *succini*, ore & naribus exceptus, bonus. Si cum Coryza graviore adfit faucium phlogosis & dolor, gustus abolitio, raucedo, & tussis, præter suffitus conveniunt opiata & *pavetta* vespere assumpta, plura vide titulo de Catarrho.*


II.

In Ulceribus Narium, præmissa *V. S. purg. cauter. vesicat. sudorif.* &c. crusta emollienda fotu *aq. tepid. busyr. insusf. ad p. anser. gall. n. ol. amygd. d.* hinc abstergendum in simplici ulcere *aq. hord.* cum *melle ros.* dein utendum *Ung. de tut. alb.* Rhas. *ol. è vitell. ov.* in mort. plumb. agit. In Ozæna pro detersione *aq. aluminos.* vel *aq. plant.* in qua aliquid *Mercur. d.* dissolut, vel *Ung. egypt. aq. hord.* dissol. vel *Re. Hord. integ. p. j. agrim. plantag. absint. cent. min. à mi. ros. rub. p. j. coq. in aq. ferrat.* solv. in col. mell. ros. *unc. iv.* Vel his non sufficientibus *aq. mercurial.* *R. Ag. plantag. unc. iv. sublimat. crud. pulv. gr. xy. bull.* in phial. vit. ad med. p. consumpt. Maximè etiam profunt *aq. virid. Plasteri & Farimann.* Pro extirpatione insufflandus pulv. ros. rub. Excipiendus fumus ex *cer. rub.* vel *troch. paratis ex ladan. hypocist. nyrh. mast. styrac. rbur. auripig. sandar.* cum *tereb.* vel *Unguentum aureum*, vel sequens probatum

batum *Bals. R. Pulv. ocul. 69. spermat. ceti an. 3ß. cinnab. nativ. gr. vj. sacch. saturni gr. v. campb. gr. ij. bals. Peruvian. q. s.* fiat *Balsamus*, sapius illitus parti affectæ. *Wedelius* laudat *spiritum sal. armoniac.* cum *oleo majorane* oleosum redditum.

III.

In Polypotendum vel medicamentis, maximè autem lunà decrefcente, quia eo tempore minor existit Polypus, præmissis universalibus, & causas respicientibus remediis internis, vel remedio *Galen. ex. 3. gener. granat.* scilicet acidis, dulcibus & mediis maturis, & recent. *spir. vitriol. aq. mercurial. precipit. rub.* cum *melle ros.* mixt. turund. *succ. rad. Aron.* imbut. In usum horum nares muniantur *ung. popul. insrig. Gal.* vel *alb. ov.* cum *ol. ros.* immittantur per fistulam lunà decrefcente, laudatur etiam *Unguentum Purmanni*, vel chirurgia & ferrò idoneò, operatio sequenti modo peragitur: æger die & loco claro in sedili collocatur, capite firmato; forcipe extractoriò apprehendatur Polypus; & auferatur, mox turunda naso indantur, vel si hæmorrhagia urgeret, liquore styptico ista turunda madesant, & si reliquæ omnes Polypi eximi non possint, inurantur, sed cautè, ferramento per cannulam in nares immisso; post operationem potest tum per nares, tum in ore uti *decocto hordæi* cum *melle* & modico *spiritu Vini.* In fetore Narium, pro cura palliativa, naribus attrahend. *vin. alb.* in quo *salu. beton. calam. arom. cent. min. bull.* cum *amb. Mosch. Gall. mosch. R. Rad. cyper. calam. arom. à unc. ß. ros. rub. p. j. myrrh. dr. j. coq. cum Vin. alb.* Prodest & *aq. major.* cum *vitri. alb. l. succ. bet.* item varii pulv. sternutat. Sternutationi prodest *lac rapidium* ad nares attractum, vel nares fortiter comprimantur; vel dentur sudorifera, vel instituat Venæ sectio, & purgatio.



CAPUT X.

Hæmorrhagia Narium, seu Sanguinis fluxus.

I.

Nomen: Hæmorrhagia Narium, german. Nasen schweissen, oder Nasen bluten &c.

II.

Definitio: Est præter naturalis & immoderata Sanguinis per Nares effluxio, à Matorum naso inferorum aperture oriunda. Dico præter

præter naturam, cum fiat impetu, & præter Institutum naturæ, ad eam que nociva, immoderata.

Nota: Hæmorrhagiæ nomen, quemlibet fluxum Sanguinis à quacunque parte profluentis vulgò significat; sic ex venis fedalibus, fluxus hæmorrhoidum; ex utero, fluxus mensium; post partum, fluxus lochiorum; ex Vesica, mistus cruentus; ex pectore, hæmoptysis, &c. dicitur. Simpliciter autem, quando absquæ ulla partis affectæ mentione enuntiatur, intelligitur præcisè de fluxu sanguinis in Naribus.

III.

Genus: est Symptoma in excretis, toto genere præter natur.

IV.

Subiectum: est Nasus, potissimum quoad ramulos arteriosos Carotidis internæ, juxta processus mamillares, in plures furculos divisos, & per foramina ossis cribrosi, ad membranam narium superiorem glandulosam delato.

V.

Differentia: Alia est *Critica* seu spontanea, in febribus acutis, accidens cum conferentia die critico, præcedentibus signis coctionis: alia *Symptomastica*, accidens cum vitium debilitate, in summa cruditate, die non critico, v. gr. sextò, qui tyrannus dicitur: alia *periodica*, alia *non*, alia *periodica habitualis*, quæ rarò & non nisi magna datâ occasione recidivat; alia quæ fit *ab anastomosi*, alia *à diapedisi*, alia *à diabrosi*, seu diarexi, alia *à rixi*. Anastomosis est exitum oculorum in venis & arteriis apertio; Diabrosis est Vasorum erosio; Rixis, Vasorum ruptio.

VI.

Causa interna: vel Sanguinis abundantia ejusque orgasmus & turgescencia, vel ejus nimia aquositas, accedente fibrarum & partium tono laxiori, vel etiam ejus acrimonia plus minus salsa, vel acido-salsa, adeoque occultè corrosiva, uti contingit in dispositione M. S. scorbutica, acri & salsa; vel vitium Vasorum, dum subindè Sanguinis circulatio impeditur, ob spasum fibrarum nervosarum, tam in ipsis vasis sanguifluis, quam partibus vasa recipientibus; hinc vasa Sanguinis mole distenta, necessariò in extremitate aperiuntur.

VII.

Causa externa: Aër fervidus, mora sub sole, victus plenior, s. polyphagia, cibi acres, aromatici, falsi, crapula, potus vini generosi, ardentis, hispanici, fortior Corporis & animi motus, saltatio, ira, contu-

contusiones, casus, ictus, sternutatoria, inspirata quævis acria, suppressio mensium, hæmorrhoidum, Venus nimia.

VIII.

Causa Dispositiva: ætas juvenil. ingravescens, præditi sanguine præfervido, sed temperamento debiliori, teste Hippoc. 3. aph. 27. hæmorrhagia pueris familiaris.

IX.

Signa Diagnostica: per se clara sunt; primo appulsu plerumque febris præfert indicia, cum dolore & calore sincipitis; insomnia rerum rubrarum, capitis Dolor, facies rubra, Vasorum intumescencia, pulsus fortior Arteriarum Carotidum, Aurium tinnitus, Visus hebetudo, marmaruges (quæ sunt tenuissima quædam, & divulsa corpuscula vasorum colorum, inter corneam & crystalloidem contenta, à vaporibus orta) oculis oberfantés, rubor, hebetudo oculorum & lucis averfio, lachrymæ involuntariæ, pruritus narium, difficilis respiratio, Tensio hypochondriorum: hinc sanguis per horas aliquot fluit, dein aliquandiu sistitur, mox denuò erumpit, atque hæc vicissim, ut ad eò ægro singulis annis à recidiva metuendum, præfertim, si à liquoribus spirituosis, vel alia occasione æstuarè contingat.

X.

Prognostica: Sanguis bene ac largitè fluens è naribus die critico, salutaris; quamvis hoc neget *Fernelius*, quod nulla hæmorrhagia morbum penitus tollat, quia Sanguinis portio subtilior, & purior emittitur, impuriore remanente; sed speciosa magis quam fundamentalis est hæc *Fernelij* opinio, & ideò à nullo Medicorum approbatur, & experientia confunditur. Hæmorrhagia in principio morbi symptomatica est, non tamen semper contemnenda, dummodo largè fluat, nimis copiosa & hypercathartica pessima, animi deliquia, hydropes, & Cachexias inducens. Interim non desperandum, cum Sanguis sæpè plurimo sero sit dilutus, & sic evacuatus minus debilitet: undè Medicus debet esse cautus, non enim ludit de corio, sed de sanguine humano; si enim fluxus se extendat ad lib. iv. malum est, si verò ad lib. xx. lethale. Licèt enim unum vel alterum exemplum detur, proùt ipse observavi, sunt tamen rara, & periculosa. In affectibus Epatis, aut Lienis è directo partis affectæ fit bona, è contra non è directo partis affectæ facta, mala, id est, in hepatis inflammatione, sanguis effluens ex nare dextra bonus, in sinistra verò, malus; & liene inflammato, è sinistra nare bonus, è dextra verò malus; quia omnis bona evacuatio per rectitudinem fieri debet. Mala iidem in quar-

tanis febribus, teste *Hippoc. 5. aph. 3.* bona è contrà, in suppressione meningum, secundum *Hippoc. 5. aph. 33.* stillicidium Sanguinis s. Stilla sanguinis pauca, in acutis & pulmonicis affectibus per nares effluentes, malè & periculose, præsertim aliis pravis symptomatibus conjunctæ, denotantes naturæ imbecillitatem, vel irritationem à malignitate, nisi die indicatorio apparens, cum bonis signis, crisin per eandem viam futuram prænuunciet Immoderatus sanguinis fluxus in Variolis & Morbillis, maximè post earum eruptionem, uti etiam in Febribus malignis & Peste, semper malum portendit. Profusa narium hæmorrhagia violentè suppressa, convulsiones parit, teste *Hippoc.* Hæmorrhagia in senibus mala, eodem teste: periculosissima & curatu difficillima Hæmorrhagia est, quæ ex diæresi vel rixifit, maximè si plura Vasa læsa sint. Hæmorrhagia licet non immanis, in Cachecticis tamen cum pulsu debili, & sudore frigido, multo periculosior est, quàm valdè copiosa in sanguineis, & robustis. Quibus febricitantibus sanguinis multitudo fluxerit ex quacunque parte, cum tales rescindunt, alvi iis humectantur, *Hippoc. 4. aph. 24.* quia, ut docet *Galenus in comment.* qui à Calore nativo debilitantur, ex profluvio Sanguinis, neque cibos bene concoquere, neque in sanguinem transmutare, neque distribuere possunt per Corpus, ideò alvos fieri humidiores, necesse est, donec processu temporis, natura vires suas recuperaverit.

XI.

Indicati nes generales: sunt tres, curatoria, vitalis, & præservatoria. Prima curatoria, symptomata, morbum & causam morbi respicit. Secunda seu Vitalis. Vires & diætã. Tertia præservatoria, suadet omnia evitanda esse, quæ Hæmorrhagiam accelerare, vel recidivare queant.

Queritur: Urùm Hæmorrhagiã detentos, securius sit, illos in lecto detinere, vel extrà lectum collocare? R. Si ægri valde debiles, & deliquis obnoxii sint, eos in lecto temperatissimo relinquendum, si verò non ità imbecilles sunt, melius est, eos extra lectum detinere, nè lecto incalcentes, majorem organum excitent.

XII.

Indicationes speciales: sunt Sanguinis efferos motus, ejusque ebullitionem & organum, seu effervescenciam sive incensivam sive fermentativam inhibere, aborbentibus, præcipitantibus, revellentibus, derivantibus, ejusquè copiam minuentibus; laxam ejus texture compagem obfirmare, acrimiam ejus contemperare, poros constringere,

gere, condensare, Vasorumque orificia aperta occludere. In Hæmorrhagiæ curatione prævidè notandum: Criticam nunquam curandam, multò minus cohibendam esse, sed potius permittendam, præsertim in plethoricis; sic etiam hæmorrhagia consuetu, nisi talis nimia sit, vel diutius duret: Symptomatica verò curari debet.

I.

Curatio: fit instituido *V. S.* si vires nondum resolutæ, id est: statim ab initio, idque largà manu & amplo foramine, & quidem ex brachio è directo fluxus: imò etiam *V. S. pedis* sæpe plurimum confert, teste *Avicenna* & *Tralliano*. Hæmorrhoidum apertio gravissimas hæmorrhagias sistit, teste *Sorbaie*, cum Sanguis, pleuriticorum sanguini plerumque respondeat, sicut *ligatura* extremorum dolorificæ, *cucurbita* supra pedes ex obi. *Forstii*; Item ad hypochondria, sed cautè, ne sequatur inflammatio. Usitator est Ventosa magna ad nucham applicata. *Crasio* pro revulsione laudat, incurvationem minimi digiti, in dextra manu, si ex dextra, vel in sinistra, si ex sinistra nare fluit; cum enim vehementer illa compressio gravem dolorem pariat, ab illo dolore Sanguinis retractio fieri potest. *Zacut. causer. actuale* ad plantas pedum applicat. Sanguinem etiam sistit terror, quovis modo inductus, lipothymia &c. ut testatur *Riverius*, aliquem ex deliquio hæmorrhagiam gravissimam sistisse; id ipsum testatur *Hipp. lib. 3. Epid. sect. 7.* etiam *excubitula* scapulis, brachiis, pedibus, hypochondriis (sed cautè, nè inflammatio exciteur) profunt. Fiant etiam *ligatura* extremorum fortes, & nota bene: Sensus non repente relaxentur, aliàs major fieret fluxus Sanguinis; huc adhuc bene nota: non in omni Sanguinis fluxu, sanguinem mittendum, si enim Sanguis non abundat, sed vel purè vitiosa qualitate, vel ex causa occasionali, nempe ex spiritualem imperu, vel vasorum apertione pellitur, & effluit, non tutà est Venæ sectio, sed potius tales cause occasionales removenda & corrigenda sunt; Sanguis enim in his casibus non activè, sed passivè se habet.

II.

Purgatio per se non convenit, nisi adfit abundantia humoris ferrosi, tenuis, biliosi, fluxum promoventis, in quo casu *decoct. tamar.* cum *s. sus. r. bet. myrob.* & *ssr. ros. sol.* convenit, v. gr. *x. Tamarind. unc. s. sol. plant. mj.* coq. in l. q. *aq.* ad *unc. iij.* in colat. inf. *Rhab. el. dr. i. myrob. cit. dr. s. sarr. cit. gr. viij.* in col. dissolv. *ssr. ros. sol. unc. i. Rhab. pulv. scr. i.* vel *x. Manna. el. unc. ij.* dissolv. in *aq. plant. unc. iij.* add. *Rhab. el. pulv. dr. i. ss. myr. unc. i.* Interim utile est, sinità purgatione exhibere *peruvianum*, seu *anodynum*,

ut Sanguinis furor seu catenâ constrictus, coërceatur. *Enema* quoque refrigerans sæpius injici potest.

III.

Revulsionibus universalibus hisce præmissis, si fluxus adhuc perseveret, ad ea veniendum, quæ fluentem & impetuosum sanguinem modificant & compescunt, nempe frigida, & adstringentia, & anacolemata vulgò dicta, & ea applicantur nuchæ, fronti, scroto, manibus, pedibus, mammis in Mulieribus, & interdum etiam Epati, volente & suadente *Hipp. 5. aph. 23.* frigidè in his utendum, undè fluit, aut fluxurus est Sanguis; sic fronti applicari potest, Catapl. ex *bol. armen. cum alb. ov. & acet. vel ex gyps. aut argill. calcinat. cum acet. vel ex sulph. cum alb. ov. & acet.* Frontale etiam v. gr. *croc. mars. adf. bol. arm. terr. sig. sang. drac. a. dr. 1. decoct. Gall. malicor. mj. millefol. unc. vj. acet. ros. unc. 1. B. nit. præp. dr. B. M. vel x. Aq. ros. ops. unc. ij. sol. querc. unc. 1. acet. ros. unc. 1. B. armen. terr. sig. lap. hæm. a. dr. B. alb. ov. N. 1. M. profunt & lintea quadruplicata, immersa in aq. frig. in qua *nitr.* dissol. ad epar & testes Epithema, v. gr. *x. Succ. semperviv. maj. rec. expr. lib. B. acet. acerrimi unc. ij. nitri unc. B. campb. dr. j.* Alii testibus, collo & hypochondriis, frigidè applicant *oxyeratam* cum nitro; eundem etiam liquorem lineamentis intrudunt in nares, vel in ore eum teneri jubent. Pedes etiam in frigidam demergunt. *Glossopium atramento* imbutum, fronti admotum, & fascia ligatum, potenter silit. *Accutum* in aurem nari fluenti vicinam instillant, item *sabam* aut *numisma argenteum* prius aqua frigida alteratum, radici narium inter cilia acutè alligant, vel digitis utraq; fortiter comprimantur.*

IV.

Danda intrinsecus refrigerantia, incraffantia, Sanguinem sistentia, vulneraria, absorbentia, impetum mitigantia, & Vasa occludentia; ut: *zinct. ros. papav. errat. sans. rub. Julep. v. gr. R. syr. pro zinct. ros. unc. ij. decoct. bord. lib. ij. spir. vitr. g. s. x. Aq. frag. unc. iv. bur. past. eridiv. cicb. rosar. a. unc. ij. syr. corall. fl. papav. errat. frag. an. unc. i. B. succ. cit. unc. ij. M. R. Aq. plant. papav. errat. portul. sperm. ran. a. unc. iv. syr. de nymph. vel ros. sic. unc. ij. sal. prun. dr. 1. M.* Addunt alii *camph. & laud. opiat.* Irritationis sensum sopiunt, spirituum impetum compescunt, præsertim aliis nonjuvantibus, & necessitate urgente, *mixtur. stegnotica* Sylv. v. *Aq. plant. unc. vij. cinnam. dr. ij. acet. Vini unc. B. corall. rub. præp. er. ij. terr. sig. scr. i. laud. op. gr. ij. syr. myrt. dr. ij. M.* capiat cochlearium. Profunt etiam Emuls. v. gr. *R. Amygd. unc. i. B. sem. a.*

fr. m.

fr. m. a. dr. 1. papav. alb. dr. ij. decoct. bord. lib. 1. M. f. Emulf. dulcor. sacch. s. g. Imprimis utilia acida; ut *spir. vitr.* Hinc etiam utilissimæ *acidul. Visriolat.* Ex specificis intrinsecis sunt: *sterc. porcini* vel *asinin.* cum *succ. urt.* vel *aqua plant.* dilut. colat. & *sacch. dulcorat.* Valent etiam hæc stercora exterius vel olfacta, vel sicca naribus immissa, vel calentia fronti & temporibus admota. Alii exhibent *sanguinem effluentem ros. & pulverisat.* Alii *succ. urtic.* alii *spir. nard. pulverisat.* ex Julculo vel *aq. plant. succus Urtice* ad *ziii.* sumptus, est expertus, sæpè datus; *sanguis agri torrefactus*, & ægro infuso datus. *Crocus adstringens*, cinis ex raris combustis *Spermiol. Croll. zinct. corall. Anodyna, Catechu, Martis adstring. antipthisica* Garmanni: *pulvis dentis Hippopotami. Muscu* seu usua *cranij humani: spiritus vitrioli* cum essentia: *violar. Essentia mea stipitica: essentia mea traumatica. Martialis*, in hæmorrhagiis habitibus hypochondriacorum & scorbuticorum mira præstant, quia acidum vitiosum, seu occasionalem hæmorrhagiæ causam absorbet, & in toto corpore corrigunt; laudatur *liquor martis solaris, tinctura vitriol. mart. Zwelferi. Mixtura Sylvii & Ettmülleri* est efficacissima. *R. Aq. plantag. zij. aq. cinnamom. zij. vel zij. acet. Vini ziiij. corall. rub. pp. scr. y. terr. sigill. scr. j. laud. op. Myns. incomp. gr. ij. syr. myrtin. dr. ij.* misce detur cochlearium; *Campboras* etiam multum præstant, *pulv. sperniol. Crollij, nitrata* sunt bona; *crocus martis* cum *succo Cydoniorum.*

V.

Veniendum ad specifica externa & topica, venas apertas occludentia. Ex illis sunt *buso* exsiccat. pulv. & in sindon. rub. axillis suppositus, vel manibus retentus, ut incalcescat. *lign. sympathet. ex fraxin.* *Wund- oder Heyl-Holz*, naribus admotum. *Willis* experimentum est probatum, ferrum ignitum apponatur cum cautela sanguini è nare fluenti, vel ferrum ignitum supponatur, ut vapor Sanguinis terrefacti in nares suscipiatur, statim Sanguis sistitur, *lap. hamas*, manu dententus, vel *Faspi* genuinus, vel frust. *cret. a* digito annulari detentum, *pulv. sympathet. ex vitriol. Ven.* cui vel sanguis instillatur, vel quo linteam sanguine madidum conspergendum, aut ejus solutioni immergendum; Alii eum etiam charta vel linteo inclusum sub axillis ponunt, ut incalcescat; ex his sunt *alum.* vel integrè naribus immisiss. vel cum *lacca pictorum* pulveris. *l. sang. drac. v. g. Alum. crud. g. pl. add. lac. pictor. Rugelst. g. s.* ad pulv. incarnato colore tingendum; insuffletur sæpius, vel cum turunda in aq. humectat, applicetur:

T

tur:

ur: alii loco lactæ *fing. draconis* addunt. Laudatur etiam *solutio Alum.* & *P. tr. ol.* item *uapor sulphur. Weber.* aut *della Fagne*, turundis inditus, ac intrâ nares per duas dies relict. item *phlegm. vitr. acid. gossyp. atrament. infect. fulg. furni*, vel ex fundo *cacab. xneorum*, vel etiam cum *alum.* mediante *aq. sferm. ram.* & *alb. ov.* humect. & cum *gossyp.* applicatum. Item *aq. Stern. porc. exsic. dr. vij. pulv. ros. rub. dr. B.* excip. *succ. plant.* & cum *bombac. applic.* *q. Lanug. cydon. trag. mast. sang. drac. bol. armen. lap. ham. aloë. farin. vol. a. ser. i. M. f.* Pulv. subtilis, ex quo cum *alb. ov.* & *gossyp. f.* Turund. vel hæc Turunda *q. Thur. Aloës sang. drac. farin. volatil. tele Aranearum*, *pilorum leporis* minutim incisorum, *an. ʒb.* excipe cum *succo plantag.* & *gossypio*, fiant turunda naribus immittendæ. *Sang. drac. aq. plantag.* vel *urtice* dilutus & applicatus mira facit; *Siercus porcinum* applicatum fronti, nuchæ, temporibus, vel in nares immissum, vel etiam excisatum, & per os datum, conducit. *Crepitus lupi*, *pulvis stegnoiticus* vulgè *Blutstillung*, in omni hæmorrhagia etiam vulnere expertus. *q. Farin. volat. ʒij. bol. armen. ʒj. gypsi. colophon. an. ʒb. sang. drac. alumin. usti. vitr. albi an. ʒij. calcei ʒij. pilorum leporis ʒi. mlf.* fiat pulvis subtilissimus, cum albumine ovi subactus, & applicatus: *Balneum frigidum* totius corporis, vel aqua frigidissima tenetur in ore, & sæpè removeatur. Vel ex *fuligine*, *albumine ovi*, & *aceto* mixto fiat frontale, vel etiam naribus cum turunda indatur, *acetum rosaceum* aliquot guttæ in aurem è directo naris fluentis insillat: *caro bubula*, *aceto* imprægnata, & nuchæ imposita.

Nota: aqua seu liquor stypticus omnia alia excellit applicatus; amuleta sunt, quæ vi occulta juvant monilia ex *lap. hæmat.* è collo suspensa, plurima jam diximus supra. Item, os aqua frigida plenum tenendum; prodest etiam exceptus vapor aceti; item oxyerat. naribus frequenter attractum. *Ermüllero* teste, *syr. vin. ros. itæ.* naribus paulo post profundius injectus, sanguinem citissime coagulat.

VI.

Diatæ. Aër sit frigidus, natura vel arte. Victus ratio sit incrassans ex *Oryza extremis. animal. ovis* ad durit. coct. *pot. coct. cydon. condit. pulv. amygd. lentes* in aceto cocti. Videntur acria, salsa, aromata cum decoct. *C. C.* ust. parata, vel *libet. ros. vel aqua chalyb.* cum *syr. gran. acid. corall. aqua chalybeata*, in aqua *rad. urtica* incoq. vel aqua in qua *laseres* igniti extincti. Vel *ʒ. p. aq. font. & i. p. lact.* simul coct. pro potu extraordinario: *vin. gran. cyd.* videntur graviores animi & corporis motus, ut ira, frictions nasi, oris motus

per

per multam loquelam, masticationem. *Vigiliæ*, risus, gaudium &c. Somnus autem prodest.

CAPUT XI.

Læsus Gustatus.

Nomen: Læsus Gustatus, german. der verlohrene Geschmack.

II.

Definitio: Est ejusdem vel abolitio, vel diminutio, vel depravatio; Abolitio est: quando saporès nec intensos, nec remissos sentit. Diminutio, quando vix saporès percipit. Depravatio; quando objectum alieno sapore infectum judicat, exorta vel à defectu spiritus animalis in ipsa parte, vel nervi gustatorii seu septimi paris, quoad ejus filamenta papillaria, intemperie, obstructione, vel spirituum defectu, & penuria, & fit in moribundis: vel obstructione, vel compressione tertii paris; vel ejusdem depravatio à lingua substantia, ejusque papillis nerveis, vitioso quodam humore imbuta, v. gr. bile, lymphæ, sanguine vitiatæ, & ascendentibus, ut fit in febribus, vel in alieno quocunque sapore.

III.

Prognosis: hic affectus, si à Catarrhis vel febribus fit, periculò vacat, iis enim curatis spontè evanesceat, si verò ab Apoplexia, vel aliis gravioribus malis, periculum inferit, uti & ille, qui inveteratus, vel à nativitate est, difficulter vel nunquam curatur.

IV.

Curatio: sit pro varietate causa. In gusto icterico sæpè convenit *Vomitus*, vel *insuf. Rhab.* cum *syr. de cicb.* cum *Rhab.* & *el. de succ. ros.* hinc *ser. lact.* acidulat. *decoct. cicb.* in *aq.* vel *juscul.* vel radix in acetario, aut condito. Vel *decoct. amarum*, vel *q. Rad. cicbor. herb. absint. Rom. card. ven. a. mj. cent. min. m ʒ.* coq. in *vin.* & *aq. cicb.* à mens. i. ʒ. ad consumpt. ʒ. part. Prodest & *crem. bor. d.* cum *succ. itæ. crem. tart.* ex *jusculo*; Collutus oris ex *aq. plant.* cum *syr. ex succ. aceris.* & *sale prun.* *Rapcharus* ante pastum masticatus acuit gustum, teste *Hasero*. Plura vide tit. de Apoplexia & Catarrho, ubi etiam de linguæ paralyfi seu Aphonîa traditum est. Valet quoque *sal volatile oleosum Sylvii* vel *nob. ic.* & *spiritus salis dulcis.*

CAPUT XII.

Prunella.

I.

Nomen : Prunella, germanice *die Breyne*.

II.

Definitio : est lingua siccatas, durities, nigredo & scabrities; ita ut interdum etiam rimas agat.

III.

Genus : est morbus in Superficie, seu symptoma qualitatis mutata.

IV.

Subiectum : Lingua, ut pote pars membraneo-nervoso-glandulosa, venas, arterias, & nervos continens,

V.

Differentia : Alia vera, de qua dictum, alia dicta *die Herba Breyne*; dum illa siccatas & durities ad œsophagum, & ipsum quoque orificium ventriculi extenditur. Alia Angina alba, *die weisse Breyne*, consistens præcipuè in inflammatione tonsillarum mitiori, ubi materia viscida, alba, mucosa, & glutinosa, linguam & fauces instar tenacis pelliculæ incrustat.

VI.

Causa : Prunellæ est Saliva, à vaporibus & humoribus calidis, acris putridis, aut malignis, glutinosa & mucilaginoso reddita, imò ab æstu quasi calcinata, partes irritans, ut phlogosin acquirant; accidit ut plurimum in febribus continuis malignis, aut inflammationibus viscerum, vel etiam ab esu fungorum, ut testatur *Doleus*, vel ab inunctione Mercurii, vel morfu.

VII.

Signa diagnostica : per se patent.

VIII.

Prognostica : Lingua nigra cum siccatate, scabritie, scissuris, & uestione in morbo acuto periculosa, ob maximum incendium; ab initio morbi statim exusta, denotat visceris alicujus inflammationem, ex hypochondriorum dolore, duritie, tumore, & calore dignoscendam, at periculum suffocationis eveniat,

IX.

Curatio : fit ablata causâ, pro mitigatione symptomatis V. S. sub lingua mature instituenda; vel si necessitas urgeat, prius in brachio, etiam largior, præmissio tamen clystere. In casu desperato, *Zacutus* linguam applicat quatuor hirudines, cum summo effectu, imò ipsam linguam scarificari fecit. Conveniunt collutionis oris tam cum, quam sine Gargarismo v. gr. *Ag. Prunell. unc. iv. acetos. frag. plant. an. unc. ij. semper viv. maj. unc. i. diamor. dr. vj. troch. de nitr. præp. dr. i. M.* ab hujus usu fauces & lingua illin. *Ag. Diamor. unc. i. B. viol. f. dr. vj. spir. vitr. gut. iv. M.* sequens Gargarisma est maximè usuale. *Ag. Herb. semperviv. rec. mij. cancr. viv. N. iv. aq. semperviv. m. unc. iv. acetos. nymph. an. unc. ij. contund. & exprim. add. Acet. fl. samb. ros. à. unc. i. B. Dissolv. sal. nit. præp. scr. i. Diamor. unc. i. M.* pro gargarismo. Potest ejus particula etiam absorberi, ut ad œsophagum similiter affectum perveniat. Prodest itidem solum *sal. prunell. in aq. semperviv. solut. vel Ag. semperviv. m. imprænat. cum ejus succ. rec. expr. lib. i. dissolv. sal. a. mon. dr. i. M.* Profunt & Mucilagine, v. gr. *Mucilag. sem. psyl. cydon. malv. cum aq. rub. id. vel sperm. ran. extr. à. unc. B. syr. viol. vel portul. dr. vj. nit. parum. M.* Si lingua æstu exusta, collutioni non cederet, prodest impositum linguæ *frust. lard. non salit. vel aq. prius macerat. vel butyr. rec. in aq. ros. lot. unc. B. cum sale prun. dr. B. mixt. in aq. frig. servat. & ad pisi vel fabæ magnitudinem, sæpius de die, & diu in ore detentum. Si palatum doleat, ex ramentis cutis decidentibus *lac. tepid. gargarizetur. vel Ag. Hord. mund. mj. ras. C. C. unc. ij. herb. prunell. fl. malv. arbor. a. M. B. sol. semperviv. mj. sem. cydon. plant. à. dr. ij. cancr. contus. N. xij. coq. ex aq. font. lib. iv. ad 3. p. consumpt. & applicetur, seq. Ag. Sem. psyl. cydon. à. dr. i. B. Gummi. drag. dr. i. cum f. q. aq. ros. extr. mucilag. fatisliq. cui adde syr. viol. parem dosin, f. instar Gelatinæ, quâ gelatinâ frequenter ex cochleari utendum, diuque in ore continenda. Vel Ag. Mucil. sem. cydon. aq. ros. extr. mell. ros. an. unc. ij. succ. semperviv. rec. cochl. iv. M. intrinsecus nonnulli exhibent, pulv. pyrium : alii *lap. prun. vel pulv. rub. prun. ab Hæser. descriptum*; vel pro potu ord. *Ag. Sal. nitr. præp. unc. i. crem. tart. dr. ij. sulph. alum. crud. à. dr. i. sacch. unc. ij. M. f. Pulv. de quo coch. m. cum aq. font. mens. i. coq. plura vide tit. de Catarrho, & Angina.***

CAPUT XIII.

Dolor Dentium, Dentagra, seu Dentium Podagra,
seu Arthritis Dentium &c.

I.

Nomen: Dolor Dentium, Odontalgia, aliis etiam Odontagra, Zahn-Schmerzen.

II.

Definitio: est tristis Sensatio partium membranosarum in dentibus, exorta, ab earum solutione continui. Famosa hic oritur questio: an Dentes sentiant, vel non? affirmativam qui tenent, dicunt: Dentes non solum secundum nervos radicibus insertos, & membranulam Dentis cavitatem intus succingentem, à Neruo tertii paris irradiatam, sed etiam in propria substantia sentire, *Galenus s. de compositione medicamentorum secundum locos cap. 8. & 16. de usu partium cap. 2.* inquit: Dentes & ceteras oris particulas, unâ cum lingua vapores percipere; item *lib. de ossibus cap. 5.* asserit: ex ossibus dentes tantummodo mollium cerebri nervorum esse participes, & ob id solos manifestè sentire; dolor ergò non tantum nervulis, & membranulæ interiori, sed etiam ipsi dentium substantiæ contingit. Negativam qui tenent, asserunt; Dentes in substantia non sentire, quoniam dentes tanquam Ossa sine dolore frangi, secari, & lima ateri possunt sine dolore. Huic sententiæ & ego adhareo, & dico: nullum sensum fieri posse absque fibrillis nerveis, nam si penitus rem examinemus, in qua parte Dentium dolor fiat, indubitè inveniemus. 1^o tactus organum genuinum esse membranas, in quas Nervi infinitis fibrillis sunt expansi. 2^o tantò exquisitiorem vel obtusiorè sensuum iis contingere, quò magis vel minus nervi eosdem irradiant. 3^o ossa subtili membranula vestita, quæ acutissimi est sensus, periosii nomine veniens. Ex quo clarè patet, dolorem residere tantum in partibus membranosis, seu nerveis, easque esse partem affectam; Undè quousque fibrarum crispatio dolorifica continuat, dolor durat, & sanguis, & lymphæ stagnat; imò sæpè inflammatio & tumor succedit.

III.

Genus: est symptoma depravati Sensus.

IV.

Subiectum: sunt Membranulæ Dentes intime investientes, & nervosæ fibrillæ, poros penetrantes, inque eorum substantiam sese infinuantes; subinde etiam Gingivæ.

V. *Diffe-*

V.

Differentia: Alius intensus alius remissus, alius continuus, alius remittens, alius periodicus: alius filius cauda materia: ein hieiger Fluß, infestans facie rubrâ, inflatâ, Venis & arteriis turgidis, dolore pulsatorio, subinde etiam tumore maxillæ sanguineo, cum dolore tensivo, & pulsatorio, totum capitæ hæmisphærium occupante: alius materia frigida, ein kalter Fluß, infestans signis contrariis, & tumore œdematolo.

VI.

Causa Interna: vel est Humor calidus, serosus, falso-acris, vel acidus, vel nunc mitior, & lymphâ magis dilutus, ex M. S. vel vicinis glandulis ad radicem dentium delatus, vel materia in Dentibus corrupta ac putrescens, ut Vermiculi exinde generentur, vel corruptio proprii dentium alimenti, quod acorem contrahit, hincque fibras, seu membranam nerveam circa radicem dentium crispat & vellicat; imò etiam dentium cariem & corrosionem efficit.

VII.

Cause Externe: Aër, aust. aquil. crapula & omnia, quæ fluxiones excitare valent, item assumpta Saccharata, dulcia, fervida, superbibendo potum frigid. nimis frigida, acida, Dentium caries, Vermes, perforatio.

VIII.

Signa Diagnostica: per se patent.

IX.

Prognostica: Odontalgia per se non est periculosa; contumacior tamen aut diuturnior convulsiones, vigilias pertinaces, infaniam, vitæ periculum, atque alia symptomata gravia excitare valet. Tumor in gingivis, aut maxillis obortus, doloris dentium solutionem asserit, materia translata ad exteriores partes, Dolor Dentium quandoque est infallibile signum conceptionis in Mulieribus: quod plurimè confirmarunt.

X.

Indicationes: sunt dolorem lenire, acidum corrigere, fluentem materiam revellere, evacuare, discutere, Dentes cariosos eradicare Vermiculos enecare &c.

I.

Curatio: fit Præmittendo subinde universalia, præsertim in dolore contumaciori, ut v. g. V.S. largam: alii Venulam, vel arterio-

V 2

lam

lam in auris externa parte (Ohren-Läpel) adurunt, vel incidunt: Alii inunctionem moxæ commendant super eandem partem Auris, purgationem per *Gialap. chysteres, cucurb. scarif.* ad scapul. & cubit. *vesicator.* ad nucham, vel ponē aures, quæ nunquam negligenda, utpote maximè profica, quia serofos humores copiosè educunt: plurimum internè valent *Diaphoretica* ad edulcorandos humores v. gr. *inictura bezoartica, antimonij, mixtura simplex, specificum cephalicum, antimonium diaphoreticum &c.*

II.

Adstringentia & fluxionem inhibentia applicanda, temporibus, si Dolor sit in maxilla superiori, propè aures, si in inferiori; talia sunt Emplastra ex *Mast.* vel *ex pic. nig. cum gall. & alum.* vel *ex sacam. carann.* cum *bals. peruv.* malax. vel *rad. consol. maj. contus.* & admota. Alii etiam auribus infundunt *acetum*, vel vaporem ejus excipij jubent in aurem denti dolenti vicinam, propter vicinitatem partium, & communionem venularum, vel applicetur *Emplastrum Riverii* expertum ad tempora. Vide *River. prax. fol. 285. de dolore Dentium.* Valet etiam *decoctum ligni Guajac. buxi, sassafras.* & *juniperæ* in ore calide detentum; *radix lapati acuti* denti applicata, mira præstat. *Balsamus odontalgicus Dolai* millies probatus. *℞. Laud. opiat. ℥j. ol. camph. caryoph. an. gut. v. cum gossypio* denti impositus. Alii in causa magis frigida instillant *ol. amygd. am.* vel *succ. all. i.* cum *theriac.* est expertum.

III.

Ex topicis Dolorem sistentibus, & causam discutientibus; laudantur sequentia: ut *Sozirell. parv. Minder.* imponendo ejus parum cavitati dentis. *laud. op. s. pill. ejus* parti dolenti indita, seu *ejus Essentia* cum *spir. vin.* extract. cum bombac. denti immissa s. ad *gr. ij. vel iij.* intus exhibitum; prodest etiam *sumus Nicotian.* item eadem Dentibus masticata, uti & *rad. pyreth.* quæ radix S. Apolloniae dicitur, vel in *acet. decoct.* item *decoct. rad. Hyosc. in acer.* vel *aq. vel decoct. Nicotian.* cum *st. cham. decoct. guajac.* in *aq. vel vin.* vel *Fenip.* in *acet. vin.* vel *℞. Vin. alb. generos. unc. vv. rad. Hyosc. alb. dr. ij.* bull. ad consumpt. 3. p. col. add. *acet. unc. s. Fernic. dr. i.* iterum ebull. & col. Valet etiam *Decoct. guajac.* vel *gall.* vel *rad. urt. maj.* vel *C. C. ust. in aq. vel vin.* Profunt fl. *sambuc.* in *Vin. coct.* & sæpius extrinsecus applicati. Egregiè etiam confert *camph.* vel tantillum Denti dolenti intrusa, vel in *spiritu vin. sol.* vel in *acet. decoct.* ac calidè in os sumpta. v. gr. *℞. Camphor. dr. ℥ss.*

coq.

coq. in acet. lib. ℞. ac calidè in os fumatur. Utilia etiam sunt *olea dest.* ut *caryoph. buxi, junip. sabin.* cum *camph. ess. succin* cum *camph. petrol.* cum *camph. rinct. odontalgica* Timæi, *troch.* vel *bals. odontalg.* *Myns.* teste *Foresto* dolore subito mitigat *rad. lapat. acuti.* vere collect. in taleol. incid. dentique applicata. Alii seq. laudant: *℞. Ol. caryoph. ℞. tereb. à. ser. s. camph. gr. iv. M.* indatur denti mediante *gossyp.* ter vel quater in die. Laudantur etiam in causa calida *troch. de nit. pp. s.* dentibus inditi, s. in *aq. solut.* in ore repidè detenti: à proprie juvare dicitur *ossiculum* brachii, vel *femor. dextr. busfon.* aut *rana terrest.* à carne mundatum, quò gingivæ dentis fortiter fricantur; prodest & *fumus hyof.* carbon. inject. & ore haustus, Alii ad *Curas Magneticas,* & *transplantatorias* deveniunt; alii *spir. vin.* in quo *zx.* infus. gutt. ʒ. vel alteram naribus attrahere jubent. Alii *spir. sulph.* in quo *antimon. crud.* per noct. infus. rempora inungunt, si in superiori maxilla Dens doleat, si verò in inferiori, partem dolentem, sed brevè post iterum abluatur *aq. font. nè* cutis aduratur; sedulò hic Notandum: nè hæc & similia adstringentia maxillis applicentur, si eas tumor occupet, propter periculum repletionis ad intrà, & indè obvientem suffocationem.

IV.

Extrinsecus in tumore maxillæ conveniunt *suffr. ex sacch.* vel *succin. mast. sabin. &c.* applicetur *sal* in sartag. tost. vel *emplexira* de *melil.* de *sperm. cet.* vel *camph. in ol. amygd. d.* sol. Si propè radices dentium affectorum parvus tumor durus emergat, intensè dolens, pro suppuratione adjuvanda *lac. rep.* cum *incoc. sic.* & *croco* gargarizandum. Si Vermes in dente fuerint, immittenda aliquot *gran. merc. d.* vel *ol. dest. absinth.* vel *spir. vin.* in quo Aloès ebullierit. Si dolor nullis cedat remediis, Densque omnino cavus, & cariosus sit, vel *filo candenti ferreo adurendus*, quod sine dolore fit, ac remedium tutum est, vel *evellendus*, citra magnam confusionem, vel maxillæ aut Vasorum disruptionem, neque tamen nisi in summo dolore, vel dum fluxio vehemens, aut summa gingivæ inflammatio. Sunt multi, qui, quando Dens perforatus est, ad dolorem auferendum, Nervum instrumento apto adurunt; ad Causam dentis promovendum, expertum est *solum Elleborastri* contritum, quò Dens fricetur; sed *cavendum* nè alii Dentes eò tangerentur, nè etiam excidant. Vel Dens dolens, & cavus (non autem alii) tangatur *Dente hominis mortui.* Si ingens sequeretur Hæmorrhagia, sistenda *pub. vitriol.* vel *remed. Galen. ex aloès, thur. pil. lepor.* cum *alb. ov.* vel *causer. actuali.*

*salv. rorism. tabac. junip. à dr. ʒ. ʒ. mast. olib. sang. drac. à dr. ʒ. myrrh. alum. à dr. ʒ. M. f. pulv. vel cum syr. aut. mell. ros. f. Liniment. Prodest etiam *farin. Virgin.* Mynsicht cum *sang. drac.* In malo pertinaciori optimum remedium est, *spir. sal.* cum *melle*, ad gratiam saporis mixtus, vel *ol. sulf. ag. vulg.* dilut. item frictio dentium cum *rad. polyp.* in *vin. spir. sulf. acificato* immissa & exsiccata. *Balsamum meum* pro dentibus & gingivis, vid. infra de Gingivarum erosione. Circa *acida fortiora* notandum, quod frequentius usurpata, dentes quidem dealbent, sed fragiliores reddant, sensimque erodant. Nigredo Dentium, & Linguae ex esu ceras, vel myrtill. tollitur, suffitu *Candela sulph.* oclusis tamen faucibus.*

CAPUT XVI.

Stupor Dentium.

I.

Nomen : Stupor s. Hamodia dentium, so einem die Zähne verschlagen oder aufstehen.

II.

Definitio : est Molestia & dolor quidam Dentibus accidens, ac masticationem impediens, contingens ut plurimum, post assumpta acida, vel eadem vomitu rejecta, ut in affectione hypochondriaca.

III.

Curatio : prodest *portulaca* rec. masticat. *Casem* rec, vel vetust. *siliq. ova* ad duritiem coct. vel dentes *sale* fricare, vel masticentur *amygdala*, vel *nucis avellana*.

CAPUT XVII.

Algor Dentium.

I.

Nomen & Definitio : Algor Dentium, est Vitium eorum, quo frigidus tactu notabiliter alterantur, & specialiter dolent, cum impedimento masticationis.

II.

Curatio : Prodest in hoc affectu *spir. vin.* dentibus affrict. *pan. calid.* vel *viselli ov.* affat. calide masticat. *theriac.* dentibus affricta.

CAPUT

CAPUT XVIII.

Stridor Dentium.

I.

Nomen & Definitio : Stridor Dentium, das Zähne appern, est maxillarum vehementissima contractio, cum stridore, dependens ex impetu convulsivo musculorum, maxillam inferiorem deorsum moventium.

II.

Curatio : tollitur curatis Convulsionibus.

CAPUT XIX.

Vacillatio Dentium.

I.

Nomen & Definitio : Vacillatio Dentium, das Zähnwackeln, est eorum nimia mobilitas & laxitas; dependens vel ex ictu, casti, vel à defectu alimenti, ut in Senibus, & Convalescentibus, vel à nimia humiditate radices dentium laxante, vel etiam simul Acrimonia scorbutica, ex particulis corrosivis acidis & volatilibus, Gingivarum poros penetrante, eos corrodente, ac spiculis suis connexionem cum dentibus debilitante, imò sæpius etiam dentes quoad corticem exteriorem exedente, & denigrante.

II.

Curatio : dirigenda potissimum ad Gingivarum erosionem. Uten dum collut. oris v. gr. *Herb. cochlear. veron. salv. prunell. à manipul. ʒ. polypod. q. unc. ʒ. mast. myrrh. à dr. ʒ. alum. dr. ʒ. incif. & contul. coq. cum aq. salv. lib. ʒ. col. add. mell. ros. unc. ʒ. ʒ. M. detineatur calidè in ore, si putredo adsit. R. Oxymell. squill. mell. ros. à unc. ʒ. myrrh. pulv. dr. ʒ. alum. ust. scr. ʒ. M. teste Borell. cap. 2. observ. 55. parum alum. in unc. ʒ. spir. sulph. solut. cum unc. vi. conf. ros. mixt. & deterfo dentium tartaro, instar Opiatæ admota, intra 15. dies Dentes dealbat, firmat, & carnem gingivarum restituit. *Mermann*: seq. probat. R. Alum. dr. ʒ. dissolv. ad ignem in unc. ʒ. acet. add. mell. unc. ʒ. coque ad consistent. Elect. mollis quod m. & v. gingivis affricetur. Sequens *Musitani* est expertissimum, ad Vacillantes Dentes, & immobiles reddendos præservative*

X

& cu-

& curative, idque potest adhiberi, vel per modum Decocti, vel destillatæ aquæ pro Collutione oris. *R.* *Fol. salvia, rosmarini, sorb. olea, myrtill. pylozell. flor. ros. rubr.* (qui in feminis omitti possunt) *balauft. au. mj. rad. bistort. ʒʒ. sſymphyt. mā. ʒj. nuc. cupressi. N. XVI. sancalè rub. cort. citri, an. ʒʒ. macis, myrrh. an. ʒiʒ. sang. dracon. gumm. arab. wast. iragacansh. an. ʒiʒ. sārccocoll. ʒj. alum. ust. ʒiʒʒ. pyreth. ʒj.* contund. contundenda & incid. incidenda, & superaffunde *Vini nigri lib. x.* stent in calore digestionis, & per cucurbitam vitream, cui recipiens adaptetur & destill. secund. art. Si Dentes exciderint, locum suppleant factiti ex *ebore*, vel *dente hippopotami* parati, & filis aureis Dentium serici adaptati.

CAPUT XX.

Gingivarum Erosio.

I.

Nomen & Definitio: Gingivarum erosio est affectus, quo Gingivæ ab humoribus acris, scorbuticis, subinde etiam à vaporibus ex lumbicis elevatis (in pueris enim gingivas corrosas habentibus haud vana suspicio Vermium esse debet) eroduntur, ac flaccidæ, tumidæ, ulcerosæ, cruentæ, & corruptæ redduntur, sub nomine Mundseple, nonnunquam etiam absuntuntur.

II.

Curatio: Præmissis universalibus adstringentibus, consolidantibus, & putredinem inhibentibus; ut collur, oris ex decoct. in vin. vel ex decoct. *salv. rosm. in ag. cum pauco alum. vel R. Herb. salv. mij. fl. malv. hort. rub. mj. rad. polypod. unc. ʒ. f. decoct. in lib. i. ag. font. col. add. mell. ros. unc. i. ʒ. Alum. ust. dr. i. lap. prun. dr. ij. M. vel R. Rad. pensaph. unc. ʒ. fol. salv. myrt. pilosell. nasturt. ag. à. m. ʒ. fl. ros. rub. piij. balauft. cort. gran. à. unc. ʒ. coq. in vin. rub. & ag. plant. à. lib. i. ʒ.* contineatur mane in ore calidè. *R. Gall immat. calic. gland. balauft. à. unc. i. ros. rub. ʒj. alum. crud. dr. ij.* coquatur in aqua ferrat. p. 2. & i. vin. rub. anst. vel aqua Dolet, in omnibus affectibus Gingivarum experta. Vel aqua mea ad idem experta. Vel *mixtura Ettmüllerii*, vel *decoctum, Pulvis, & Electuarium meum* de quibus vid. *promptuarium, fol. 255. Balsamum meum* pro dentibus & gingivis. *R. Pulv. C. C. ust. corall. alb. an. ʒʒ. succin. alb. tartar. Venet. an. ʒj. cort. granat. ʒj. cayroph.*

*ʒjoph. ʒʒ. mis. f. Pulv. subtilissimus, & cum melle Virgineo. f. S. A. Balsamus, dein gingivæ illinantur Diamor. spir. vitr. acificat. vel ol. vitr. cum melle ros. vel syr. de ros. sic. mixt. ad intensam aciditatem. Profunt & Linimenta parata ex melle ʒʒ. sulf. vel sal. acificat. addendo pulv. sol. salv. fl. aquileg. alum. rad. ir. flor. myrrh: C. C. ust. unc. i. ros. rub. sang. drac. unc. cupress. cin. tabac. etc. R. Alum. crud. dr. i. ʒ. fl. aquileg. sol. salv. à. dr. ij. rad. ir. fl. dr. i. ʒ. myrrh. cl. ser. y. mell. ros. q. f. M. f. Linim. Efficacius erit, si mel imprægnetur gutt. aliquot, ʒʒ. sal. vel vitriol. hoc illin. quotidie bis gingivæ. Vel *R. Pulv. sol. aquileg. salv. ment. crisp. nuc. mosch. à. unc. ʒ. alum. ust. unc. i. mell. ros. q. f. M. f. Linim. M. laudatur etiam ʒʒ. cochlear. cum mell. ros. mixt. utilis etiam tinc. lacc. vel seq. R. Crem. ag. calc. vitr. supernatant. dr. ij. gumm. lacc. dr. ij. vitriol. cyp. gr. ʒj. ag. ros. salv. à. unc. i. ʒ. folv. leni calore, ac eò laventur gingivæ; quod remedium probatum. In malo graviore quandoque deveniendum ad Ung. Egypt. vel ag. Virid. Hartmann. Plater. &c. plura vid. sequenti capite.**

CAPUT XXI.

Aphthæ, seu Ulcera Oris & Faucium.

I.

Nomen: Aphthæ, das Surfer, oder auschlagen des Munds.

II.

Definitio & Cause sunt exulcerationes, & excoriationes, aliarum vel omnium Oris partium. Quandoque etiam & æsophagi ac ventriculi, cum escharis subinde variorum colorum, exortæ, à vaporibus vel humoribus acris, biliosis, falsis, acidis, vel malignis, ut in febr. malig. lue Vener. vel scorbuto infectis, vel ab ichore salivali corrupto, vel in infantibus ex lactis corruptione, & exindè orta acrimonia & acefcentia.

III.

Causa Dispositivæ: Infantes tenelli, adulti etiam, & præcipuè mulieres mensium suppressione laborantes, gravidæ, scorbuticæ, febribus malignis laborantes.

IV.

Differentiæ: alia Ulcuscula sunt alba, alia flavia, alia nigra, alia benigna, alia maligna, alia profundiora, crustosa, & sordida &c. alia leviora, alia deteriora, alia pueros, alia adultos afficiunt alia

à bile, alia à sero, seu lymphâ vitata, alia purida & cacœtica, alia cum inflammatione, alia sine eadem.

V.

Signa Diagnostica: ex Causis patent.

VI.

Prognostica: Faucium exulceratio cum febre mala, & cum alio insuper pravo signo, apparetis mortis periculum minatur; denotans malignam humorum acrimoniam. *Vallesius* multos hâc affectione perire observavit, ad gravissimum fastidium cibi & potus. Aphthæ aliàs facillè curantur, præsertim albæ, & tenui crusta tectæ, malè aut diunt flavæ, pessimæ profundiores, putridæ, nigrae, crustosæ.

VII.

Curatio: præmittendo si opus Universalia, præsertim in adultis per V. S. purgationem ex *man. cass. tamar. syr. rosar. sol. cucurb. scarif. vesicas.* ad cervic. *hirud.* propè aures, temperantia, ut *ser. lact. baln. ag. d.* vict. refrigerant, &c. fit topicis, uti, si inflammatio simul conjuncta sit, locum habent *Crem. hord. gargarif. ex lact. cha. hyb.* inunct. ex *mucil. sem. psyl. cydon.* cum *ag. ros. extr. syr. de mor. de ros. sicc. de rap.* cum *vis. pp. ag. plant.* cum *mell. ros.* si hinc non eadat, vel non addit inflammatio, unicum ac summum remedium est, teste *River. spir. vitr.* aut *sulf.* qui in adultis purus usurpatur, intincto in eum gossypio, bacilli apici alligato, eoque ulceri levissimo tactu admoto: In pueris cum *mell. ros.* miscetur, ut aciditas linguam leviter feriat, ac cum penicillo ex linteo baculo alligato Aphthæ frequenter illinuntur; huc spectant omnia remedia de gingivis erosis, & exulceratis dicta: v. gr. *Decoët. satureya,* vel *veron.* ex *vin.* cum *mell. ros.* addendo aliquid. *alum.* in affectu contumaciori, frict. cum *virid. fol. labv.* inunct. cum *nuc. Mosch. combust.* cum *mell. ros.* vel *z.* *Syr. de ros. sicc. mell. ros. à. dr. ij. ß. mast. cl. pulv. dr. ß. ß. vitr. gut. vj. M.* in summo dolore & inflammatione ad *laud. op.* deveniendum. Si fordidâ & profunda fuerint ulcera, *Ung. Egypt. cum mell. ros.* miscendum, vel *alum. ust.* *Decoëtis v. gr. z. Ung. egypt. unc. ß. mell. ros. unc. i. syr. de ros. sicc. dr. ij. M. z. Mell. ros. unc. ij. rob. diamor. unc. ß. alum. ust. spir. vitr. à. scr. iv. M.* Præservatio fit, ablutioe per *urinam* illius infantis. Si pueris à vitio lactis contingunt, nutritrix mutetur, vel ejus lac corrigatur Diætâ, & remediis aptis. Multum facit *Decoëtum Veronicæ* intus sumptum, & extrâ cum *rob. Diamoron* & una vel altera gutta *syr. vitr.* vel *Mucilago sem. psyllis* & *cydoniorum* cum *agua plantaginis* extractâ, intus etiam in summis Doloribus valet *requies Nicolai ad gr. j.* data.

CAPUT

CAPUT XXII.

Relaxatio Uvula seu Columella, & Tonsillarum Palati.

I.

Nomen: Relaxatio Uvulæ, so einem das Säpfel entsaffen, oder herunter gesunken.

II.

Definitio, Cause & Signa: est ejusdem p. n. à pituita slymphâ crassiore laxatio & elongatio, citra inflammationem, ut longior facta, partem superiorem œsophagi contingens, nauseam pariat, ac radici linguæ incumbens, titillationem molestam in faucibus excitet, ut hâc laborantes, eam perpetuò, frustra vorare & excreare velint, metuantque, nè ejus impetu strangulentur, præsertim si tumor tonsillarum accedat.

III.

Curatio: dirigenda ad Catarrhum quoad universalia, & Diaphoretica.

IV.

Topicis in principio adstringentibus, & repellentibus ut in Angina, hinc resolvent. & exsiccantibus, ut süssitu *succin.* ore excepto, quod est specificum *Ruland. pulv. cort. gran.* addito tantillo *pip. v. g. z. Ros. rub. balaust. cort. gran. à. dr. ß. rad. bistort. torment. gall. zmmat. ir. flor. à. dr. i. alum. ussi scr. ij.* misce f. Pulvis qui applicatur spatulâ, vel cochleari exiguo ad id specialiter concinnato. Vel *z. Gall. zmmat. dr. i. ß. cort. gran. dr. i. fl. ros. rub. equiset. an. dr. ij. lap. calaminar. præp. dr. i. ß. alum. ust. dr. ß. M.* Prodest etiam *ferment.* cum *spir. vin.* humect. & vertici impositum; vel imponatur vertici *ferment.* cum *succino alb. pp.* & guttæ aliquot *ol. carioph.* utendo simul gargarif, ex *decoët. fol. ligust.* cum *sale prun.* Alii applicant *sal decrepitat.* vel *armon.* cum pauc. *pip.* vel sequens pulvis: *z. Pulv. flor. ros. balaustior. an. z. j. succi acatiz z. j. B. Gallar. alum. erudi an. z. j. z. z. j.* misc. hoc pulvere tangatur Uvula. Vel *z. Decoëtum vinca pervinca,* gargarisatum est expertissimum. Alii pilos quosdam verticis sursum trahunt. Ultimum remedium est Chirurgia, si nempe Uvula sphaclata aut nimium extensa sit, ut abscindatur. vide *Æginetam Hildanum, Lusitanum, Bartholinum, Aquapendensem.* Plura vide sequenti Capite.

X 3

CAPUT

CAPUT XXIII.

Angina.

I.

Nomen: Angina ab angendo dicta, seu Strangulatio, s. Suffocatio, Squinanthia. Hals-Wehe, Hals-Bräune, oder Aypstem.

II.

Definitio: est inflammatio summarum gulæ gutturisque partium, à stagnatione & effusione sanguinis fervidioris seu lymphatici exorta, affligens cum febre continua acuta, difficultate spirandi, & deglutendi.

III.

Genus: est Morbus Intemperiei, cum aucta magnitudine, seu discrasia sanguineo-bilioso-ferosa.

IV.

Subjectum: sunt laryngis & pharyngis muscoli, glandulæ, partisque aliæ vicinæ, tonsillæ, fauces, palatum.

V.

Differentia: Alia est angina vera, & exquisita, de qua dictum, alia notha s. spuria, quæ est tumefactio harum partium, uti etiam Uvulæ, tonsillarum &c. dicitur *angina alba*, quæ plerumque est sine febre, vel saltem exigua: estque obstructio harum partium à circumstantium constitutione plus minus adematosa, exorta à lymphâ glutinosa plus minusque aceri, nunc irritante, & phlogosin excitante, nunc glandulas infarciende, & sanguinis motum plus minusque impediende; affligit hæc sine febre, vel saltem cum lenta, & solo impedimento deglutendi. Vera alia dicitur *synanche*, dum interni faucium. s. pharyngis muscoli, alia *parasyanche*, dum externi inflammantur, alia *cynanche*, dum internæ partes laryngis. Subinde etiam ipse pulmo est inflammatus, atque hæc omnium vehementissime affligit, cum Orthopnea, oris rictu, linguæ exsertione, oculorum prominentia, faciei rubore, aponia & potius per nares regurgitatione; alia *parasyanche*, dum exteriores laryngis Musculi inflammati, Divisio hæc magis speculativa est, quam practica, cum utplurimum simul larynx & pharynx, utut nunc una pars magis, altera minus efficiatur, prout cognoscendum ex læsione respirationis vel deglutitionis & sensu doloris: alia Angina est, in qua tumor sive intus, sive extra, sive utrobique apparet, alia in qua nullus adest tumor sensibilis,

bilis, ac ideo *Aretæo* haud ineptè lætens dicitur, item: Angina alia est *Epidemica* & *maligna*, quæ publicè graffatur, ex aëris maligna qualitate imbuti, vel etiam ex victu simili exorta; alia simplex, & *benigna*. Alterius quoque Anginæ mentionem facit *Hippoc. 4. aph. 35*, dum ait: *Si febre decento repente collum intorqueatur, ut vix deglutire queat, nullo existente tumore, lethale est.* Hujus causam Veteres ad luxationem vertebrarum cervicis. *R. R.* autem meliùs ad convulsio-nem emprosthotano similem deducunt. Hæc luxatio seu potius convulsio plerumque contingit in vertebra secunda cervicis, seu dente, seu dentiformi, circa quàm à vehementi defluxione oritur *Phyma* seu tuberculum, à quo membranæ & vincula vertebrarum convelluntur, quæ convulsio illam luxationem inducit, fitque ea luxatio vel in antica parte, & vocatur *Lordosis*, sive Excavatio; vel in posticam, & dicitur *Cyphosis*. Utraque plerumque est lethalis, si verò ad alterutrum latus luxatur, dicitur *Scoliosis*, seu obliqua excavatio, quæ tam periculosa non est.

VI.

Causa Interna: eadem que aliarum Inflammationum, v. gr. glandularum & valorum sanguiferorum, maximè lymphaticorum internorum & externorum colli: obstructio à sanguine, maximè lymphâ coagulata, vasa distendente vel lacerante vel comprimente, ad eoque dolorem & inflammationem inferente.

Dices: Sanguis extravasatus sit immediatè grumofus, & ineptus ad inflammationem, motum & effervescentiam: *R.* Distinguo: quoad motum progressivum concedo, quoad motum fermentativum seu intestinum, nego; ad faciendam autem in parte inflammationem non semper requiritur: ut extravasetur, sed sufficit, ut stagnet, & progressivus sistatur, & intestinum motum augeat.

VII.

Externa: Aër frigidus subitò inspiratus post intensam corporis incalcescentiam, vel eodem modò assumptus potus frigidus, tempestas pluviosa *3. aph. 16*. Inspirata fermenta Epidemica, res ineptè deglutitæ, & in faucibus hærentes, inunct. mercuriales ineptè institutæ, crapulæ sive cibi & potûs quantitas, qualitas, tempus, motus, & mos excedens, motus corporis violentus, febres ardentes, ætas juvenilis, sexus muliebris, suppress. mens. hæmorrhoid. &c.

VIII.

Causæ Dispositivæ: ætas juvenil. temperam. sanguineum, tempus inter vernum & æstivum medium, russi. Viri magis quàm femineæ, quia sunt frigidiores.

IX. Signa

IX.

Signa Diagnostica: posita in definit. & differentiis. Incipit hic morbus cum rigore & horrore, sequitur febris sæpe acutissima, & paulò post dolor, & faucium inflammatio, cui nisi maturè succurratur, æger statim nec deglutire amplius valet, nec spiritum per nares ducere, cum periculo suffocationis, & tamen absque ullo Thoracis & pulmonum vitio. In *Synanche* vulgò *Herg-Bräune*, maxima est respirationis læsio, & strangulatio, & non nisi erecta cervice, & aperto ore respirant; in aliis speciebus sunt omnia leviora. In spuria seu alba, aut nulla, aut exigua est febris.

X.

Prognostica: Angina vera est morbus acutissimus & valde periculosus, præsertim Cynanche 3. vel 4. die strangulans; de hac loquitur Hipp. 4. aph. 34. dum ait: *si febre detento, nullo apparente in faucibus tumore, strangulatio subito superveniat, lethale*. Hinc Paracynanche levior est, Synanche deglutionem magis lædens, lævissima est. Paracynanche, de qua loquitur Hipp. aph. 37. *Anginâ detento, si tumor appareat in collo, bonum; foras enim existit, morbus*. idem 5. aph. 10. ait: *quibus ex Angina liberatis, ad pulmonem mali sit conversio, intra 7. dies intereunt, si verò hos effugerint, purulenti evadunt*. Sicut strangulatis & suffocatis ex Hippocr. 2. aph. 43. ita & anginosi spuma circa os apparens, lethale signum. Item 7. aph. 60. si febre correpto tumore non existente in faucibus, suffocatio repente superveniat, & non possit deglutire nisi cum difficultate, summè lethale. Item vide 7. aph. 49. Tumores faucium in Angina, sine vera ratione repente evanescentes, lethale signum, ex Hipp. in coac. quò minùs oculis se fissit tumor, eò majus periculum. Si in Angina venæ sublinguales apertè parùm vel nihil sanguinis stillent, pro malo habetur signo. Notandum: quòd semel Anginâ detentus, facillè eadem denuò corripiatur, quia semel apertis vas, & fibris malè dispositis, succi aciores facti, vias priores repetunt, & vasa ad apertionem disponunt. Notandum 2do quod non rarò insperatè salus obtingat, quandò Angina in abscessum abit, quo tandem ruptò, suffocationis periculum æger declinat, si externus sit abscessus; idem etiam fit, quandò per alvum vel urinam natura materiam peccantem evacuat.

XI.

Indicationes: Quæ in aliis Inflammationibus, nempe sanguinem affluentem revellere, discutere, vel suppurare.

I. *Curasio*.

I.

Curasio: cùm Angina sit morbus acutissimus, & unâ interdum die hominem occidat, magna remedia summa curâ & diligentia, & citissimè administranda; si enim in ullo morbo cunctari malum, in hoc certè pessimum erit, ob inevitabile suffocationis periculum, & quidem administrando quantocyus *Vena sectionem*, quæ tantopert est necessaria in hoc affectu, ut à nullo contraindicante retardari debeat, quia hæc remedium optimum, præsentaneum, & compendiosum, eamque pro necessitate sæpius repetendo, & quidem 1. ex brachi, hinc etiam ex pede, præsertim in foeminis, vel suppressis mensibus. Pro derivatione aperiendâ *Vena Sublinguales*, quarum apertio interdum sola præcavet angultiam, dum sentitur Anginæ principium, ubi nec febris magna, nec corpus plethoricum.

II.

Aliæ etiam revulsiones, & derivationes instituendæ per *frict. lor. pedum. cucurb. scarif.* ad scapul & lumb. *vesicat.* quod statim post V. S. cervici admovendum, item ex *Zacut. p. p. cucurb. scarif.* sub mentum vel scarificat. profundè sub maxilla & supra collum. In tonsillarum inflammationibus sæpius recurrentibus ex lymphæ vitio, convenientissimum præservativum est *fonticulus*. Sunt nonnulli, qui in Angina desperata *venas jugulares* aperiunt, hoc modo, nempe caput ægri ad latus intorqueatur, quantum potest, ut mentum humerum ferè attingat, mox vena aperienda sine ligatura, angustò foramine, secundum illius longitudinem (sic enim facilis coalescit) ut extractâ sufficienti quantitate sanguinis, caput reducendo ad statum naturalem, sanguis plerumque spontè cohibeatur, pro majori tamen securitate vulneri applicando *pulverem stegnoticum cum albumine ovi* subactum, teste *Zacut. prax. admir. lib. 1. obs. 89.*

III.

Lenitiva exhibenda, vel cùm ut plurimum anginosi purgari nequeant, donec meatuum angustia majori ex parte sublata, si frequentibus *clysteribus*, alvus subducenda, iisque subindè acrioribus, præsertim si pituita concurrat, Vel si æger deglutire possit, detractò sufficiente sanguine, sequenti die *purgatio levis* usurpanda, non expectatâ materiæ digestionè; fortis autem danda non est, nè valdè com motu humores, ad partem affectam irruant. Sic sufficit *mannæ, cassiæ, vel aqua laxativa.*

IV.

Vomitória à R. R. nonnullis commendata, non conveniunt, nisi vel in principio morbi, si adstita marinis oris, cum gravitate hypochond.

Y.

chond. & propensione ad vomitum, ac nausea. Vel si morbus per contagium excitatus, primæque viæ cacochemiâ scateant, vel in statu periculoso, ubi facta suppuration, quæ tamen ob angustiam, & ineptitudinem loci ad profunditatem sitûs scalpello aperiri nequit, quin potius ex tumore imminet suffocatio, vel metus sit, nè apertus in pulmones irruat; ubi vomitus periculosum quidem, fatis tamen tutum remedium est, quia unicum est.

V.

In maligna & epidemica Angina, V. Sectione cautissimè administratâ, & omiffa purgat. *Diaphoret.* appropriatis agendum, quæ etiâ in benigna, præmiss. V. S. locum habent, ex *mixt. simpl. antim. diaph. dent. apr. succ. sterc. equin. &c. C. C. phil. pp. sal. volatil. C. C. viper ar. antihæcticum, unicornu verum & fossile, mandibule lacû piscis, stercus Caninum, seu alb. grac.* Hæc autem neque in pulvere, neque bolo, neque pilulis sed in forma potûs danda, nempe in *aqua caponis destillata, aq. cordial. frig. liquor. pectoral. Myns. sine sulphureis, loco illorum addendo antihæctic. Poteri.* Laudatur etiâ *sanguis hirci, antimonium diaphoret. ras. dent. aprè, nitrata, v. g. x. Aq. scorz. unc. i. ß. sambuc. unc. i. cinnam. bugloss. dr. ij. antim. diaph. truct. bez. a. dr. ß. syr. acetos. cit. dr. ij. M. pro 2. Dosibus.*

VI.

Utendum Gargarism. quâvis horâ, vel injectionibus per syringam, si vires debiles, vel saltem resupinato corpore sine agitatione, ad unum vel alterum cochlear in ore detineantur, cum Gargarismi ex motu & agitatione partium inflammatarum suspecti, præsertim in progressu morbi, parantur ex decoct. hord. vel *Decoct. hord. mj. ij. fl. malv. hort. lsb. i. ß. Diamor. mell. ros. an. unc. i. ß. spir. vitr. scr. ß. M. Aq. plant. ros. rub. sperm. ran. a. unc. iv. alb. bum. ov. in aquam agitando redact. N. ij. sacch. alb. cand. dr. ij. M. ß. Fl. ros. rub. m. ß. balausf. p. j. fol. plant. scabios. a. m. ß. rad. bistort. dr. ij. cupul gland. dr. i. incis. & conquat. coq. ex aq. s. q. in col. lib. i. dissolv. mell. ros. unc. ß. Diamor. unc. i. ß. addunt alii spir. sulph. vel sal. prunell. Gargarismus Dolæi probatus. x. Decoct. fol. salicis lib. j. spir. sal. armon. ʒ ij. sacch. cand. q. s. misc. f. Gargarismus. Vel semen sinapi in aqua mellis coctum & sæpè gargarifatum, est summum experimentum. In magno Dolore prodest gargarismus, ex lacte chalyb. vel lact. & aq. plant. an. ad p. eq. quo Forestus anginas ad miraculum curasse dicitur. In Angina magis pituitosa, admiscenda sunt resolyentia, discutient, & volaulia ut *sem. sinap. ß. vin. ß. sal. armon. &c.**

V. G.

v. gr. *Aq. plant. lib. s. acet. vin. unc. i. sacch. alb. unc. i. sem. sinap. dr. i. vel spir. vin. unc. i. vel spir. sal. armon. dr. i. M.*

VII.

Topicis extrinsecè utendum: ut *ol. amygd. d. applicat. cum lana succid. vel lana ovilla nigra in ol. chamom. frix. ac cum lint. duplicat. involuta, appositio desuper empl. de melilot. vel x. Ung. de alb. unc. ij. ol. cham. unc. ß. philof. dr. ij. M. Ol. chamom. lil. alb. amygd. d. a. unc. i. pingued. Gallin. butyr. rec. a. unc. i. ß. croc. scr. i. M. Ru-land. commendat Cataplaf. ex absinth. contus. cum axung. porc. mixt. Thoner. seq. *Cass. rec. extr. unc. i. ß. ol. chamom. amygd. d. an. unc. i. M. crassô linteô obductum applicetur sub mento. Efficacissimum est Cataplaf. de nid. hirund. Mynsicht. *Ë. Hirund. nid. N. i. fl. malv. violar. an. mj. rad. alib. lil. alb. an. unc. ß. sic. ping. par. iij. fl. cham. mellil. an. pj. coq. & contund. add. sarin. hord. sem. lin. fenug. an. dr. ij. croc. scr. i. butyr. rec. unc. i. ol. chamom. amygd. dul. an. q. s. misc. *Ë. Far. hord. sab. an. unc. iv. pulv. nid. hirund. unc. ij. sterc. can. alb. unc. i. ß. mell. unc. ij. ol. ros. q. s. *Ë. Nid. hirund. N. i. sterc. can. alb. mj. coq. in vin. vel lact. prout opus ad consist. Catapl. vel pistentur cum mell. & axung. porc. ol. septem flor. Myns.*****

VIII.

Tumore ad suppurationem vergente, quod plerumque fit 4^{to} vel quinto die, eadem adjuvanda Gargarif. ex lact. incoctis ficub. vel *Ë. Rad. liq. ras. passul. mund. an. unc. i. caric. ping. N. vi. sem. alb. cydon. an. dr. ij. fl. cham. pj. coq. in f. q. aq. in col. dissolv. mell. commun. vel ros. unc. ij. croc. scr. ß. m. yrrh. dr. ß. M. Extrinsecus convenit Catapl. ex nid. hirund. add. cep. subcin. coct. vel *Ë. Medull. pan. tris. lib. ß. rad. alb. lil. alb. an. unc. i. sem. lin. dr. vi. fenug. unc. ß. coq. ex lact. ad consist. pult. trajic. per setac. add. ol. amygd. lil. alb. an. dr. vi. butyr. rec. unc. ß. croc. dr. i. vitell. ov. N. i. Milce.**

IX.

Abcessus maturatus, quod ex symptomatum remissione patet, aperiendus, vel digitis in fauces immisiss, vel scalpello incurvô, vel cutrô lignèo acutô, vel candelâ cereâ, vel attractu *ol. vitr.* Vel per vomitum, vel spong. filo alligat, deglutit. & retractam. Aperto abcessu ulcus mundificandum, & detergendum, *decoct. hord. cum mell. ros. vel Ë. Herb. prun. salv. veron. rad. polyph. glycyrrh. an. dr. ij. all. crud. dr. i. mell. ros. unc. i. coq. in f. q. aq. s.*

X.

Si suffocatio imminet periculum, & abcessus nec removeri, nec aperiiri valeat, ultimum, non tamen minus rarum, quam pericu-

losum

Y 2

Iosum est remedium *broncha*-vel *laryngotomia*, quæ est aspera arteriæ, in parte ejus membranosa, intra duos annulos sectio: hæc rarissimè, propter periculum, & prostitutionem artis in usum vocatur, pleurique enim moriuntur, maximè si pulmo & aspera arteria jam sit affecta.

XI.

Dieta: aër sit temperatus, vitetur calidus, qui humores fundit, & inflammationem auget; frigidior poros constringit, & coagulat humores. Victus admodum tenuis ex *jussul. gall. bordeac. ov. sorbitub.* sorbitiones per cannulam, si aliter nequit, hauriat. Nonnulli Clyster, *trophinos* seu nutrientes commendant, qui tamen vix quidquam efficiunt; alii odore *panis*, & *carnium* ægros restaurant. Vinum Venænum hic est; hinc ejus loco bibatur *decoct. bord. liq. & passal.* Vel *decoct. citr.* v. gr. *Hord. mund. & excort. cochl. 2. passul. min. sacch. an. cochl. 1.* coquatur in *mens. 1. B. ag.* ad remanent. 1. *mens.* vel *B. Rad. liq. dr. ij. passul. min. bord. mund. spec. decoct. pect. an. mj. coq. in 2. mens. ag.* ad consumpt. med. vel *agua fontana pane tost.* vel *latere ignito*, vel *prunis candentibus correctæ lib. s.* in qua dissolve *salis prunelle* ʒß. Somnus & vigilia moderata sint; æger capite sublimi, & erecta cervice respiret, alvus sit aperta, imperetur quies, & maximè linguæ. In *Angina notha*, *Dieta* petatur ex Capite de Catarrhis.



CAPUT XXIV.

Lasiones Vocis, Aphonia, Balbuties & Raucedo.

Læsio Vocis, est ejusdem vel deficientia, dicta Aphonia, vel amissa loquela, contingens, vel vitio thoracis non expirantis, ut in Apoplex. convuls. graviore; vel vitio laryngis, s. ob rimulam ejus coangustatam, vel constrictam à tumoribus vicinis, rebus assumptis &c. musculorum & nervorum vitio, nunc paralytico, ex crapula, casu ab alto, copia phlegmatis, magna raucedine, s. convulsivo ut in paroxys. hyster. vermibus, febrib. &c. s. ob subitanam spirituum perturbationem, ut in terrore percussis, vel vitio linguæ; vel est ejusdem depravatio, & quidem vel in blasfate, *Eispfen*, dum una littera, vel syllaba pro altera præter voluntatem præfertur: vel in affectu, quem vocant *Schnarren*, dum literam R. ritè pronunciare nequeunt: Vel in balbutie, dum litteras, vel syllabas quasdam inter pronuntiandum absorberent, & quasi supprimunt; quorum omnium causa refertur, vel

ad

ad linguæ nervorum, & musculorum intemperiem, plerumque humidiorè, s. nativam, ut in ebriis, vel ad malam linguæ conformationem, ut nimiam ejus brevitatè, vel crassitiem; Vel in Raucedine, de qua hic potissimum sermo.

I.

Nomen: Raucedo, Raucitas, s. Ravis, german. *die Haiffertelt.*

II.

Definitio: Est remissio Vocis morbifica, à sua naturali gravitate: imò inæqualis, substridula, & semisona, exorta, ex læsione organorum Vocis, & præcipuè asperæ arteriæ.

III.

Genus: est Morbus in superficie.

IV.

Subjectum: In Definitione positum.

V.

Causa: est Lympha, quæ licet naturaliter in asperam arteriam, ex membrana ejus glandulosa, ac glandulis juxta annulos laryngis sitis transudet, pro ejus humectatione, planitie, & defensione ab inclementia aëris; hic tamen copiosius effunditur, & quidem nunc tenuior, nitior, nunc crassior, mucosa, inspissata in raucedine inveterata, ex irritatione laryngis, & asperæ arteriæ, tum à causis externis, tum internis.

VI.

Interna: sunt Lympha acrior, salstior, acidior, vel etiam materia purulenta, titillando vel irritando ubiorem lymphæ effusionem concitans: hæc lympha ad Veterum mentem, à capite destillat; juxta R. R. probabilis, ex propriis laryngis, & asperæ arteriæ glandulis effunditur, internas partes quandoque excorians, ut in lue vener. scorbut. tussi crebriori, phthifica, ac empyematica &c. Inveterata Raucedo sequitur quandoque occultam pulmonum Vomicam, item ulcera faucium, corrosionem Uvulae, vel nervi vocalis.

VII.

Causa Externa: sunt aër Hybernus, fumus sulphuris aliique acriores, diuturna loquela, vociferatio intensior, cachinnus diuturnior & vehementior, potus glaciatus in summo calore &c.

VIII.

Prognostica: Aphonia, est nunquam bona, ac non periculosa; non tamen semper lethalis, præsertim, si illam critica evacuatio sequatur. Per se incipiens, & solitaria, successivè curabilis est. Ferulosa

culosa est illa, de qua loquitur *Hippocrates 5. aph. 3.* si ebrius quispian derepente obmutuerit, convulsus moritur: nisi febre corripatur, aut quâ horâ crapula solvitur, vocem recuperet. Item *7. aph. 58.* ait: *quibus occasione aliquâ cerebrum vehementer concussum fuerit, mutos fieri protinus necesse est.* Pessimæ sunt Aphonia junctæ cum singultu, & virium exsolutione. Raucedo per annum, vel 2. confirmata, vix sanatur; quæ ex suppuratione aut tabe fit, mortis brevè futuræ prodroma est. Sic quoque Raucedines, ob resectionem vel corrosionem nervi vocalis, vel Uvulæ, post antiquum morbum gallicum, incurabiles.

IX.

Indicationes: pro varietate Causarum variant.

X.

Curatio: In Aphonia ad primum morbum dirigenda, in Raucedine, præmissis universalibus, ut V. S. evacuatione, sudorif. fonticul. arteriaca palmam cæteris præcipiunt: *Syrupus de erysimo Lobelij*, qui est summum specificum in raucedine: ut v. gr. R. *Syr. jujub. liq. viol. an. unc. ʒ. papav. alb. dr. iij. M. ʒ. ol. amygd. d. rec. unc. ʒ. sacch. Cand. viol. q. s. M. ʒ. Mucil. sem. psyl. ag. viol. extr. unc. ʒ. ol. amygd. unc. ij. syr. viol. sacch. cand. alb. ʒ. q. s. M. f. Linct.* addendo quandoque *balsam. sulf. cereb. vel anis. scr. i.* prodest etiam *Diacod.* in Rotul. ad *unc. ʒ. ʒ.* item *succ. glych. inspiss. rotul. beebic. alb. rub.* vel parat, ex *spec. Diarrag. frig. cum ol. anis.* conducit insul. calid. *Thee, veron. salu. spec. decoct. pectoral. & c. decoct. secundarium raparum cum sacch. rob rapar. passular. decoct. passul. cum anis. fl. sulph. ex ovo serbil. sperm. cet. an. dr. ʒ. ad dr. ʒ. ex brod. calid. item ʒ. Caric. ping. daltyl. jujub. an. unc. ʒ. liq. dr. ij.* coquatur in *aqua scabios. & plantag. ad ʒ. in col. unc. iv.* dissolv. *syr. viol. jujub. liq. an. dr. ʒ. M.* pro Gargarismate.

XI.

In magis inveterata, laudatur *syr. de crys. Lobel. bals. sulph. cereb. vel anis.* cum *syr.* vel *sacch.* in forma pulv. item R. *Rad. aron. pulv. sacch. cand. pulv. an. unc. ʒ. syr. viol. q. s.* pro Linct. Alii laudant *Elect. ex scord. sol. salu. & rad. enul. pulv. cum f. q. mell. fact.* plura vid. de Tussi.

XII.

Dietæ: aëris habeatur ratio per suffumigia ex *gumm. anim. mast. succin.* Vino abstinendum, bibendo *decoct. glych.* cum tantillo *anis.* vel *sanic.* Potus sit actu calidus, ova cruda & sordilia epota, claram Vocem efficiunt.

FINIS LIBRI SECUNDI.

LIBER

LIBER TERTIUS,
DE
MORBIS PECTORIS,
ET CORDIS.

CAPUT I.

Asthma.

I.

Nomen: Asthma ab anhelare seu difficulter respirare, dicitur etiam Caducus Pulmonis, seu Epilepsia Pulmonis juxta *Hellmont.* vel Caducus Cerebri *Walslij,* vel Crampus, seu Convulsio Diaphragmatis *Lindan.* Dyspnoea, Orthopnoea, Vulgò Difficilis Anhelitus. German. das Keichen, Engbrüsthigkeit.

II.

Definitio: est respiratio frequens, anhelosa, stridula, seu cum stertore, oriunda ex Pulmone ejusque bronchiorum, ac vesiculorum obstructione, & coarctatione, seu compressione.

III.

Genus: est symptoma actionis respirandi depravatæ.

IV.

Subjectum: est Pulmo cum suis vesiculis, & cellulis bronchiorum, subinde etiam Diaphragma & Musculi respiratorii inservientes.

V.

Differentia: aliud est propriè dictum *Asthma,* accidens cum sibilo, stridore, ronchificatione, & subinde cum insigni anxietate: aliud dictum *Dyspnoea:* in qua respiratio frequens, densa, citrà sonum. Aliud *Orthopnoea,* in qua respiratio summè difficilis, quæ decumbentibus suffocationem minatur, & non nisi erecta cervice perfici potest; aliud est *humidum,* seu serosum, seu *manifestum,* ortum, ex materia humoralis, & cessans per ejus excretionem; aliud *siccum,* seu *occultum* dictum

dictum etiam *Convulsivum*, seu *hypochondriacum*, seu *stomachale*, & juxta Helmontium *Caducas pulmonum*, ortum citra presentiam sensibilis materiae, cessansque sine notabili excretionem; aliud *per essentiam*, dictum etiam *pectorale*, seu *pneumaticum*, aliud *per consensum* & quidem, *vel stomachale*, praecordiale, seu hypochondriacum, vel *hystericum*; aliud denique est *continuum*, aliud *periodicum*, quod certis intervallis recurrit. Aliud *sine febre*, aliud *cum febre*: quae tamen febris essentialis non est, sed accidentalis, seu symptomatica; aliud *levius*, aliud *gravius*, aliud *haereditarium*, quod à nativitate contrahitur, quando debiles pulmones à natura sunt nacti, qui humores facile cumulant & facile recipiunt. Plures differentiae ex causis eruntur.

VI.

Causa Interna: Asthmatis humidi, vel haeret in Pulmonibus, vel in Stomacho & primis viis: in pulmonibus causa est, vel pituita seu mucus viscidus, aut per epigenesin, seu per supervenientiam accidentis accidenti, id est, ex depravata eorum nutritione genitus, iis fortè levis ab inspiratis acrioribus, aut per metastasin eò, id est, de uno loco aliò ad pulmones delatus, ex M. S. ut v. gr. In febribus continuis quandoque accidit, cessantibus, per copiosam excretionem materiae per tussim; vel à capite vel aspera arteria, mediante defluxione Catarrhali. Vel causa est materia purulenta, in Vomica, Empyemate, Phthisi &c. vel serum copiosius pulmones inundans, ac in iis effervescentes, quod Asthma plerumque cum difficultate urinæ, & tumore pedum conjunctum, vel sanguinis motus per pulmones impeditus, seu ob ejus copiam, turgescientiam & ebullitionem, seu ejus coagulationem, à frigido vel acido, seu vitium ejus cachecticum & cruditatem, ob quam tardius circulat. Vitio stomachi ac primarum viarum, oritur ex muco crudo, crasso, & viscida saburra, ac exinde genitis flatibus ventriculom distendentibus, & tum Diaphragmatis liberum motum impediuntibus, tum illum in consensum trahentibus, ac convulsivè irritantibus: familiare hoc Asthma praesertim post partum, est hypochondriacis. Item Asthma in tympanide graviore, tumore epatis, lienis, uteri gestatione sublimi, hydrope confirmata, tum ob liberum Diaphragmatis motum impeditum, tum ob distentos musculos abdominis, thoracis dilatationem & elevationem impediuntibus, tum ob serum retentum, crasin sanguinis vitians, & acrimoniam pulmones vesicans. *Asthma siccum* oritur, vel ex vitio malae conformationis, ut in gibbosis, vel à calculo glandine, tuberculo crudo, scirrho pulmonum, vel eorum atrophia; ex-

sicc.

siccatione, & corrugatione, vel potissimum à convulsione nervorum, & musculorum respirationi inservientium, ut diaphragmatis, laryngis, aliorumque, ob consensum nervi intercostalis & paris vagi, variorumque inter se musculorum; uti apparet in Asthmate hypochondriaco, hysterico, illoque quod arthriticis confirmatis contingit, paroxysmis tardè vel difficulter supervenientibus, vel tandem ratione fibrarum vesiculas pulmonales colligantium, & ipsius membranae pulmonis contractarum, dum irritantur, vel ab interno acido-acri, quò spectat Asthma, ortum ex scabie retro pulsa, vel externo, ut spiritibus metallicis, aère impuro; quod Asthma nempè accidit iis, qui in fodinis metallicis, mineralibus, & materialibus laborant.

VII.

Causa dispositiva: sunt haereditaria dispositio; aetas senilis 3. *aph.* 31. aetas virilis, puerilis, 3. *aph.* 26. 30. Autumnus, 3. *aph.* 23. item qui pectus à natura habent strictum, pulmones nimium parvos & magnos, homines obesi, hypochondriaci, temperamento humido & destillationibus catarrhalibus obnoxio praediti, id est: crasin sanguinis ex viscidis & acidis succis conflatum, bilisque laudabilis defectum habentes. Fossiles item metallici, sulfures mineralium metallicarum, confectores cinnabaris factitii, sublimatores mercurii, aurifabri, destillatores aquarum fortium, molitores, caementarii &c.

VIII.

Causa Externa: sunt aër frigidus, aut nimium calidus, qui dissolvit, & particulas subtiliores avolare facit, crassas verò in vesiculis pulmonum concentrat, & ibidem figit, vel variis impraegnatis effluviis arthenicalibus, mercurialibus, carbonum ligni extincti, calcis viva, usus alimentorum crassorum, acidorum, viscidorum, in quantò, quasi, modo, & tempore excedentium, vini austri acidi: potus subitaneus frigida post aëstem, ira, scabies repulsa, suppressio mensium haemorrhoidum, ulcera praemature occlusa. Item praegressa Pleuritis, Peripneumonia, Empyema, Catarrhus suffocativus, Abcessus, Vomica pulmonum, Phthisis, Hydrops pectoris, Haemorrhoidum suppressio, affectio Hypochondriaca, Polypus Cordis, Calculus pulmonis, Acretio pulmonem, ob nimiam compressionem Thoracis in feminis, vulgò *Mütter*, cum Blanchet, & inde orta vitiosa organisatio, unde acretio & cohaerentia.

IX.

Signa diagnostica: in definitione expressa. In vitio humorali Asthma solet esse magis continuum, successivè incrementum, vesperis & noctu

noctu exacerbari, ut & motu Corporis, ac pro variis aëris mutationibus. Sicam ex improvise aggreditur agros aliàs optimè respirantes, ac evanescit citra sensibile nocendum respirationis, ac rejectionem materiæ per tussim; hujus fomes, si sit in capite, Vertigo, aut alia capitis symptomata præcedunt; si in plexibus mesenterii, sonitus, murmura, tensiones hypochondriorum; si in musculis diaphragmatis vel thoracis, pectus quasi contractum videtur: si in pulmonibus sentitur, inexplicabile impedimentum respirationis. Præterea Asthmatici siccum multum inspirant, & parum expirant; contrarium fit in humido Asthmate, in quo ægri possunt sufficienter respirare: siccum nec stertunt nec tussunt nec ejiunt: humidi multum ejiunt: siccum repente oritur, humidum successivè.

X.

Prognostica: Asthma est Tyrannus affectum pectoris: Morbus Chronicus, ratione totius paroxysmi, & curatu difficillimus, hinc illud vulgare: *Hydrops & Asthma, mirabile phantasma, quod nullum sanat Cataplasma.* Senes extrà spem sunt, juvenes difficulter curantur, pueri & infantes, nisi maturè curentur, Catarrho suffocativo intereunt, teste Hippoc. 3. aph. 26. 30. & 31. Ed difficilium curatu est Asthma, quod magis est inveteratum; hæreditarium est quasi incurabile. Rarissimè igitur perfectè curantur Asthmatici, quin levissimo diætæ errore recidunt: tandem sub contumacia morbi fiunt Cachectici, Hydropici, vel Phthisici. Asthmatici Pleuritis aut Peripneumonia superveniens, lethalis, ob pulmonem jam insigniter debilitatum. Asthma à mala succi pancreatici, & bilis acrimonia prodiens, difficulter curatur, quia quod uni prodest, alteri obest: Hipp. 6. aph. 46. ait: *qui gibbi ex Asthmate aut tussis ante pubertatem sunt, statim moriuntur.* Asthma cum Syncope aut pulsu languido intermittente & inæquali, mortem in olla significat: item si vires debiles & homoplate cum musculis intercostalibus multum deprimantur & attollantur. Dispnoea in Puerperis febre continua detentis, monstri quid ait, hinc omnes ferme moriuntur. Hipp. 6. aph. 68. ait: *in febris spiratio ostendens, mala est, convulsionem enim significat.* Sic ex eodem l. 3. præ sagior perituri in acutis, difficulter respirant, & 4. aph. 50. in febre acutata superveniens Asthma, est valde periculosum; imò lethale; ut patet in Pleuritide. Asthma humidum cum sicco, seu convulsivo conjunctum, periculosum. Asthmata noctu magis exacerbantur, cum ob causam morbificam, à calore lecti magis agitatam, tum ob serum veluti mare microcosmicum noctu magis effervescent, ob prædominium lunæ.

In febre

In febre acuta superveniens Asthma, lethale. Hipp. 4. Aph. 50. Ab accretione pulmonum, est incurabile, quia portio accreta evelli non potest, neque remedia interna & externa ad partem affectam pertinent; Verbò: cum respiratio & vita pari passu ambulent, ejusque vivimus, quousque respiramus.

XI.

Indicationes: pro Causarum varietate variant; nempe primas vias & pectus ab infarctu expiare *Clystere, laxativo, vel vomitu:* massam sanguinis in quanto & quali peccantem, corrigere: materiam viscosam pectori impactam incidere & attenuare: ejus acredinem, motus convulsivos inducentem, discutere, modificare & edulcorare: obstructions viscerum reserare, pectus relaxare: Anacatharsim, Diuresim, & diaphoresim promovere, pulmones & nervos corroborare.

I.

Curatio in paroxysmo: fit per aëris ambientis ventilationem, erectam sessionem, alvi subductionem & revulsionem, per *Clysteres acres, suppositoria V. S.* si sanguis mediocriter abundet, vel stagnare, aut turgescere videatur in pulmonibus: Imò per accidens etiam ad circulatorium sanguinis motum promovendum, prodest præcipuè & efficaciter, teste *Ruvro.* In ea Asthmatis specie, qua fit sine stertore, aperiat Vena in brachio, sectio malleoli etiam præstans in affectu sympathico. Venæ sectio duo commoda præstat in Asthmate, imò quia sedat & compescit fermentationem liquorum & fluxionis partem subtrahit; 2^{da} quia depletis vasis prohibet, nè pulmones obruantur, & aëris facilis fiat transitus. In affectu antiquiori, ubi pluries jam sanguis detractus, satius est à V. S. abstinere, ne calor nativus absque hoc imminutus, magis debilietur, & major cruditas procreetur.

II.

Purgantia minus conveniunt in Asthmate sicco, quam humidò: fortiora hic exulent, quia magis nocent quam profunt. Conveniunt *Manna* in jusculo diss. vel in *aq. acac.* cum *extr. diacarth. aq. laxat. Vienn. infus. semn. rhab. mechoac.* cum *mann. pulv. Asthmat. Rutland. &c.* Quares, an Clysteres acres ad revulsionem humorum in Pulmones decurrentium conveniant? & Sunt nonnulli qui hoc suadent, ego verò cum aliis hos non convenire censeo, quia replent intestina, iis autem repletis & distentis, comprimuntur diaphragma, & per consequens pulmo, unde difficilior respiratio; interim tamen si

tales Clysteres, ut mox dicemus, dentur in parva quantitate, locum habere subindè possunt: satius & securius tamen est, *suppositoria acriora* loco Clysterum, quandoque adhibere.

III.

Vomitória ferè in quovis Asthmate egregia, & quotidianà experientià stabilita, nisi oriatur ab abcessu pulmonum, vel pure in iis collecto, vel ubi vasa pulmonum sunt nimis debilia, ut ruptura metuenda sit; per hæc enim magna pituitæ copia rejicitur, tum ex stomacho, tum ex pulmonibus, vel saltem illà concussione, humor tenax è tubulis pulmonum & aliis partibus abraditur, ejicitur & fluxilis redditur, ut denuò cum sanguine circulari, corrigi, vel ad ignobilem partem deponi possit; neque metuenda suffocatio, cum nunquam exinde contigerit. Conveniunt igitur sequentia: ut *syrup. emet. Ang. Sal. ad unc. ʒ. vel dr. vij. cum jul. ros. & ag. cinnam.* vel *rart. emet. gr. ij. ij.* vel *croc. metall. gr. viij. x. xij.* in vin. bull. &c. Queritur utrum vomitoria in Asthmate locum habeant? qui negant, afferunt periculum suffocationis, ut nè afflictò addatur major afflictio; hoc non obstante, dico cum famosissimis Authoribus Recentioribus & Antiquis, vomitoria in hoc affectu esse convenientissima, ut frequens experientia docuit, & non rarò hoc solò remediò paroxysmus solutus est, præsertim si fermentum aliquod depravatum, in primis viis, vel pectore, materiam peccantem suppeditantem suspicemur; ex tali enim insigni pectoris & ventriculi per vomitum constrictione, fit ex utroque notabilis evacuatio, teste experientia, neque inde timenda est suffocatio, cum nunquam tale quid observatum fuerit: qua tamen, omisso vomitu, facilè contingere possèt, diaphragmate pectore & ventriculò, ex illa materia ibi detenta, compressis & suffocationem inducente. Talia vomitoria esse possunt: *succum treos nostratis ʒʒ. ad ʒj. cum vino Hippoc. ʒj.* vel *syrupus emeticus ʒʒ. ad ʒvj.*

IV.

Non negligendæ frictions, ligaturæ, repetendæ Clysteres acres, sed in minore quantitate, administranda pediluvia, *decocta salu. hyssop. cent. min. lavend. ror. cham. stech. &c. v. gr. x.* Herb. *art. hemis. absint. orig. serpill. ment. fl. cham. ros. a. mj. ciner. sal. an. mj.* f. decoct. in ag. vel lixiv. pro pediluvio. Vel pedes saltem mitantur in aquam calidam, quod teste *Hæsero*, multum præstat in Asthmate hypochond. & hyster. *Vesicatoria* applicanda ad cervic. præsertim si paroxysmus diutius protrahi videatur; item ad scapula. vel

brach.

brach. maximè in Asthmate sicco. *Willis*, ea internis brachiis propè axillas applicat.

V.

Narcotica s. opiata in Asthmate humido suspecta, ubi magnus adest pulmonum confarctus, cum insigni præcordiorum oppressione, materiam magis inspissandam, excretionem impediendo, & respirationem gravem adhuc graviorem reddendo. Tutiora sunt in Asthmate sicco, mixta antepilepticis & antihystericis.

VI.

Veniendum ad ea quæ profunt incidendo, attenuando, discutiendo & expectorando: ut, v. gr. in forma Mixture, *ʒ. Aqua cinnam. unc. ij. oxymell. squill. unc. j. M.* detur cochleatim, *ʒ. Ag. scabios. veron. russilag. an. unc. iʒ. cinnam. bugloss. ʒʒ. fl. namph. ʒij. sacch. cand. alb. ʒj. fl. sulph. scrup. j. lact. sulph. ʒʒ. elæosacch. anis. ʒj. M.* *ʒ. Aqu. asthmat. unc. iv. cinnam. unc. ij. ʒ. senic. unc. ij. veron. scabios. an. unc. iʒ. loch. san. & expert. unc. i. spirit. card. bened. angel. an. dr. j. M.* Potio Brunneri *ʒ. Ag. hyssop. unc. iv. vin. rhen. unc. i. ʒ. gum. ammon. dr. i. ʒ. M.* pro duabus dosibus, vel cochleatim; quæ potiuncula Brunneri ingrata quidem; sed efficax est. *Horst.* seq. *aq. rub. pect.* commendat. *ʒ. Fl. ros. rub. p. j. aq. veron. unc. vi.* extrahe tincturam, hinc add. *aq. asthm. unc. j. elix. vit. Matthioli. dr. ij. M.* Expertissima est seq. *Timai. ʒ. Radic. enul. condit. unc. i. ʒ. cort. arant. & cit. condit. à unc. ʒ. incis. contund. in mort. asfund. aq. hyssop. unc. vi. senic. unc. ij. exprim. fortiss. & col. add. aq. asthmat. unc. i. cinnam. unc. ij. loch. san. & expert. unc. ʒ. M.* dentur per vices 4. vel 5. cochlearia. In forma Linct. *ʒ. Oxymell. squill. syr. de hyssop. an. unc. ij. extract. croc. scr. j. fl. sal. armon. gr. xxiv. M.* *ʒ. Oxymell. squill. unc. ij. syr. viol. unc. i. ʒ. Balsam. sulph. anis. scr. i. M.* *ʒ. Syr. de erysim. Lobel. unc. i. ʒ. oxymell. squill. dr. ij. gum. ammon. in acer. squill. sol. dr. i. essent. croc. scr. ʒ. oc. dest. anis. gut. iij. aq. hyssop. unc. iʒ. M.* Subindè cum his linctibus exhiberi potest, *sperm. cet. ad scr. ʒ. imò hoc solum à dr. ʒ. ad dr. j.* in vehiculo calido sumptum, efficacissimum est ad sufflaminandum paroxysmum, in forma Pulveris *ʒ. Rad. ari. crud. pulv. unc. iv. irid. flor. unc. ij. sulph. ppt. bentz. pulv. an. unc. i. antihect. Por. unc. ij. sacch. q. s. pro luctu. bitu. Dos. dr. ʒ. ʒ. Sacch. cand. alb. unc. iv. spec. diatr. frig. diatr. a. dr. j. bals. sulph. dr. i. ol. anis. fantic. an. scr. ij. M. sic. Thoner. laudat ol. sulph. acid. ad gut. iv. ex syr. vel aq. vel brod. Profunt etiam syr. de nicot. item sum. nicotian. item aq. ex rapb.*

Z 3

rec. in

rec. in taleol. col. incis. & sacch. conspers. ac inter 2. patin. express.
 Alii commendant elect. ex pulv. rad. enu. & st. supb. cum mell.
 Item bals. jupb. cereb. vel anis. ad gut. v. vel vij. Ipsa etiam
 cerebintin. ad dr. ij. data; alii commendant succ. charcol. vel bel-
 lid. ex brodia. Oleum lini meum magistrale, est efficacissimum;
 vel ꝑ. Ag. pectoralis Mys. ꝑij. ag. hypnos. Mys. ꝑij. laud. liquid.
 gut. xij. Mis. detur cochleatim, vel croci ꝑj. in cochl. vini.

Nota: licet acida & ex aceto confecta oxymella potenter resol-
 vunt & attenuant, cum iis tamen cautè agendum, nè respirationem
 impediant, tussim excitent, & pulmones aggrediantur. Valent præ-
 terea bals. supb. cerebintin. anisat. spiritus croc. compositi spiri-
 tus sal. armoniac. aromatis. sal volatile succini, decocta lignorum
 cum pectoralibus mixta; & milk pedes & ex iis parata remedia, in
 pulvere vel in infusione, cum ag. pectorali Mys. Hæc animalcula
 sunt summum remedium in Asthmate. Spiritus fuliginis, gummi
 ammoniacum & ex illo facta remedia: sal volatile oleosum; po-
 mum assum cum ꝑj. Touris & croci gr. iv. datum, est expertum,
 Balsamus celestis. Nota: in Asthmate semper mutanda remedia, nè
 avascat natura, & diu continuata, nihil operentur. Nota porro: si
 Asthma sit à scabie, vel arthritide repulsa, profunt diaphoretica.

Sperma ceti, in vehiculo calido sumptum, à ꝑb. ad ꝑj. datum,
 potenter resolvit. Fumus tabaci pipatus, est optimum remedium, in-
 & extrà paroxysmum, uti & sequens. ꝑ. Croci ꝑb. moschi gr. ij. de-
 tur cum decoct. rad. Ircos. item Ag. asthmatica cochl. j. vel ij.
 cinnabar. antimoniij gr. ij. continet per mensem. Alii laudant vel
 maximè succo. ex asell. v. gr. Milleped. N. xij. pannò lincò involuti
 macerentur in vin. alb. Addunt alii aliquid de croc. & cinnam. ex-
 prim. succ. add. sacch. cand. parum. Nota: aselli seu millepedes
 præstantissima remedia sunt ad Asthmata, tam humida quam convul-
 siva, imò in his animalculis perfecta cura Asthmatum consistit, quia
 vim habent anodynam, diureticam, penetrativam & absterisivam.
 Nonnulli in usu habent vin. pectoralis. v. gr. ꝑ. Rad. ir flor. unc. i.
 enul. unc. ij. imperat. vel zedoar. unc. b. marrub. M. ij. hyssop. rorisin.
 à M. j. sem. anis. fen. à dr. vi. passul. min. unc. i. B. infund. in
 vin. f. q. vel coq. in ag. vel in ag. & mel. &c. In Asthma sicco
 convulsivo, conveniunt pulv. antispasmod. v. gr. ꝑ. Succin. præp.
 cinnab. nat. az. dr. B. asell. præp. scr. i. castor. scr. b. M. subinde
 addi potest parum de laudan. opiat. prodest & iberiac. In Asthma-
 te hypoch. profunt gutt. aliquot ol. dest. carv. vel spir. sal. armon-
 injecto simul Chyst. carmin. Nota: cum anodynis cautè mercandum,
 præfer-

præsertim ubi magnus est infarctus pulmonum, & magna præcor-
 diorum oppressio, nè gravior fiat. Valet etiam in Asthmate con-
 vulsivo balsamus celestis, salia volatilia, ꝑ. C. C. succini, sang. hu-
 man. liquor. C. C. succinatus, castoreata, ambrata, crocata, tu-
 ctura solis, decoctum polychrestum.

VII.

Extrinfecus applicetur Empl. st. Zach. vel urguent. ꝑ. Pulv.
 eep. sub cin. coct. unc. ij. ol. viol. irin. sem. lin. an. unc. b. ung.
 pect. vel de alb. unc. i. croc. scr. j. addunt alii gummi. ammon. in
 acer. squill. sol. M. alii utuntur axung. mur. ap. Mercurium, seq.
 faccul. in usu habuit; ꝑ. Hord. integr. ad putrilag. coct. lb. i. ol.
 viol. amygd. dul. an. unc. vij. croc. scrup. i. M. vel odoretur spir.
 sal. armon. vel sal ejus in vase angustî officinæ contentum. Fiant
 pediluvia ex herbis cumini, anethi, vel spongia decoct. pectorali
 imbuta & expressa, calidè pectori apponatur. Nota: unguenta in
 principio fluxionis suspecta sunt, quia musculos thoracis relaxant,
 & ad plus recipiendum idoneos reddunt. In Casu desperato est præ-
 sentissimum remedium spongiosa aceto rosafacco intincta, & naribus
 adhibita.

VIII.

Extra paroxysmum: instituendæ indicationes & curæ: in Asth-
 mate humido, primas vias explanando, fluxionem sentiem impediendo,
 factam incidendo, detergendo, totum corpus repurgando, & à
 materia peccante liberando, similibus etiam capiti & pectori succur-
 rendo, eaque tandem roborando. In Asthma sicco, indicationes
 sunt, quæ in paroxysmo jam supra assignavimus.

IX.

Purgatio fiat vel per Pilul. v. gr. ꝑ. Mass. pilul. de hier. cum
 agar. scrup. i. gumm. ammon. acer. squill. dissol. scr. b. troch. alb.
 vel mag. gial. gr. v. vel vj. cum sufficiente quantitate spir. anis. M.
 f. pill. N. xi. deaurentur vel dentur pilula cochia, cum extract. ca-
 thol. vel panctym: nec negligendus mercurius dulcis, cum scam-
 pulph. acut. quò Asthma contumax curatum fuisse testatur Thiermayr.
 vel per Nodul. laxat. v. gr. B. Herb. absinth. pont. card. ben.
 hyssop. veron. capill. vener. scolopend. meliss. an. p. j. rad. enul. scill.
 ꝑ. p. calam. arom. caryoph. an. dr. ij. ir. fl. dr. i. rhab. ver. dr. ij.
 sol. sem. f. dr. vi. agar. troch. turb. gial. rad. polypod. g. an. dr. ij.
 cinnam. opt. dr. i. mac. scr. i. crem. tart. dr. ij. ann. fenic. an. dr.
 b. M. ad Nodul. pro vin. alb. lb. v. Vel per seq. Vin. purgans Pla-
 zeri,

veri, quò Asthma & Hydropem curavit. *Rad. irid. unc. 1. enul. fyll. p. p. an. unc. ʒ. marrub. M. ij. cort. samb. ebul. an. unc. 1. fenn. unc. 1. ʒ. agar. dr. ij. zz. dr. 1. coq. in lib. xv. vin. in vase dupl. Purgantia in Asthmate seroso, vid. sub titulo Hydropis.*

X.

Vena secanda in Plethora, vel si sanguis non sit jam sapius missus.

XI.

Instituenda *diata sudorif* ex chin exhibendum *decoct. gall. vet.* cum alterantibus, & quandoque etiam simul purgantibus. v. gr. *ʒ. Rad. enul. ir. flor. an. dr. 1. ʒ. sol. byssop. iussilag. an. M. 1. ʒ. liq. ras. passul. mund. an. dr. ij. caric. ping. N. iv. fenn. mund. dr. ij. polyp. querc. sem. carib. contus. an. unc. ʒ. sem. anis. dr. 1. ʒ. coq. cum ʒ. vel 4. p. decoct. gall. vet. f. art. f. juscul. quod sumatur per 15. dies. Decoctum meum in Asthmate efficac. ʒ. Rad. enul. liquoris. ireos florentin. chin. salsaparill. an. ʒj. Herb. byssop. scabios. Veronic. heder. terr. ʒ. capill. ven. an. M. j. flor. hyper. bellid. bagloss. an. Mjʒ. caricar. ping. N. ix. passul. min. ʒjʒ. sem. anis. ʒij. ras. C. C. ebur. an. ʒij. M. incis. & contus. ʒ. Harum specierum M. j. coq. in lib. ij. aq. fontan ad lib. i. ʒ. Dosis manè & vesperi ʒiv. vel v.*

Pulvis meus pectoralis efficac. *ʒ. Pulv. sperm. cet. rec. ʒij. milleped. pp. ʒij. flor. sulph. ʒj. lact. sulph. ʒʒ. spec. diatr. agac. frig. diapenid. rad. enul. camp. ireos. florent. liquoris. an. ʒʒ. herb. scabios. marubij albi, pulmonar. capill. veneris, sem. urtic. an. ʒʒ. succi liquoris. pulmon. vulpis prep. an. ʒij. sacch. candi. penidij an. ʒjʒ. fiat pulvis. Dosis ʒʒ. ad ʒj. in meo decocto vel jusculo bis de die.*

Oleum meum lini magistrale, specificum expertum. *ʒ. Fol. Er. flor. iussilag. veronic. scabios. berthonic. pulmon. an. M. ij. fol. Thee ʒʒ. rad. aristoloch. rotund. rad. Helenij an. ʒj. coq. in oleo lini destill. q. l. vel lib. ij. deinde fortiter exprime & in sole vel loco calido destilla, & usui reserva. Dosis cochl. i. vel duo manè & vesperi, si placet per se, vel in calido potu vel jusculo, diu continuando. Hoc Oleum multos ex orci faucibus eripuit: Excitandi *fonticuli*, usurpanda *exrhina* & *sternutatoria*, si materia à Capite ad pectus defluere videatur. Tandem adhibeantur pectoralia superius descripta: ut *oxym. squill.* cum *sir. cera nig.* vel *aq. cinnaam. emuls. enul. Timai, pilul. ex. fl. sulph. benz. gumm. ammon. b. dell. in aser. squill. dissol. pulv. ex. spec. d. air. sperm. cet. fl. sulph. elaeosacch. anis. sacch. cand. &c.**

XII. Diata:

XII.

Diata: aër sit temperatus, serenus, siccus, minus tamen aestuans; vitetur frigidus, humidus, crassus, pluviosus. Cibus in paroxysmo parvus, vel planè abstineat; extra cum eupeptus, calefac. attenuans, mixtis humectantibus: condiatu *salv. major. byssop. thym. fenic.* inprimis *crocum* valde prodest pectori. Panis sit benè fermentatus; abstinentum à frequentiori esu piscium, leguminibus, lacticin. fruct. horariis. Potus sit Cerevisia desæcat. vel vin. tenue, subdulce & enular. aut hydromel. in paroxyl. *decoct. bard. liq. pass.* vel *decoct. chin. sa. saph.* v. gr. *ʒ. Scob. lig. sa. saph. lentisc. rad. chin. an. unc. ʒ. cinnaam. opt. dr. ij. sem. anis. dr. j. C. C. phil. pp. ocul. canc. pp. an. dr. 1. ʒ. Mj. Pulvis gross. de quo cochl. 1. cum aq. fervent. mens. 1. misc. Caveat à frigido & glaciali, *frigida* enim pectori inimica, teste Hipp. 5. aph. 24. vitentur crapula & commestationes, omnes Corporis & animi vehementes motus, item somnus meridiana. & qui mox à cibo initur; fomtus fiat capite magis elato, in latere magis quam dorso: noxiæ etiam multa lucubrationes; alvus fervetur libera, natura vel arte; sit Medico æger obediens, juxta illud: *salvabo te, sed non sine te.**

CAPUT II.

Pleuritis.

I.

Nomen: Pleuritis, Morbus lateralis; à *Plinio* Compunctio lateralis; à *Quinto Sereno* Telum dicta. germ. *Seitenstechen.*

II.

Definitio: est inflammatio Pleuræ s. membranæ costas interius succingentis, dependens ut plurimum à sanguine fervidore, in motu suo sufflaminato, stagnante & tandem evasato, acriori reddito, & fibras vellicante: infestans cum febre continua, acuta, propter cordis vicinitatem, seu propter inflammationem cordi vicinam, dolore lateris pungitivo, quia dolor punctioris proprius est membranæ, respirandi difficultate, tussis ac pulsu celeri & duro, sputo cruento vel spumoso.

III.

Genus: est Morbus aucta magnitudinis, cum intemperie calida, seu diserasia calida.

A a

Sub-

IV.

Subiectum: est Pleura, unâ cum musculis mesopleuriis: in graviore etiam Pulmones, subinde Diaphragma & Mediastinum.

Nota: Pleuritidem & Peripnevmoniam non nisi loco differre, illa enim pleuræ, hæc pulmonum est inflammatio, undè nequè causis neque signis, prognosi neque cura differunt, & vix unus sine altero corpus afficit; ubi enim est inflammatio Pleuræ, adest plerumque inflammatio Pulmonum, & vice versa: à potiori ergò affligente erit designanda denominatio, sic etiam plerumque fit, ut in his mediastinum, & non rarò diaphragma inflammetur. Teste *Hippoc.* lib. de locis in homine.

V.

Differentia: alia est in qua sola pleura affecta, alia in qua simul pulmones, quæ dicitur Pleuropnevmonia: alia benigna alia maligna seu epidemicè grassans, ut testatur *Horsius* & alii: alia ascendens jugulum versus in 3. costis superioribus radicata; alia descendens, hypochondria versus in 4. costis inferioribus; alia vera seu legitima de qua dictum in definitione, alia *notha* seu spuria tum ratione sitûs, oriunda ex inflammatione muscutorum intercostalium externorum, pariente dolorem mitiorem pulsantem, qui tactu & decubitu super partem affectam exasperatur, sine tamen tussi, sputo & febre acuta: tum ratione causæ, oriunda vel à flatibus, vel à vaporibus subinde verminosis seu veribus, vel ab humoribus serosis & acribus, in musculos intercostales effusus, uti sæpè contingit in febre Catarrhali, scorbuto, lue vener. &c. infestans etiam citrà febrim, vel saltè acutam, tussim, sputum, cum pulsu laudabili. Alia est *essentialis* primaria, dolore febrim sequente: alia *accidentalis*, & secundaria, quæ alios morbos subsequitur; alia *sicca* in qua nihil, vel perexiguum rejicitur, etiam in morbi progressu; alia *humida*, in qua sputum statim ab initio copiosum est; alia *sanguinea* alia *biliosa*, alia *serosa*: alia *manifesta*, alia *occulta*, seu magis indolens, in qua ægri in alterutrum latus decumbentes, ac fortiter respirantes & tussientes, dolorem aliquem vel gravitatem in pectore sentiunt.

VI.

Causa Interna: est impeditus motus Sanguinis & quidem frequentius ab acido sanguinem ad coagulationem & grumescentiã disponente, ac partes membranaceas vellicante, & ad crebriores contracturas stimulante, hinc sanguis emissus ferè semper albus, tenax, & viscidus in superficie. Causa etiam esse potest humor lymphaticus,

cus, seu lymphæ crassa, acida, acris & corrosiva, seu sale peregrino arsenicali imbuta.

Dices: ex *Hippocrat.* 6. aph. 33. qui acidum eructant, non valde morbo laterali corripiuntur; ergò acidum non est causa. *x. Hippoc.* dixisse: non valde, id est, non semper, ergò tamen fit ab acido. *3. 2^{do}* acor per se non facit Pleuritidem, sed coagulando sanguinem eam efficit.

VII.

Causa dispositiva: Annus inter ver & ætatem ambigens, nam per id temporis sanguis à nova salis vicinia excoactus, in effervescentias & inordinatos motus effrenatus ruit, teste *Sydenham.* Præditi temperamentò sanguineò, sæpe & rustici, ac duriori Corporis habitu præditi.

VIII.

Causæ Externe: Sunt ær frigidus aut peregrino acido turgidus, post Corporis incalescentiam incuri admittus; vel hausta frigida post æstum Corporis, austriua vel epidemica celi constitutio. Cibi copiosi, polytrophii, crapula, animi & Corporis motus vehementes, ut ira, equitatio, saltatio, pilarum vel conorum lusus, evacuationes sanguinis suppressæ, prægressæ febres continuæ, dysenteria suppressa vel malè curata, scabies retro-pulsa, casus, ictus, contusio, hæmorrhoides & menses suppressi; vermes, vulnera & ulcera præmaturè curata, sternutatio, risus vehemens.

IX.

Signa diagnostica: posita in definitione; respiratio nempe difficilis & frequens: quæ necessariò adesse debet, cum partes inflammatae non satis distendi possint, ad ærcm atrahendum & cordis refrigeria & sanguinis fervorem temperandum, febris continua acuta, cum insigni ardore, siti, vigiliis, dolore Capitis; pulsus frequens, celer, durus, dolor acutus punctorius, inspiratione imprimis molestus, in laterum alterutro circa costas perceptibilis, qui nunc versus homoplatas, nunc spinam, nunc exadverso versus anteriora Pectoris se propagat; & hic dolor tam acutus est, ut etiam tactum non ferat, quia intolerabilis, tussis frequens, molestia, cum cruciatu, ut prima tussendi molimina coërceat æger, initio sicca, hinc saniosa, mox nonnihil spumosa & variè tincta; unde sputum totum cruentum, tandem albescit, crassescit, fitque mucilaginosum. Si pulmo simul inflammatus, verè Peripnevmonia junctæ, respiratio est magis subtilis, cum summa Pectoris angustia, dolore gravativo & facie rubra. Si diaphragma,

dolor magis est circa extrema Costarum confinia, ut venter cinguli instar tendatur, tussis non est adeò humida, dolor non ità vehemens, delirium tamen facillè supervenit: si mediastinum, dolor magis anterioris ad regionem sterni percipitur. Signa distinctiva Pleuritidis spuria seu nothæ à legitima sunt, quòd in legitima dolor exacerbetur, dum æger decumbit in lateri oppositum, quia pars inflammata pondere suo divellit, & majorem patitur distensionem; in spuria verò musculi externi inflammati vel affectu comprimuntur, quando supra lateri affectum æger decumbit.

X.

Signa Causarum: ex propriis capitibus sunt desumenda.

XI.

Prognostica: prognosís Pleuritidis maximè desumitur ex symptomatum vehementia vel remissione, & præcipuè respiratione. Nam si spirandi difficultas & febris remiserit, bonum, è contrà, malum: item ex sputo, Hipp. enim 1. aph. 12. ait: *si in Pleuritide sputum statim ab initio* (id est, intra 3. dies) *appareat, brevem fore denuntiat: si verò posterius conspiciatur, longum;* quia in sputo facili, in hoc affectu potissima ægri salus posita est.

Pleuritis sæpè sudore critico vel Hæmorrhagia, mictu cruento, fluxu mensium, hæmorrhoidum, alvi fluxu purulento &c. solvitur, teste experientia. Pleuritis exquisita, in qua nihil exspuitur, aut sputum apprens denuò supprimitur, dolore lateris & gravitate pectoris superflite, periculosissima; flava bilis, pituita vel paucò sanguini permixta, cum satis copioso sputo, in principio morbi salutare. Periculosum est sputum valde sanguinolentum, ob venarum ruptionem; Item sputum album, rotundum, ac glutinosum, ob indicium caloris adurentis, præsertim si conjunctum cum raucedine, ob junctam visciditatem acrimoniam; malum etiam viride, æruginosum, nigrum, mala itidem anacatharsis copiosa, dolore & symptomata non minuens, ob copiam materiæ. Pleuritis in senibus, gravidis, asthmaticis & qui bis vel ter jam sunt passi hunc morbum, perniciofa. Item densis & exercitationi deditis corporibus, ob difficilem transpirationem, & quia utpote robusti, non nisi ex gravissima causa hæc corripuntur. Pulsus parvus, frequens & valde durus in Pleuritide, mortem significat, & ex eo nullum sanatum vidit Galen. præsertim si nihil excernatur, ac spirandi difficultas & febris sit maxima. Hipp. 5. aph. 8. ait: *qui Pleuritide laborant, nisi intra dies 14.* (alii ad 20. extendunt) *superne repurgentur, ite in Empyema sit mali translatio.* item 2. aph. 16. Pleuri.

Pleuritide aut Peripnevmonia detento, Diarrhœa superveniens, malum, Intellige, quæ supervenit prostratis jam viribus, vel si accidat in principio, & morbi hi sint valde graves: non autem si sit critica. Vomitus biliosus & copiosus, in principio Pleuritidis, salutem pronunciat. Hipp. 7. aph. ij. ait: Pleuritidi si Peripnevmonia superveniat, malum. Fit enim translatio ad partem nobiliorem. Si pleuriticus dolor, cum Sputis biliosis sine ratione evanuerit, ægri in delirium incidunt. Delirium in Pleuritide, malum, eam fortem denotans, aut metastasin ad caput; diuturnò morbò succedens, aut in corpore cachectico, periculosa; quibus in morbo laterali, plurimum ex sputo strepitus in pectore sonat, & vultus demissus, oculusque aurigine suffusus & caliginosus, in his mors expectanda est, ex Hipp. in coac. In Pleuritide sputorum magis, quam urina habenda ratio. Pleuriticis plurimum moriuntur cum stertore, & quasi suffocatione. Pulsus intermittens in Pleuritide, non adeò ut aliàs periculosus. Sanatà Pleuritide, si remaneat tussicula quedam, & circa vesperam blandus calor, aut Pleuritidis recrudescentiam, vel suppurationem prognosticare poteris. Pleuritides recidivantes omnes ferè lethales, ex Hippoc. Si dolore cessante, febris adhuc perseveret, vel augeatur cum pulsu parvo, frequenti intermittente, sudore frigido, æger post sex horas delirabit, & hinc morietur ex Gangræna: ut Pleuritis benè solvatur, debet prius cessare febris, hinc dolor: in Pleuritide sæpius septimo die crisis notatur per urinam. Pleuritis est affectus ætatis consistentis 3. aph. 10. est morbus hyemalis 3. aph. 23. causatur ab aquilone 3. aph. 5. Si emicamenta generosa exhibita nihil efficiant, pessimum est.

Verbò: hic optime valet generalis Hippoc. regula 2. aph. 19. *morborum acutorum non omnino certa sunt prædictiones, neque salutis neque mortis;* non rarò enim etiam hoc morbo afflicti cum bonis signis intereunt, & alii cum malis, quorum mori videbantur, præter spem evadunt, & convalescunt.

XII.

Indicationes: Sunt revellere & derivare, sanguinem concretum & stagnantem resolvere, & discutere, acidum absorbere, dolorem lenire. cruditatem humorum concoquere, maturare, expectorare, viresque conservare, ac amissas restituere.

I.

Curatio: illicò præmissò Clystere V. S. instituenda, eaque aliquoties repetenda, donec dolor & febris minores evaserint, præsertim si sanguis V. S. extractus, abeat in coagulum; quod plerumque fit,

cum ex pluribus pleuriticis, & vix unus sit, cujus sanguis vel maturè extractus, non sit sebaceus, ac crassus plus referente indutus; hinc etiam si non sit, V. S. nullum affert levamen; uti etiam, si sanguis non pleniori gurgite, & recto flumine profiliat, prout aliqui notarunt. Hinc Hippoc. sanguinem mittendum esse jubet ad coloris in sanguine mutationem, quod licet ut plurimum optime in praxi succedat, non tamen semper temerè expectandum, cum vires prius desicere possent. Tanta autem in hoc affectu est necessitas Venæ sectionis, ut nunquam omitti debeat, neque in senibus, pueris, prægnantibus faminis, puerperis, & menstruantibus.

II.

Revellunt etiam *cucurbitula scarific.* tanquam venæ sectionis vicariæ, frictions & similia. Si Medicus in principio vocetur, & ad sit insignis plethora, in parte opposita prius Vena secanda; secus & ordinariè in parte affecta, ex brachio, hinc in descendente, ex pede. Licet etiam post 4. aut 7. principio neglecto, venam secare: non tamen, si libera anacatharsis fieri incipiat, nè anacatharsis supprimatur & æger moriatur. In Pleurite maligna, V. S. cautè administretur, vel saltem sit parcius. *Helmont. j.* Affectæ, Venæ sectionem in Pleurite rejiciunt, cum alia sint remedia, quæ grumos sanguinis dissolvant; sed malè, cum clarè constet, ipsum *Helmontium* ex neglecta in se venæ sectione, hoc morbo miserè periisse.

Dices: *Hippoc. sect. 2. epid.* Venæ sectionem vetat in Sputo sanguinis 12. sine magna inflammatione & Pleurite spuria, concedo, in vera, nego.

Quæres: utrum Fœminæ actu menstruantis, vel obstructis mensibus laboranti, Vena in brachio sit secanda? & quod sic, sed parca manu, largius autem mox in pede.

III.

Humores vitiosi *senioribus* evacuandi, præsertim in descendente ut *manna* in juscul. vel *decoct. pectoral.* dissol. cum *syr. ros. sol.* vel *aq. laxat. Vienn.* vel *infus. rhei. crem. tart.* cum *mann.* &c. in aliis *Clysteribus* magis contenti sunt, nè excitetur Diarrhoea. Qui in ejus principio validiora exhibent, sputum supprimunt, ac febrem & dolorem augment. Alii, præsertim Galli, cum *Hartmanno, Rulando, Angelo Sala, Fabro &c.* Vomitoria laudant, imitantes naturam, quæ vomitum biliosum in principio morbi salutarem esse ostendit; uti etiam auctoritatem *Hipp.* qui 4. *apb. 18.* ait: *dolores supra sepius transversum* qui purgatione egent, per superna purgandum opus esse signi-

significat &c. verum directè & per se hæc minimè convenire videntur, sed tantum per accidens quandoque, ubi nempe vitiosa excrementa, ac in specie biliosa, acida & æruginosa, in primis viis stabulantur.

IV.

Exhibenda *refrigerantia*, ac specificà vi infrigentia ut *tinct. anti-pleuritis. Timæi, Myrs.* Julepum, v. gr. ʒ. ʒ. *Aq. papav. errat. unc. ʒv. syr. viol. vel papav. errat. unc. ʒ. sal. prun. dr. ʒ. M. f.* Julep. statim post V. S. exhibendus. Vel ʒ. *Aq. papav. errat. endiv. tarax. an. unc. ʒv. syr. flor. papav. errat. gran. d. an. unc. ʒj. spir. sulph. serup. ʒ. M.* Emulsio, ʒ. *Sem. melon. excort. dr. ʒv. papav. alb. dr. ʒ. amygd. dulc. excort. unc. ʒj. decoct. hord. lib. ʒ. M. f.* Emulsio, add. *sacch. cand. alb. unc. ʒj. magist. dent. apri, ocul. canc. an. dr. ʒ. M.* de hac quartà quaque horâ exhibeantur unc. ʒv. Alii loco aq. hord. accipiunt *aq. destill. card. Mariæ, tarax. viol. papav. errat.* ac dissolv. *sal. nit. perl. pulv. anti-pleur. man. Christi &c.*

V.

Post Venæ Sectionem profunt *diaphoretica* & specificà, quæ vim habent coagulata dissolvendi, fluida reddendi, sudorem movendi, acidum destruendi, & circulantibus humoribus motum restituendi. Imò observandum est: exhibitò tempestivò sudorifero, ex specificis volatilibus paratò, Pleuritis sine sanguinis missione feliciter fuit curata; à fortioribus in principio abstinendum, cum delirium & alia gravissima Capitis mala inferunt. Inter ea quæ palmam referunt, est *tinct. bez.* vel *mixt. simpl. ad gutt. xxx.* singulis 6. horis exhibita, item *syr. sal. armon. anis. ad gutt. xxv.* his fixiora interponenda vel miscenda, si febris vel calor urgeant; ut *antim. diaph. ocul. canc. dens apri, mand. b. luc. pisc. sang. hirc. Sperm. cer.* optimum est, quod non ratione febris neque doloris adhibetur, sed quia expectorationem promovet, attenuat & incidit crassos & crudos humores, *Pulv. anti-pleuritis. Myrs. Augustan.* maxime laudatur, *stercus, eg.* cum aq. *card. ben.* dissolv. & col. add. *syr. viol. vel papav. errat. pulvis Wedelii, Ludovici, Sorbait, Ettmülleri, Timæi,* item sanguis teporis, *Pulvis rad. bardanae,* est summum specificum, *stercus ovillum* sæpius subactum cum aq. *card. bened.* est expertum, & datur ob sal nitrosium volatile, Valent *cinnabarina, nitrata, sulphurata,* sed cautè adhibita, nè malum exasperent, item *pulvis ex ossibus humanis.* Si Pleuritis maligna, addenda alexipharmaca, *bezoar, lap. pretiosus de Goa, bezoard. mineral, anti-bect. album, mum. tinct. bezoard. Pulvis*

Pultus pyrius est bonus. *Succus stercoris equini*, decoct. ex *foliis fabios*, *veron*, *bellid*, *heder*, *terrest*, *cherefol*, *flor*, *pap*, *rhead*, *rad*, *bardan*, *card*, *Mar*. Cavendum tamen est à *saccharatis* & *mellitibus*, quia occulit, illa in se continere acidum occultum, & sic facile accescere in ventriculo, & multa mala parere. Plura dicemus infra: *Volatilia* etiam sunt suspecta, quia sanguinem magis movent & febrem adtendunt; profunt tamen quando adest acor & coagulatio, cruditas, malignitas, ubi multa bona præstant.

VI.

Opiata, sicuti in statu non conveniunt, nè impediatur expectoratio, ità in principio à R. R. laudantur, ad sistenda pathemata dolorosa, aci nraffandam materiam, præsertim *sudoriferis* magis *volatilibus* maritata, & in parva dosi data, v. gr. *R. Aq. Card. ben. scab. cherefol. an. unc. iB. laud. opiar. gr. B. jul. viol. dr. vi. M.*

VII.

Conveniunt dolorem lenientia, tam intrinseca, ut *ol. amygd. d.* cum *sacch. cand.* vel *syr. viol.* vel *lin. depur.* vel *solum* vel cum *raf. dent.* *apr.* cochlearim exhibendum, vel *oleum lini meum magistral.* cum herbis pectoralibus destillarum; vide ejus descriptionem titulo de Asthmate; quam extrinsecus, ut Inunctiones v. g. *R. Ung. de alth. pectoral. an. unc. iB. ol. lin. vel amygd. dulc. unc. i. M. R. Ungu. de alth. ping. ur. mont. an. unc. i. ol. amygd. dulc. unc. B. camph. scr. i. M.* Laudatur *Oleum dest. cere. e.* unguent. *ol. septem. flor. Myrs. ol. scorpion Matthioli*, in Pleuritide maligna, unguentum *antipleuriticum Myrs.* *Butyrum Cancrinum* unguentis additum. Alii inungunt locum affectum *ung. de alth. pomar. rub. pot.* superimposito *fol. brass.* ad ignem calefact. & inunct. ac inperso *pulv. cumin.* alii loco dolentii applicant *oment. castrar. suis* vel *viol. ol. amygd. dulc. irrorat.* vel *gallin. urvam* per spinam sectam; alii *panem rec.* è furno extractum, per medium sectum & in *butyro* liquo immers. Profunt & Fomenta v. gr. *R. Rad. alth. lib. alb. a. unc. ij. fol. matv. volar. pariet. a. m. j. sem. lin. fenug. an. dr. i. fl. cham. melil. viol. papav. errat. av. p. i. f. decoct. in f. q. lact. f.* Foment. vel per spongiam vel linteum multiplicat. vel vesicam suillam semiplenam vel per saccul. in lact. coq. *Dolans* Fotu seq. plures mitigavit Pleuritides. *R. Mlij. m. ij. fl. cham. melil. an. m. B. sem. lin. unc. iB. sal. crud. unc. i. M.* in sartag. & calidè in saccul. applic. *Cataplasma* etiam locum habet ex *pom. putrid.* cum *ol. lin. frix. v. gr. R. Resid. decoct. super. ad puls. coct. & crib. add. ol. amygd. d. chamom.*

mom. lib. alb. an. unc. ij. ping. gallin. unc. i. farin. bord. fab. an. q. s. M. vel fiat ex *sem. lin.* vel *pan. alb.* in lact. coct. cum *croc.* & *camp.* ac *ol. lin.* Expertum est *Cataplasma* ex *oliban. pulver. ʒ. iij. albumin. ovor. N. iv. ol. lin. vel ol. amygd. dulc. q. f. Misce.* Vel mixtura ex *melle* & *calce viva* parti apposta, vel *stercus equinum* cum *oleo lini* coctum in forma *Cataplasmatum* appositum. Instar omnium est sequens: *R. Ceparum sub cineribus assatarum N. xij. olei. flor. verbasc. chamom. an. ʒij. croc. ʒB. saponis ʒB. Misc. & calidè applica.* Ex *Emplastr.* laudatur *diachyl. f. de melilot. de sperm. cer.* In declinatione, *Empl. de bacc. laur.* vel seq. quod multis instar secreti est. *R. Pic. naval. unc. iB. sulph. irit. unc. B. cer. flav. dr. vi. sercb. unc. B. ol. cham. q. s.* vel *Emplastr. de mucilagibus*, vel à principio, *emplastr. de spermate ranarum.* *Sorbait* summum experimentum dicit, si in *urinam* benè calefactam, immergatur linteum quadruplicatum, quod parti dolenti applicatum, tollit dolorem intra duodecim horas. Alii applicant *cucurbit.* bis vel ter, vel iterum *Venam secant.* vel *hirudines* applicant.

VIII.

Locum habent *expectorantia*, ut *R. Ol. amygd. dulc. unc. iij. syr. viol. capill. ven. an. unc. i. sacch. cand. unc. i. M. f. Eclegma.* Item ante somnum *pomum* dulce excavat. *sacch. cand.* replet, & coct. vel *rbur.* & *fl. sulph.* Ego hoc pomum feliciter adhibeo. *R. Pomum dulce excavatum*, circa pulpam indatur *sacch. cand. rbur. alb. an. ʒ. i. croci gr. iij.* tectum pomum suo operculò astat sub cineribus, & desuper bibendo *aquam cardui benedicti*; item Eclegma ex *butyr. mell.* & *sacch. an. p. aq.* vel *R. Syr. jujub. viol. vel de liq. an. unc. i. B. oxymell. squill. unc. i. vel R. Mucilag. sem. psyll. aq. viol. extr. unc. i. ol. amygd. d. rec. expr. vel lin. depur. unc. y. syr. viol. sacch. cand. alb. an. q. s. M. f. Eclegma.* Mira præstat in Pauperibus pleuriticis, *stercus equinum* recens *vino* & *aque* incoctum, colatum, *saccharo* edulcoratum, & bibitum calidè, desuper sudando. Ex eodem stercore fiat *Cataplasma*, & lateri calidè apponatur, est expertum. Prærogativam ex *Iboner.* seq. *aq. habuit*: *R. Aq. scabios. unc. iij. veron. cord. f. an. unc. i. B. hyssop. unc. i. russilag. unc. ij. charifol. unc. i. sacch. cand. alb. dr. vi. man. Christ. perl. unc. B. R. R. srypi dulces suspecti*, ob facilem acefcentiam & excitationem fermentationis, hinc præferunt *decocta pectoralia* calidissima forbillata, parata ex *bord. liq. passul. jujub. sebest. sic. sem. 4. frig. m. herb. scabios. capill. ven. charifol. hed. terrest. flor. bellid. papav. viol. etc.* Nota: 1mo

talia expectorantia mox in principio morbi danda non esse, nè materia expectorationem faciendo, tussim & periculum suffocationis inferat: præterea saccharata etiam sunt suspecta, propter acidum occultum, undè potius præferenda decocta, syrupus expectorantibus vid. Tussis. Hinc nota: 2^{do} quòd etiam dulcia vehementer noxia sint, in Pleuritide verminosa, seu à vermibus orta, quia illam magis exasperant, quàm minuunt aut sopiunt, eorum causam vermium fervendo & augendo. In hac specie Pleuritis Verminosæ experimentum est, si aqua card. bened. affundatur super mercurium vivum, & ità in loco calidè contineatur, de hac aqua, quæ nihil de pondere & substantia mercurii imminuit, si aliquot cochlearia propinentur, omnes vermes necat & educit.

IX.

Ex observatione Georg. Baglivi Medici Romani, in Pleuritide, ubi magna apparet spirandi & expectorandi difficultas, irritis aliis, duo vesicantia tibiis vel cruribus admota, non solum expectorationem promovere, sed etiam spirandi difficultatem lenire, imò alui fluxum, si adsit, sistere, sapissimè expertum est.


X.

Si Pleuritis tendat ad suppurationem eadem adjuvanda; hinc ruptio ejus procuranda vomitu vel sternutatorio, vel apertio instituenda, locò abscessus probè cognitò, ex pondere & dolore; ruptus, quod ex spuitione puris cum ichore plus minus cruento apparet, mundificandus, procedendumque ut in Empyemate & Phthisi.

XI.

Dieta: Aer sit temperatus, diæta tenuis, excarnis, ex panarella, jusculo gall. cum ovis luteo, crem. hord. avena cum sacch. cand. pulp. pom. ass. passul. Ventur omnia Salsa, acuta, acida, acerba, aromatica, Potus: nullò modò sit actu frigidus, Vinum nocentissimum: hujus vices subeat decoct. hord. liquirit. v. gr. R. Hord. m. ℞. liq. dr. i. ℞. passul. unc. i. sem. anis. p. j. coq. in mens. i. ℞. aq. font. R. Hord. crud. M. ij. rad. liq. dr. vi. aq. font. lib. vi. coq. ad consump. lib. ij. add. in fine sem. fanic. parum contus. dr. ij. col. R. Rad. liq. dr. ij. passul. min. hord. mund. spec. decoct. pect. à M. j. coq. in lib. iv. aq. ad consumpt. lib. i. vel decoctum pectorale cum stor. papav. rhead. factum. Si sit Pleuritis maligna R. Ras. C. C. unc. i. ℞. aq. font. lib. vi. coq. ad remanent. lib. iv. add. syr. viol. papav. errat. an. unc. ij. ℞. sulph. dr. ℞. M. Nota: ut omnia quæcunque ægri bibant, calidè bibant; frigidus enim potus,

iia & vinum, in hoc morbo est venenum, quia coctionem impedit, expectorationem retardat, tussim exasperat, inflammationem auget, respirationem difficiliorem reddit, & pulmones lædit. Suadet insuper Syaenham, ut si vires admittant, æger ad horas liquot quotidie lectò ablineat. Motus & quies animi & Corporis, fomnus item & vigilia, sint moderata; alvus verò non laxa.



CAPUT III.

Peripnevmonia.

I.

Nomen: Peripnevmonia, Pulmona, Pnevmonia, Erysipelas pulmonum. Eine Entzündung der Lunge.

II.

Definitio: est Inflammatio Pulmonum, dependens ab eadem causa, quæ Pleuritis, ac affligens, cum febre continua acuta, insigni spirandi difficultate, cum anxietate & periculo strangulationis, tussi, modò sicca, modò humida, cum sputis pituitosis, cruentis, hinc purulentis, dolore pectoris gravativo, spinam quasi attingente; quandoque etiam inter Scapulas, præsertim in tussi perceptibili, rubore faciei & genarum, vel quòdà totum, vel quòdà dimidiam partem, pulsu magno, undoso & inæquali.

III.

Genus: ut in Pleuritide, morbus nimirum auctæ magnitudinis.

IV.

Subjectum: Pulmo, modò quòdà dextram, modò quòdà finistram, modò quòdà utramque partem.

V.

Differentia: alia conjuncta cum Pleuritide, alia non: alia sicca erysipelatodes, alia humida, quando à lymphæ prædominante oritur; alia dum dimidia ejus pars, alia dum totus inflammatur pulmo, alia primaria, per se & primariò orta: alia secundaria, quando aliis morbis succedit, ut Anginæ, Pleuritidi; idque duplici modò, vel per metastasim, quando Pleuritis in Peripnevmoniam transmutatur, vel per epigenesim, quando Pleuritidi Peripnevmonia supervenit. Clarius

dicam : hæc transmutatio , quando per metastasin fit, tunc fit, si effe-
sante priore morbo advenit alter, v. gr. Pleuritidi supervenit Peripneumonia : quando autem per epigenesin accidit , tunc fit , cum
aliterò manente morbo , alter adjicitur, sicque morbus uterque manet.
Denique alia est *vera*, alia *norba* seu *spuria*, dum ex Catarrho febris,
cum tussi & spirandi difficultate excitatur.

VI.

Causa : sunt eadem, quæ in Pleuritide,

VII.

Signa diagnostica : in definitione, dicta. Si fit spuria, plerum-
que ingruente hyeme , vel sub ejus exitum , aut veris initium ag-
greditur, paulò habitiosè, virilem ætatem affectos, vel prætergres-
sos, præterim vino deditos, ita ut æger ab initio nunc caleat, nunc
frigeat, vertiginosus fit, conquerens de Capitis dolore lancinante,
quoties tussit, cum urinis turbidis & intensè rubentibus, detractò san-
guine Pleuriticorum æmulò, potulenta subinde vomitu rejicit, anhe-
lus Spiritum crebrò & celeriter ducit, dolet & thorax omnis, vel
saltem pulmonum coarctatio percipitur, quoties tussit æger; in habi-
tioribus nulla ferè febris inditia sunt, materia phlegmatica, ebullitio-
nem impediende; pulsus magnus, languidus & mollis, ob sangui-
nem crassum & crudum inæqualiter circulantem. Signa Causarum
vide tit. de Pleuritide.

VIII.

Prognostica : est affectus Pleuritide periculosior, licèt Pleuritis fit
vehementior; & dolorosior, atque ùplurimum lethalis: hinc etiam
teste *Celfo*, plus habet periculi, quam doloris, & plerumque in cala-
mitatem abire solet. In quibusdam regionibus est affectus popula-
ris, teste experientia, & *Hipp. in prognosticis*, qui Pulmonis fre-
quentes adscribit regionibus paludosis. Spem salutis ostendit
virium robur, minor symptomatum vehementia, sputa subflava, non
multò permixta sanguine, circa initia excreta; bonum etiam, si mu-
tetur in Pleuritidem, licèt hoc rarò contingat, quia tamen si fit, dum
fit ex morbo periculosiore ad minus periculosum transitus, quod
cognoscitur ex superveniente dolore pectoris, & imminuta spirandi
difficultate, & sic fit, quod dicit *Hippocr.* ab initio ferri foras, bonum.
Salutem etiam ostendunt ex *Hipp. in prognosticis*, abscessus circa au-
res, vel partes infernas, debitè suppurati & aperti. *Hipp. 7. aph. 11.*
ait: à *Pleuritide Peripneumonia, malum*. Inflammatio pulmonis
sinistri, periculosior est dextri. Experientià constat, in morbis pulmo-

pulmonum periculosis, morituros brevi mori, evadentes verò non
nisi longioris temporis tractu liberari. Peripneumoniam lethalem,
ægrumque 4. aut 7. die suffocandum fore, ostendunt symptomatum
vehementia: Vigiliæ, aut somnus brevis, stuporem ac delirium in-
ducens, frigus extremorum, steror cum maxima respirationis angustia,
unguium livor & incurvatio &c. plura prognostica vid. apud *Hipp.*
6. *aph. 16.* 7. *aph. 2.* 3. *aph. 30. 23.* 2. *aph. 43.* usque 49.

IX.

Indicationes & Curatio : ut in Pleuritide, si fit vera; spuria tol-
litur *V. S.* si opus repetita, interjectis *lenientibus & pectoralibus*;
eadem enim utriusque est ratio & curatio.



CAPUT IV.

Empyema & Vomica.

I.

Nomen : Empyema, Suppuratio; germanice nonnullis dicitur: *ein
Brust-Geschwür*. Licèt Empyematis nomen omnem suppu-
rationem significet, usus tamen apud Medicos obrinuit, ut non nisi
pro puris collectione in Thoracis capacitate intelligatur.

II.

Definitio : est materiæ purulentæ in cavitate Thoracis collectio;
respirationis libera organa in sua actione sufflaminans. Differt Em-
pyema à Vomica, quia Empyema est collectio puris, in quapiam cor-
poris parte: Vomica autem collectio puris, in aliquo viscere cystide
obvoluta.

III.

Genus : est Symptoma in Excretis, toto genere præter naturam.

IV.

Subjectum : est Cavitas Thoracis, nunc una nunc altera, me-
diante scilicèt mediastino divisa, nunc utraque.

V.

Differentia : aliud est *verum*, aliud nothum s. *spurium* ex Phleg-
mate corrupto, pus referente; de hoc loquitur *Hipp. 7. aph. 38. de
sillationes in ventrem superiorem ad suppurationem deveniunt,
intra dies 20, aliud quod oritur per se, a sanguine extravasato, in*

pus mutato, aliud *secundarium*, quod alios morbos sequitur, ut: Pleurit. Peripnevmon. Angin. Aliud quod est *in latere dextro*, aliud quod *in sinistro*, aliud quod *in utroque*. Aliud in quo *pus verum* & laudabile, aliud in quo *materia acris*, foetida, & saniosa excernitur.

VI.

Causa: vel Sanguis in cavitate thoracis effusus, grumescens ac in pus mutatus, ex vulnere, contusione, contorsione, casu ab alto, ex Hipp. enim 7. aph. 20. *Si in ventrem Sanguis p. n. effusus fuerit, is suppuretur necesse est.* Vel materia purulenta illuc effusa, ut v. gr. ex rupto abscessu Pleuritidis, Peripnevmonia, &c. prout ait Hippocrat. 5. aph. 8. *Qui Pleuritide laborant, nisi intra dies 14. superne repurgentur, is in Empyema fit mali translatio.* item 5. aph. 10. *quibus ex Angina ad pulmonem mali fit conversio, intra 7. dies interunt, si vero hos effugerint, purulenti evadunt.*

VII.

Vel ex Vomica Pulmonum rupta: est autem *Vomica*, collectio materiae purulenta in Pulmonibus, intra cystim aliquam s. membranam; & haec Vomica differt à Phthisi, sicut Abscessus ab Ulcere; in Vomica enim materia purulenta, citra excretionem in suis membranis inclusa, in pulmonibus haeret, & ideò Vomica dicitur. Cum verò materia excernitur, ulcus efficit, & Phthisis causet; haec nondum rupta, saepius nullum sui dat vestigium: subinde se prodit febricula, tussis assidua sicca, pondere & gravitate, anhelitu gravi, foetido, tæbe & sputò cruento, dum est in via ad rupturam: rupta autem vel animi deliquium & repentinam mortem affert, ex Hipp. 7. aph. 8. à *tuberculi interiorum ruptione, exsolutio, vomitio & animi defectio fit.* Vel pus copiosum & foetidum per plures exspuunt hebdomades, imò menses, & tandem debiles facti, tabidi ut plurimum moriuntur. Oritur haec Vomica saepius ex atomis acerrimis, respiratione attractis, quibus substantia pulmonum corroditur, & in suppurationem abit, donec sensim ad exteriorem membranam perveniens, eam perodat, & putrilaginem confertim evomat: hinc plurimi Chymistæ subitanea morte intereunt. Plura de Vomica dicemus infra, de Phthisi.

VIII.

Signa diagnostica: Sanguinis in pectore collecti & grumosi sunt, praegressa causa violenta, laesio respirationis, tussis molesta, sputum sanguinis, dolores pectoris varii, gravitas ac pondus circa costas notas.

thas. Suppuratio sanguinis seu Empyema in feri cognoscitur, si praegressis pleuritide, peripnevmonia, casu, vulnere &c. post unam vel alteram septimanam, sine praegresso sputo copioso, cum pondere & sensu gravitatis, in parte febris intensior superveniat, cum rigore, anxietatibus, vigiliis & deliriis. Pus factum, ex remissione febris & reliquorum accidentium deducitur: dum rumpitur abscessus, quòd saepius circa diem 30. vel 40. accidit, rigor & febris denuò fit intensior; hinc eodem rupto, & empyemate facto, febris fit mitior & lenta, magis ad hecticam accedens, vesperi & circa noctem vehementior, respirationis gravis ac difficilis, cum sensu gravativo, dum stant aut sedent, vel fluctuationis, dum decumbunt, sputò sanioso, purulento, anxietatibus, sudoribus colliquativis nocturnis, palpitatione cordis malarum rubore, cibi fastidio, pulsu creberrimè intermittente, in carpo lateris affecti, tumore pedum, sensu saporis cinerei & putridi in ore, decubitu faciliiori in latere affecto. *Nota*: latus affectum distinguitur ex iis, quae habentur apud Hipp. 2. prognost. text. 21. 59. Si Empyema in altera tantum parte existat, hos convertere ac discernere oportet, doleant nè in altera parte seu latere, & an alterum alterò calidius sit, atque cubantem supra latus sanum interrogare agrum, an videatur sibi onus aliquod desuper suspendi, si enim ita est, in quocunque latere pondus sit, in altero suppuratione existit: sicuti si utrinque calor & pondus sentiat, in tota thoracis cavitate pus continetur. *Avisenna* addit etiam conjecturam, quam deprompsit ex Hipp. 2. de morbis; applicetur, inquit, linteum Thoraci madafactum, secundum utrumque latus, dextrum & sinistrum, citius enim excidabitur illud, quod supra latus pus continens appositum est.

Reverius addit adhuc aliud signum, quòd nimirum in latere affecto tumor oedematofus saepe apparet, ex tenuiore materiae collectae in Thoracis musculos residante; & quando in suspitione hujusmodi Empyematis, tumor aut cutis inflatio, in alterutro latere apparet, certò pronuntiare licet, Empyema intus latitare, & apertionem lateris tuto fieri posse.

IX.

Prognosticum: proponit Hippoc. 2. prognosticorum titul. 63. quod cum nimis longum sit, legi potest apud Hippocratem citatò locò. Præterea Hipp. 5. aph. 15. ait: *qui ex Pleuritide Empyemate fuerit, si à ruptione Empyematis intra dies 40. repurgentur, bonum; alioquin transiens in Tabem.* Quibus ex magna puris copia, totus thorax in respiratione attollitur, celerrimè suffocantur. Si post Apostematias ruptio-

ruptionem, febris & sitis remittant, ac appetitus redeat, bonum: præsertim etiam, si pus album, laeve, sine dolore, cum levi tussi ejiciatur. Salutem etiam portendit, si pus Empyicorum per alvum aut urinam, validis adhuc viribus existentibus, satis copiosè expurgetur. Empyici melius habentes, & qui ferè expurgati videntur, si sputum foetidum excernant, cum recidiva intereunt. Hipp. 7. aph. 44. ait: *quicumque suppurati uruntur vel secantur, si pus purum vel album effluerit, sanantur: si verò sũbventum, faculentum & fœtidum, pereunt.* Id ipsum confirmat 6. aph. 27. *quicumque Empyici aut Hydropici uruntur aut secantur, si pus aut aqua universim effluerit, moriuntur.* Quibus specillum à pure velut ab igne coloratur, ii ferè moriuntur. *In coactis prænotionibus, & 5. aphorism. 10. quicumque ab Angina liberantur, iis ad pulmonem vertitur, & in septem diebus pereunt, si verò hos affugerint, suppurantur.* Item 7. aph. 16. à puris spũto Phthisis & fluxus; cum verò spũsum recessum fuerit, moriuntur.

Empyemata, & imprimis illa, quæ externam quandam causam agnoscunt, ut lapsum ab alto, contusionem, vel oneris gravioris sublationem, diu interdum latent, donec tandem superveniat difficilis respiratio, tussis molesta, ac ruptum, ingentis puris copiam in pectus effundat, cum periculo suffocationis, quæ impediri nequit, nisi artificiosa sectione.

X.

Indicationes: sunt, sanguinem grumofum resolvere, per convenientes vias evacuare, vel suppurationem ejus adjuvare, plus debite evacuare, acrimoniam ejus corrigere, & lationem partis indutam restituere.

I.

Curatio: in casu ab alto, percussione, aut contusione, præmissa V. S. conveniunt sanguinem *resolventia*, eumque seu per sudorem seu urinam *evacuantia*; ut *pulv. contra casum* ex *aq. cherefol. ocul. canc.* cum *acet. dest. sperm. cet.* ex vehiculo calido, *sang. hirc. pp. spec. diamum. antimon. diaph. ung. rub. pot. ping. hum. &c.*

II.

Puris Generatio adjuvanda, extrinsecus Cataplasma, suppurant. ex *althea, ficibus, flor. chamomill. melilot. sem. lini, stenn grac. tritici, ol. amygd. dul. butyr. recent. rad. althea lil. albor. intrinsecus decoct. sic. glycyrrh. pass. matv. alb. symphyt. agrimon. russilag. scabios. capill. vener. flor. cordial. hedera terrestri &c.*

III. Pus

III.

Pus evacuandum per loca, quò natura vergit, sputum promoventia, quæ sinatura eò tendat, petenda ex *Syr. de nicot. oxymell. squill. hydromell. incoll. rad. ir. belen. scab. byss. marrub. isquir. jujub. passul.* Paracentesis inter 5. & 6. Costam in affecto latere, quod tumor, color, dolor, pondus ac strepitus puris fluctuantis indicabit; insinuetur viribus adhuc constantibus, in ætate juniori, & pulmonibus nondum læsis, præsertim si naturales evacuationes non suffecerint, vel non suffecturas suspicio sit. De hac operatione lege *Paracum, Severinum, Paulum Æginetam, Fienum, Scultetum, Barbette, Marchetti, Aquapendencium.* Debet autem fieri apertio intra duas costas, suprâ partem costæ superiorem, quia inferiori adjacet vena & arteria: apertione factâ, pus non afflatum, sed per intervallâ emittendum, ut dixi, ex *Hippoc. 6. aph. 27.* fiant injectiones ex vulnerariis, *lac caprinum* cum melle resaso calidè. Vel *R. Herb. Vinca peruvinc. agrimon. betonic. consolid. sarracen. sanicul. scabios. aa. M. j. flor. hyper. flor. cordial. aa. p. 1. rad. sarsaparill. consolid. aa. 5. iij. Misc. incis. in f. q. aq. colatura adde: mell. rosat. 3. ij.* Dentur etiam decocta vulneraria ad intra, ex herbis *consolid. veronica, scabiosa, auricula muris. Vinca peruvina, alchymilla, Santicula, hypericon. papav. rhoed.* Toti pectori imponatur emplastrum *Norimbergense* expertum. Quæritur si utrumque latus pure affectum, in quo facienda sit operatio *R. cum Hippoc. 2. ac morbis,* sinistrum potius aperiendum, qui minus lethalem asserit morbum.

IV.

Acrimonia puris corrigenda, & læsio partis restituenda, per *flor. sulph. cum antim. diaph. tereb. vitell. ovi* dissol. cum *aq. bed. terrest. Syr. de succ. bedes. terr. marrub. cum thur. myrrh. &c.* Si calor simul excedat, reliquis miscantur *antibect. toreri sacch. saturn.* Valet etiam usus *lactis capr.* cum *sacch. ros.* Alii laudant decoct. *guajac. chin. v. g. R. Ros. lign. guajac. unc. j. f. s. s. ph. unc. ʒ. macer. per 2. horas in aq. commun. lib. vj. coq. ad consumpt. lib. 1. ʒ. add. bed. terrest. fl. hyper. herb. veron. aa. M. j. rad. lig. unc. ʒ. sem. fenic. dr. vj. passul. min. conquass. unc. iij. coq. ad remanent. lib. iv. f. Decoctum ter in die sumend. cum dosi *an. in. diaph.* quod speciale est in omni suppuratione. *Cardi. lucius* laudat *succ. nasturt. rec. expr. cum acet. vin. ar. p. equal. adde aliquid el. oliv. & sal. commun.* de qua mixtura omni hora cochlear sumend.*

C c

Alij

Alii sic exhibent *z. Ol. sem. lin. depur. unc. 1. succ. nasturt. unc. ʒ. sacch. cand. pulv. dr. ʒ. M.* Vel si febris desit, detur *meum Oleum lini magistrale*, titul. de Asthmate descriptum; vel detur *pomum assium cum rhure, saccharo & croco*, vid. tit. de Asthmate. *Oculi cancri, sanguis hirci, mumia, antihæcticum Poteri album, animon. diaphoret. sperma ceti, sulphurata cerebintbinata* optima sunt, v. g. *cerebintbina cypric* in modico vitello ovi soluta & cum aqua *heder. terrest.* mixta, detur manè ʒj. plus minus. Hæc enim sputum & urinam movent, detergunt & discutunt.

V.

Dieta: Aër sit temperatus, victus euchymus, ex hordeat. *amygdal. pineat. crem. hord. panatell. pom. dulc. gelatin. juscul. decoct. cherefol. potus, decoct. hord. sic. & glycyrrh.* vel potus traumaticus, v. g. *z. CC. ussi unc. ʒ. hord. integri unc. i. ʒ. herb. agrim. veron. alebymill. sanic. an. p. j. rad. consolid. maj. liq. an. unc. ʒ. spec. pro decoct. pect. unc. j. ʒ. anisfenic. an. scr. i. M.* de his speciebus *M. ij. iij. coq. in mens. ij. aq. font.* Vitetur omnis motus Corporis & Animi vehementior, plura vid. tit. de Phthisi.



CAPUT V.

Hydrops Pectoris.

I.

Nomen: Hydrops pectoris, seu Pseudohydrops, german. *die Brust-Wasser-Sucht.*

II.

Definitio: est Lymphæ, seu humoris serosi in cavitate pectoris collectio. Hic morbus graphicè describitur ab Hippocrate *z. de morbis*, qui ibidem videatur. Quemadmodum autem materia purulenta in cavo pectoris Empyema, ita aqua ibidem restagnans Hydroperem inducit. Hic affectus rarissimè contingit, frequentior tamen est quàm vulgò creditur, sed plerumque non cognoscitur; existant tamen exempla apud Authores, sed plerumque non nisi post mortem in cadaveribus demonstrata. Nos eum ita pro modulo nostro describemus, ut Medici practici peritiam non facilè superflugiatur. Nota: hic affectus Mantuanis est valde familiaris, propter lacum vicinum.

III.

III.

Cause: vel vitium totius M. S. dum simul conjungitur cum Hydre univerfali, aut præcipuè epatis vel lienis, sanguinem haud ritè despumantium; vel oritur ab ipsorum pulmonum digestionem debili, vel à lymphaticis & lacteis, motu lymphæ impedito & stagnante apertis. Hinc frequenter oritur ex pulmonum hydatidibus; quæ sunt vesiculæ aquâ plenæ, natæ ex lymphaticis, lymphâ intra valvulas earum stagnante, & ea distendente. De his hydatidibus loquitur Hippoc. libr. de internis affectionibus.

IV.

Differentia: alius *primarius* seu solitarius, dum solum pectus primariò afficitur, alius *secundarius*, dum Hydropi generali supervenit, uti crebro fit in Cachectis; alius dum aqua *in toto pectore* colligitur, alius dum in *alterutro latere*, alius in quo *materiam limpida* & aquosa, alius in qua *crassior*, albicans & quasi lactea continetur.

V.

Signa diagnostica: Sunt dolor thoracis gravativus, tussis sicca, respiratio difficilis, primo somni tempore magis urgens, & quasi suffocans, quod signum est pathognomonicum, murmur & sonitus fluctuantis aquæ, ad motum aëri, sitis molesta, pedum tumor, brachij alterius vel humeri dolor quasi paralyticus: subinde etiam febricula, palpitiatio Cordis, animi deliquium &c.

VI.

Prognostica: Morbus hic curatu difficilis, utpote præsupponens gravem visceris affectum, hinc sæpius recidivat, usque dum tandem in Ascitem degeneret. Si Asciti superveniat, affectus deploratus est, non verò si affectio sit primaria, & corpori aliàs sano contigerit. Materiam in thorace contentam evacuatio difficillima est, quia non sunt viæ patentés, per quas aqua evacuari potest. & idèd Hippoc. lateris apertione præcipit, prout in tit. de Empyemate jam diximus.

VII.

Indicationes & Curatio, cum Dieta: ut in Asthmate seroso & Hydrope conveniunt nempe *hydragogæ, diuretica, sudorifera, causticæ*, ac *paracentesis*. Plura vide titulo de Hydrope.

CAPUT VI.

Hæmoptysis.

I.

Nomen : Hæmoptysis, Hæmoptoë, Sputum sanguinis, seu Hæmoptoica passio, & sanguinis per Os rejectio germ. Das Blut- Speyen.

II.

Definitio : in genere sumpta, est omnis sanguinis excretio per os, à quacunque parte procedat, sive à thorace, pulmone, aspera arteria, à faucibus, gingivis, palato, uvula, cerebro, ventriculo, hepate, liene, pancreate, renibus, utero &c. In specie est rejectio Sanguinis floridi ac spumosi per tussim, ex referatis pulmonum vas-
fis. id est, tam arteriis quam venis trachealibus, ex arteria & vena manantibus oriunda.

III.

Genus : est morbus in via p. n. aperta, id est, soluta unitatis; vel est symptoma in excretis eorum, quæ sunt toto genere præter naturam. Et cum omne symptoma pendeat à morbo, tanquam causa proxima, hujus symptomatis causa erit, morbus organicus vel communis; organicus duplex, vasorum apertio seu anastomosis, & vasorum rarefactio, seu diapedisis: communis etiam duplex, vasorum ruptio seu rixis, & vasorum erosio, seu diabrosis, juxta illud: Diabrosis venas erodit, rixis easdem scindit, anastomosis has aperire facit. Hinc anastomosis diapedisis jungitur, de quibus adhuc in differentiis dicemus.

IV.

Subjectum : Pulmo, quodam vasa sua sanguifera,

V.

Differencia : alia recens, alia veterata: alia periodica, alia indolens, alia cum dolore plus minus conjuncta, & quidem vel contractivo pulmonum, vel gravativo, obstructivo vel rodente & irritante: alia quasi critica: alia cum spuro succero: alia cum mixto: alia proprie dicta, accidens ordinariè cum tussi. licet absque ea subinde graves contigisse hæmoptyses, testantur Authorum observationes, dum scilicet ob sanguinis copiam imperumque subitaneum, tussi haud tempus relin-

relinquitur: alia quæ fit cum secretu, apertis nempe vasis larvæ; aliis; vel ductuum trachealium; alia quæ fit ab anastomosi: alia à diapedisi alia à rixis, id est, à vasorum apertione, rarefactione, ruptione & erosione, ut jam diximus. Alia idiopathica, quando pulmones eorumque vasa primario, per se & essentialiter afficiuntur, alia sympathica, quando pulmones tantum secundariò, per consensum seu vitio aliarum partium compatiuntur & læduntur, v. g. ab utero, in obstructis mensibus & aliis visceribus, maximè verò suppressis Hæmorrhoidibus. Nota: differt Hæmoptoë ab Empyemate & Phthisi, quòd in his purum pus, in illa sanguis exspuatur; differt à Plevritide & Peripneumonia, quòd in his etiam fiat sanguinis per os rejectio, Hæmoptysis tamen non dicuntur, sed simpliciter cruenta sputatio.

VI.

Causa interna : est vel copia, turgescencia, fervor ac orgasmus sanguinis, vel ejusdem uti etiam seri acrimonia falso-acida, vel biliosa, à salibus acris corrosivis M. S. non tam fundentibus quam tenellas vasorum pnevmonicorum fibras ac membranas divellentibus, corrodentibus apertentibus & sic exundationes perniciosas sanguinis parientibus; vel vasorum ruptura, à causis externis violentis.

VII.

Causa dispositiva : Pulmonum textura levis & imbecillis, uti & sanguinis dispositio acris scorbutica, ætas juvenilis, nam ex Hipp. 3. aph. 29. juvenibus sanguinis spuitiones, tabes &c. familiaris.

VIII.

Causa externa : sunt aër calidus, frigidus, repentina calidi & frigidi alteratio, æstus solis, balnearum, atomi minerales respiratione attracti, cibi acres, acidi, falsi, aromatizati, victus plenior, usus vini generosi, vel potus glaciali; in magno æstu fortior corporis motus, ex saltatione, equitatione, cursu, luctatione; clamor, vociferatio, tussis ferina, ira, suppressio mens. hæmorrhoid. ictus, lapsus, percussio, vulnera, catarchi falsi ferini &c.

IX.

Signa diagnostica : hic affectus revera, sicut præ multis aliis cogniti est facilior, ita curatio est difficilior & periculosior; Rejectio sanguinis floridi ac spumosi per tussim, ex Hipp. enim 5. aph. 13. qui spumantem sanguinem extrussim, ut ex pulmone edu-

cur. In generali Hæmoptysi, sanguis levi exspuitione ejectus, provenit ex partibus palatus, naribus, aut vicinis superioribus: qui levi freatu ejicitur, ex faucibus, summitate asperæ arteriæ, & vicinis locis venit; qui partim freatu, partim tussi, cum sensu titillationis in palato, & prægressâ vel comitante Hæmorrhagiâ narium, ex naribus descendit; unde cautus & providus debet esse Medicus, nè sanguinem à via narium aberrantem & in ventriculum ac fauces decumbentem, pro Hæmoptroë decernat, qui profus ex pulmonibus non est, & plerumque freatu in Hæmoptroë, cum iterata tussi ejicitur: qui tussi profundâ & magno conatu, præsertim obscurus, niger, plus minus spumofus vel spumæ permixtus cum dolore rejicitur, ex cavitate pectoris provenit: qui vomitu, ex stomacho & partibus vicinis eò ejicitur, si per anastomosis vasorum fiat, uti etiam per diaphragmâ, sanguis in pauca vel mediocri quantitate exit, & sine dolore, si per diaphragmâ vel rixin, sanguis in notabili, imò in magna quantitate cum dolore prodit.

X.

Prognostica: Hipp. 4. Aph. 25. ait: *Sanguinem supernè quidem efferrî, qualiscunque sit, malum: infernè verò, siniger ejiciatur, bonum.* Omnis vasorum apertio periculosa est, præsertim in pulmone; gravior affectus est, si Arteria quàm Vena læsa sit. *Post sanguinis fluxum singultus, vel convulsio, malum.* Hippocr. 5. Aph. 3. Hæmoptysis tamen subinde critica est, & liberat à morbis magnis, præsertim in quibusdam suppress. mens. vel hæmorrhoid. dententis, atque hæc est periodica, sine pulmonum peculiari noxa contingens, ac subinde ad plures annos ægum innoxie molestans. Si Hæmoptysi corripitur corpus ante sanum & robustum, major salutis spes est, quàm si cachecticum, scorbuticum, phthisicum, vel aliud veltudinarium. item Hipp. 7. Aph. 37. *Quicumque evomunt sanguinem, si sine febre quidem, salutare, si verò cum febre, malum.* Aliàs Hæmoptysis malum periculosum, quòd citò jugulat, vel facile degenerat in Phthisin; præsertim si oriatur à diabrosi, juxta illud *Pœta:*

*Cernis, ut è molli sanguis pulmone remissus,
Ad stygiæ certò limite ducat aquas.*

hinc Hipp. 7. Aph. 13. & 16. ait: *in sanguinis sputo, puris exspuittio, mala, à puris sputo, phthisis & fluxio; cum vero sputum retentum fuerit, moriuntur.* item. 6. Aph. 20. *si in ventrem sanguis præter naturam effunditur, necesse est suppurari.* Hæ-

Hæmoptysis orta à rixi, periculosior est illâ, quæ fit ab anastomosi: omnium autem periculosissima est, quæ fit à diabrosi, ob necessariò sequentem Phthisin vel Vomitam, seu quòd tale ulcus insanabile sit, teste *Gæneo*, qui 5. *Method. 8.* dicit, cum vas in pulmone ruptum est, nisi statim glutinatum sit, antequam phlegmone excitetur, scire apertè licet, id postea insanabile fore, & 5. *Meth. 14.* gloriatur, quòd, qui sese primo die ei curandos commiserunt, omnes curaverit, qui vero secundò & tertio, non omnes, & qui post hos accedebant febricitantes, nullum vidit sanatum; undè vulgo dicitur: *rarditatem esse præcipuam causam mortis.*

XI.

Indicationes: Sunt sanguinem motu seu impetu aut turgescencia peccantem revellere, copiam ejus minuere, æstum compescere, acrimoniam temperare, coagulum, id est, extravasatum resolvere, vasa aperta obturare, adstringere, & conglutinare.

I.

Curatio: fit administrando *P. S.* revulsoriam, præsertim si oriatur ab impetu & copia sanguinis: cautius autem, vel non, si pulsus sit debilis & defectus calor, si fiat ab erosione & acrimonia humorum, convenit saltem ipso fluxu tempore, extra quod non erit adeò ampliùs necessaria. Insituatur ex brachio lateris affecti, per intervalla, hinc ex pede, maximè in suppress. mens. *cucurb. scaris.* applic. scapul. & dorso, vel sicca hypochond. & inguinibus: fiant frictions, ligaturæ, & si æger obnoxius sit Hæmorrhoidibus, eadem aperiantur.

II.

Purgantia: fortiora præsertim vitanda, à quibus facilè in Tabem conjiciuntur ægri; potissimum verò Alòetica, quæ oscula vasorum interna aperire solent ut experientia docet: interim leviora non prohibentur, præsertim *rhabarbarina*, *myrobalon*, *Tamarindi*, *Cassia*, *Falapa* &c.: & quidem eò magis quòd sanguis serosus, & acris existit: dari possunt *manna in decoct. pect.* dissol. *cast. elect.* *de tamar. syr. de cucub. cum rhab. infus. rhei, myrob. tamar. cum syr. ros. sol.* & pauco *putv. rad. gial* &c. v. g. *Be. Mann. el. ʒj.* dissolv. in *aq. plant.* ʒij. add. *rhab. el. putv. ʒj. syr. myrs. ʒj. M. Be. Rhab. el. dr. j. myrob. est. dr. B. tamarind. unc. B. inf. in l. q. aq. plant. in expressi. dissolv. Rhab. putv. dr. B. mann. syr. ros. sol. an. dr. vi. M.*

III.

III.

Exhibenda alterantia & temperantia ut juleb. v. g. Rad. plans. papav. errat an. unc. ij. syr. de ros. sicc. unc. j. sal. prun. dr. j. M. & Ag. nymph. plant. portul. fol. querc. an. unc. ij. lap. hemas: sangv. drac. à dr. B. sacch. cand. q. s. ad grat. dulced. item Emulsio Sic Hoffmannus Hamoptysin aliquoties feliciter curavit, exhibitâ Emuls. sem. quatuor frigid. & papav. alb. cum aq. charesfol. plans. r. of. portul. cum dr. B. lap. hemas. in pollin. redact. & mag. corall. perl. an. gr. v. & Sem. 4. frig. moj. à dr. i. papav. alb. dr. ij. amygd. unc. B. aq. portul. plant. ros. an. unc. j. B. f. Emulsio, add. pulv. stegnot: Gurmman. ser. i. corall. rub. pp. ser. B. manus Christ. perl. dr. ij. M. Proteft. etiam tinct. ros. c. papav. errat. cum syr. myrt. & myr. cydon.

IV.

Ad acres & falsos humores corrigendos, ac sanguinis & spirituum impetum sitendum, conveniunt quoque opiata, ad hæc enim, tanquam sacram anchoram configimus, viribus ægri tamen constantibus, iis verò collapsis, opiata sunt viaticum ad æternitatem: ut *Semen hyosci*
mi cor. pernicola
um, et noxium
in hæmoptysij ex
scardona et alijs
quos vide:
syr. de papav. troch. de alkek. cum op. in lact. diss. Theriac. rec. laud. opiat. adstringentibus mixt. sem. hyosc. alb. Quod in specie hæc specificum est, unde expertissimum Elect. Helide. & Sem. hyosc. papav. alb. à dr. x. terr. sigill. corall. rub. pp. à dr. v. sacch. ros. vet. q. s. M. f. Elect. Cavendum in Hamoptysi à calidiss. volatilibus & spirituosis Essentiis, quia sanguinem magis movent, particulas acido-salinas exagitant, spiritus furbundos reddunt, hinc morbum augent, non minuunt, periculumque inferunt.

V.

Veniendum ad remedia adstringentia & sanguinem sistentia. mixtis sanguinem coagulatum resolventibus; ex simplicibus laudantur syr. de succ. plans: portul. hed. terr. conf. rosar. vet. lap. hemas. bol. arm. terr. sigill. croc. mart. adstr. sang. drac. alum. succ. urtic. syr. de symph. Fernel. corall. succ. express. ex cydon. coctis ad tria cochl. exhibitus, aqua decoctionis cum sacch. cand. pro potu data. Ex compositis varia sunt, ut Elect. pulv. decoct. mixtur. rotul. &c. Electuaria & Conserv. ros. vet. papav. errat. à unc. ij. croc. mart. per reverb. dr. ij. sangv. dracon. dr. j. syr. fl. p. pap. errat. q. s. M. f. Elect. l. sequens, quod Timæo expertum. & Conf. rosar. vetustiss. unc. ij. B. pulv. rad. consolid. sem. portul. mast. bol. arm. irag.

irag. à. ser. j. B. syr. de symph. q. s. M. vel. & conf. rosar. vet. hed. terrest. vel symphys. à. unc. i. troch. de carab. terr. sig. lap. hemas. pp. an. ser. j. laud. opiat. gr. iv. cum syr. de symph. l. ros. sic. M. f. Elect. ter. de die fumendum magnit: nuc. mosch. Pulv. adstring. Scalig. & Serap. vid. River. vel. & cort. myrob. cit. bol. arm. corall. rub. pp. sem. plants. a. dr. j. sacch. ros. iab. dr. ij. M. f. Pulv. ejus dosis dr. j. Decoctum Timæi, longo usu probatum. & Rad. symph. maj. unc. j. B. plantag. pimpin. à. dr. ij. torment. unc. B. alb. liq. à. dr. ij. herb. burf. past. prunell. polyspod. charesfol. consolid. m. Janic. a. M. j. fl. hyper. ros. belid. cum tot. à. m. B. sem. hyper. dr. ij. incif. infund. per noct. in aq. font. hinc coq. col. de colat. cum album. ovi clarif. & lib. ij. add. syr. de symph. de alth. à. unc. ij. oxymeli. l. unc. j. B. M. dentur ter de die unc. ÷. v. assumpto præsertim prius Elect. Alijs sequens pro arcano est. & Rad. tormenell. cum tot. millefol. cum tot. an. unc. ij. sangv. sorb. M. ij. conserv. rosar. rub. unc. ij. Coq. in lib. vi. aq. font. ad med. Dos. unc. vi. m. merid. & v. Alii laudant decoct. liq. querc. ex vim: item in malo graviori sæpius recidivante, ex caulis externis seq. & Raf. sant. rub. unc. j. safaph. unc. B. mac. per. 12. hor. in aq. commun. lib. viij. coq. ad consumpt. lib. j. B. add. herb. hed. terrest. summit. hyper. veron. an. m. ij. sem. sanic. dr. vi. rad. liq. dr. ij. passul. min. unc. ij. coq. ad reman. lib. ÷. Dos. unc. vi. ter in die: Decoctum Pauli de Sorbait ad Hamoptoën est expert. & Herb. ruta. & alchymill. byssopi. capill. vener. auricula muris & salvia. polytrich. pulmonar. farsara. scolopendr. aa. M. f. Cortic. sambuci, cortic. rhabont. rhabarb. elect. hepatis lupi exsiccat. aa. ʒi. axungia porci rec. ʒij. cerevisia alb. lb. vi. coquantur ad consum. pironem lb. i. Dos. manè & vespèri lb. B. calidè vel subfrigidè, est expertissimum. Nota: inter simplicia maximè laudantur decoctum veronica heder. terrest. & millefolij in Jusculo. Lindanus & Estmillerus expertum habent mala cydonia matura vel cruda, modicum in aqua cocta, postea ex iis succus expressus & sape cochlearim datus, præmissa venæ sectione. Item mixtura Sylvij & Dolæi. Item tinctura antiphistica Garmanni, terra catech. Electuar. Varignane, Timæi, Pulvis Helidei Paduani sequens & Seminis hyosciami & pap: alb. aa. ʒ. x. terr. sigill. corall. rub. aa. ʒ. v. conserv. rosar. antiq. q. s. & Syrup. rosarum siccar. q. s. f. Elect. Dos. ʒi. manè & vespèri. Nota: Si ex usu harum adstringentium alvus stringatur, chyfteres applicentur.

Extra adhibeantur Hepati, froto, lumbis, vertebri, Epithemata, titulo de Hæmorrhagia Narium dicta. Mixtura cochlearum fumendæ, etiam locum habere possunt, ut *Mixt. stegnot. Sylvii*. R. *Aq. plant. un. ij. cinnam. ʒ. iij. aces. vin. ʒ. l. corall. rub. ʒ. ij. terr. sig. l. sang. dracon. ʒ. j. laud. opiat. gr. iij. syr. myrr. ʒ. iij. M.* Item Rotul. seu Tabul. Hæmoptoicæ *Plater.* vid. *River.* vel *R. Lap. hæmat. in alcohol redact. ʒ. j. C. C. ust. ʒ. ij. sangu. dracon. bol. armen. ros. rub. ana. ʒj. sacch. ros. triplum ad pondus omnium M.* & cum sufficiente quantitate *gumm. trag.* in decoct. *gly. cyrrh.* fol. f. pasta pro hippoglotide.

V.

Si malum videatur foveri a Catarrho acri, *cauterium* brachio inirendum, ac Corpus sæpius evacuandum.

VI.

Præservatio ab Hæmoptysi fit, diæta convenienti institutâ V. S. si adfit plethora, bis in anno administratâ, purgatione quater in anno factâ, cum *insus. senn. rhei tamar.* cum *mann.* utiliter etiam per aliquod tempus singulis diebus fumi potest, *scrup. rhab. soft. lac asinin* vel *caprin. chalyb.* per mensem bibatur : quia si ultra mensem lac bibatur, licet attemperet, tamen vasa replendo, & copia distendendo, eadem facillè denuò reserat. vid. de hoc Promptuarium, & assignatur *causer.* in Tibiis.

VIII.

Diæta: aër sit temperatus, inclinans ad frigidum: victus refrigerans, incrassans, & vi emplasticâ præditus, *ex prisan. bord. oryz. amygd. mil. pulment. amygd. panatell. extremit. anim. carn. agnin. vitul. vervec. canc:* valet multum Panatella, *ex farinarad. sarsaparille, amylo* cum aqua in pasta primò, postea in farinam redactò, & in *jusculo vituli* sumpta : interdicitis falsis, piperat. acidis, acribus & flatulentis. In potu vinum exulet, vel saltem sit tenue, *decoct. glycyrr.* dilut : vel bibatur *cerevis. tenuis,* vel *aq. bord.* cum *syr. viol & sp: sulph.* vel *decoct. rad. China, sarsaparill Santalis eboris.* vel *emuls. amygd. dul.* vel *rinctur. rosar.* vel *decoctum rad. torment. pentaphyll. hordei. pass. liquir.* vel *decoct. coriand.* ex *aq. chalyb.* cum *spiritu vitriol. acif.* vel cum *syr. de portul. myrr. rosar. sic.* Vitentur vehementia exercitia, incandescencia, vociferatio, vinum generosum ; æger parùm loquatur, somnus sit longior, sumptâ

sumptâ sub ingressum lecti *conf. rosar. antig.* vel electuario quodam adstringente ; fugiatur fumus nicotiana, hæmoptoycis infensissimus.

CAPUT VII.

Phthisis, Tabes, Macies, Atrophia, Vomica, Externatio, Consumptio, Marasmus vel Contabescencia.

I.

Nomen: Phthisis, Phtoë, Consumptio s. Tabes pulmonalis, germ. *die Lungen-Sucht.* Phthisis generalitèr sumpta, omnem corporis consumptionem, à quacunque causa vel parte corporis procedat, significat ; v. g. à catarrhis, à ventriculo, hepate, liene, renibus, vermibus, seu crinonibus. Strictè sumitur pro exulceratione pulmonis ; quia Pulmo præ omnibus partibus internis, maximè expositus est injurijs externis, ceu pars spongiosa, facillè easdem recipiens, & sic notabiliter & facillè abisdem alteratur. *Nota:* de Atrophia in Specie, agemus infra de Morbis Infantum.

II.

Definitio: est Exulceratio Pulmonum, exorta à materia acri erodente, ac infestans febre lentâ continua, tussi, sputo purulento, ac totius corporis contabescencia. Recentiores sic definiunt : Phthisis est universalis contabescencia, corporis, cum febre lenta continua, tussi, sputo purulento, è causis acribus pulmonum substantiam exulcerantibus (hoc differt ab Atrophia universalis, quæ ex alimenti defectu solum oritur,) orta. *Nota:* Veteres & Recentiores in hac definitione sunt uniformes, nam Veteres per exulcerationem pulmonum, Recentiores per Exulcerationis effectum definiunt. Omnis enim Phthisicus contabescit, & omnis verus Phthisicus patitur Pulmonum exulcerationem.

III.

Genus: Est morbus solute unitatis, cum diminuta magnitudine si sit perfecta ; in principio tamen, prout anatomicè sæpissime ostendit, est morbus auctæ magnitudinis, dum partes Pulmonum glandulosæ

dulose, infarctione quadam, à sero copioso ibidem secreto & stagnante intumescunt, & in tubercula indurescunt, vel lapidibus, vel materia fabulosa replentur, usque dum tandem acrimoniâ humoris detenti inflammantur, & exulcerantur.

IV.

Subiectum: Pulmonum vesicularis substantia. Cum autem generalissimè de Phthyfi loquamur, etiam glandulæ Mesenterii, Ventricoli, Pancreatis, Hepatis aliæque partes, subiectum esse possunt, prout jam supra diximus: Si enim v. g. purulentum hepar, vel renes, vel similes partes contabescant, tunc Phthyfi laborare dici potest, quia ad cujusque partis ulcus, sequitur Phthyfis; sic purulenti Renes, pariunt Phthyfin Renum, purulenter vel ulceratus Pulmo, Phthyfin Pulmonum; & sic de aliis.

V.

Differentia: alia *hereditaria*, à Parentibus contracta, ex vitiosa pulmonis constitutione: alia *adventitia*, ab excessibus & propriis viriis acquisita: alia *contagiosa*, præsertim confirmata, fermentò ulceris corruptivo seu per halitum, seu faniem expectoratum, in aliud corpus transmissò: præcipuè autem conjuges & consanguinei se mutuo afficiunt: alia *primaria* & essentialis, ex acriori lymphâ orta: alia *secundaria* seu symptomatica, quæ alios morbos sequitur, ut Pleurit, Perripnev, Empyema, sputum sanguinis, variolas, febres malignas, vulnera penetrantia, scorbut, scroph. affectiones chronicas, hyster. & hypoch. febres continuas. I. intermittentes malè curatas. Alia est *vera*, superius descripta: alia *meridiosa*, in qua plurima materia puri analogâ citra continui solutionem, perpetuò & copiosè rejicitur, à depravato pulmonum alimento, vel materia aliunde delata, in materiam puri similem conversâ; hinc à solo puris sputo, de pulmonum læsione, vel eorundem particulæ deperditione, non semper certò judicandum: nam vix Medicus reperitur, qui non perfectè restituit aliquos, qui per longum temporis spatium pus, vel puri quid simile rejecerunt, cum subinde hoc lateat in thorace, sine læsione pulmonum. Alia est Phthyfis *lenta* seu chronica, quæ ad plures annos se extendit, in adultioribus & senibus magis frequens; alia magis *acuta*, quæ intra mensem unum vel aliquos ad interitum deducit, ut in juvenibus: alia est *imminens*, undè Hippoc. 1. lib. Ep. deni. 18. dicit: non modò acti Phthyficos, sed & omnes ad Phthyfin pronos, esse phthyficos: alia *incipiens*: alia *consummata* & perfecta: Alia à rupto tuberculo seu *Vomicâ*, de

de qua diximus tit: de Empyemate: alia ex *Gonorrhœa* & *lue venerea*: alia *Dorsalis*; à nimia venere & nimia exiccatione spinalis medullæ; alia *spinalis medulla*, ex destillationibus in illam factis: alia ex *Inedia* & fame &c. sed hæc omnes ad generalem Phthyfin pertinent.

VI.

Causa interna: frequentissima est nimia Sanguinis & Lymphæ acrimonia, & Salsedo: muriatica, nunc à capite destillans, nunc cum sanguine, mediante ejus circulo ad pulmones delata, ibidemque secreta, glandulas & vesiculas earum infarciens, tumefaciens, indurans, usque dum inflammantur & exulcerantur: item sanguis grumescens, acescens, & putrescens, juxta Hippoc. 7. aph. 15. vel Pus in abscessibus ruptis, ex ejusdem Hippoc. 5. aph. 15. dicens: qui ex Pleuride Empyici sunt, si à ruptione Empyematis intra dies quadraginta repurgentur, liberantur, alioquin transcunt in Tabem. Vel ulcus relictum, à prægressis variol. vulnerè &c.

VII.

Causæ dispositivæ: sunt hereditaria dispositio, quia integræ familiæ hoc morbo corripuntur, ætas juvenilis, nam ex Hippoc. 5. aph. 9. *Tabes ut maxime et atibus sit quæ sunt ab anno 18. usque ad 36.* quia in ista ætate adest maxima sanguinis copia, ruptioni venarum faciendæ idonea; adest etiam ejusdem sanguinis tenuitas & acrimonia, aptiorum aut erosioni valorem producendo apta: adde quod in hac ætate plurimi errores in victu committantur, & exinde varia vitia in Corpus inducantur. Præterea in hac ætate vehementiora exercitia, in cursu, saltu &c. contingunt. E contra in Infantibus fluxiones multò humidò hebetantur, in senibus utpote frigidis, à natura torpent. Item 3. aph. 29. juvenibus sanguinis spuitiones, tabes &c. prava thoracis conformatio; ut gibbosis; item dum thorax angustus: (quò præditi pectorosi seu stenothoraces, Engbrüstige dicuntur) scapulæ alarum modò prominentes, collum longum cum gutture prominenti, pulmones molles, laxi, corpus aliàs gracile & macilentum, utpote sanguine acriori, asperiori & saliori præditum: item dispositi sunt biliosi, hypochondriaci, atomos acres & venenosas, vaporetibus atrahentes, ut Auri fabri, Fosfores, Cementarii, Chymici, Murarii &c.

VIII.

Causæ externæ: sunt aëris magni excessus, variæque ejus anomalie: præcipuè autem teste Hippoc. 3. aph. 10. *autumnus Tabidis malus*,
D d 3: item

item turgidus particulis carbonum, calcis vivæ, mineralium &c: cibi acres, falsi; abusus vini generosi sp. vini, vel etiam vini acidi, hinc Phthisis in Austria endemica; acidulæ etiam & omnia viriolata, quæ in pulmonibus debilibus summè nociva, abusus fumi nicotianæ, haultus ingens subitaneus frigidæ, post corporis incalcescentiam, constrictio pectoris nimia in virginibus, pro concilianda venustate suppressio mens, vel hæmorrhoid. nam ex Hipp. 6. aph. 12. diuturnas curanti hæmorrhoides, nisi unaguapiam servetur aperta, periculum aquæ intra cucem, aut Tabi impendat. Curatio veterum ulcerum, clausio fonticulorum, suppressio gonorrhœæ, fluoris albi, metus, ira, tristitia, intempestiva studia: Excessus Veneris: prægressa Plevritis, Peripneumonia, Hæmoptysis, Hydrops pectoris, Vomica, variolæ, febres malignæ, Scabies repulsa, vulnera penetrantia, contusio, casus, obstructions viscerum, fermenta læsa, abcessus, tumores, maror vigiliæ, defectus bilis, lymphæ, scorbutus, affectio hypochondriaca, Diabetes, Catarri, Hæmorrhagiæ & sanguinis fluxus immodici, Ulcera præmature curata: mensium & maximè Hæmorrhoidum obstructio.

XI.

Signa diagnostica: imminētis sunt, fluxio latenter defluens, stimulans ad tussim, & tussicula in anis, sputi sapor in ore amarus vel falsus, quandoque febris levior: signa hæc certiora erunt, si adit paulò antè dicta prava thoracis conformatio, cum voce exili, clangosa, ac gracili corporis habitu, & atarsjuveailis. De his vide Hippocratem, lib. de morbis text. 9.

X.

Signa incipientis: sunt quærela de virium labefactione, cum appetitu plùs minùs dejecto, aut saltem carnes abhorrente, flavescētia substantiæ carnosæ in artubus & atrophia incipiente, potissimum in carpo & carne muscolosa pollicis, vid. Hippoc. lib. 1. de morbis, text. 10.

XII.

Progredientis: tussis vehementior & molestior, affligens præsertim vesperi, saltem post lecti introitum, aut manè, cum rejectione materiæ viscidæ pituitosæ. Sensus gravitatis thoracis, subinde etiam dolor acutus antè & retro, superveniens febricula lenta, ipsis ægris ferè insensibilis, nisi quòd post pastum, præter gravationis sensum, circa præcordia sentiant levem calorem, prodentem se subinde erratico faciei & malarum rubore, cum pulsù tamen semper celeri, frequenti, plùs

plùs minus parvo, sapor in ore putridus, respiratio magis difficilis & anhelosa, præsertim à citatore ambulatione, urina rubra ac præcipitata cum sedimento farinaceo, corpus quæ magis extenuatur; tussit etiam sæpius æger, dum in unum latus decumbit magis quam in alterum.

XIII.

Confirmata: calores acutiores, ex superaddita febri hecticæ febre pnevmonica inflammatoria, à tuberculorum inflammatione, sudores nocturni, statim ac somno corripuntur, tussis continua, rigores frequentes, inordinati; febres erraticæ in quarum paroxysmo sæpius delirant, atque hæc febres oriuntur ex suppuratione tuberculorum, sputum magis purulentum, imò sincerum pus exspuitur, quod à pituita distinguitur cum sit minùs, sed potius cinereum, subviride vel flavum, subinde simul fatidum, in ignem seu carbones præsertim effusum, ac in aquam salam tepidam projectum, fundum petat, in quo etiam dissolvitur; & hoc veram Phthisin denotat, juxta Hippocras. 5. Aph. 11. Qui Phthisi molestantur, si sputum quod extussunt, grave oleas injectum carbonibus, & testale. Respiratio fit magis difficilis, macies tanta, ut ossa tantum pelle tecta sint, cum facie colore pallido & cadaveroso, Urina oleaginea & rubra, deponens subinde ad fundum matulæ arenam rubicundam instar cinnabaris; tandem supervenit pilorum defluvium, tumor pedum, diarrhæa colliquativa, aphthæ, peculiaris gutturis dolor inter deglutendum, ac tandem viribus exhaustis, cessante tussi & expectoratione, suffocatio ac mors placidissima, cum retentione rationis ad extremum usque halitum. Interim tantâ signorum speculatione opus non est, teste enim Aretæo, si quis vel plebeus viderit hominem pallentem, sufficientem, macie confectum, hunc vera Phthoë laborare pronuntiandum. de his vide Hippoc. lib. 1. de morbis. text. 7. Queritur hic: quomodo cognosci possit quoddam latus pulmonum, seu an dexter an sinister lobus afficiatur? hoc cognoscitur ex decubitu ægri, in latere enim affecto tantum cubare possunt, non autem in sano, propter pondus, ab affecta parte sanæ incumbens; præterea cognoscitur, si linteum madefactum utriusque lateri apponatur, id quòd citius exsiccat in illo natura patitur, prout jam diximus titulo de Empyemate.

XIII.

Prognostica: Phthisis est malum, quod non citò, sed post longum tempus occidit, est Lue Venerea crudelius, quæ mitius nos aggreditur, est Peste miserabilis, quæ licet plurimos inficiat, multi tamen infecti curantur; sed Phthisis sine medela est, juxta illud:

Mors est ante oculos, & opem Medicinæ recusat,

Phthysicuse enim à principio usque ad finem, citra salutis spem vivit & moritur, moritur & vivit, triste intuitibus spectaculum, sceleton, & quasi exsiccatum cadaver, test *Ovidio lib. 4. tristif.*

Vixque habeo tenuem, quæ tegat ossa cutem.

Et alibi:

*Adducitque cutem macies & in aëra succus
Corpus, omnis abijt vox, tantum & ossa supersunt.*

Primus gradus, Phthisis facillè curabilis, difficilior autem cognoscibilis est, & sub specie catarrhi, pluribus imponit; distinguitur tamen tussis Phthisica à catarrhali, quòd hæc ultima statim primo limine ferax ac humida, sine ponderosa Pectoris oppressione anhelosa, quod spatio paucorum dierum, vel saltem hebdomadum terminetur, quòd non sit juncta gravitas hypochond. sitis, inappetentia cum vomitu post cibum, ex violenta tussi, quæ omnia sunt contraria in Tussi phthisica, in qua etiam excernitur materia purulenta, coloris cineritii & flavi, crassa quidem, sed fluida, & fibrillis destituta, stris etiam sanguineis interdum intermixta. *Secundus gradus* difficilior curatur, licet per vulneraria & laudabilem diætam, ulterior progressus per plures annos, interdum retardari possit; quòd mitius enim hic morbus tractatur, eò diutius vis lethifera longas in moras potrahi potest. *Tertius gradus* teste *Galeno, Crasone, Timæo*, ac quotidianâ experientia, incurabilis est, tum ob tussim, pulmonum motum & consolidationem impediens, tum ob vim medicamentorum, longo fractu ad pulmones usque exolefcentem, tum ob indicationes contrarias, inter ulcus, febrem & maciem; quæ enim ulcus exsiccant, sputum impediunt, febrem & maciem augent; eò contra quæ humectant, & febri & maciei profunt, ea ulceri obfunt, & sordidius reddunt; tum ob crustam quandoque superinductam, levi occasione decidentem, & morbum renovantem; hinc probabile est, eos qui pro Phthisicis confirmatis habitis, restituti fuisse dicuntur, Tabæ saltem vel hæcticæ, vel catarrho chronico, mendosam phthisin excitante, detentos fuisse. Quòd melior in Phthisi prima viget concoctio, eò uberior Sanitatis spes, quam etiam augent, si pectus amplum, hirsutum, vires robusta, sputum album, leve, æquale, quod facillè expectoratur, appetitus vigeat, alvus compacta, sitis nulla.

nulla, febris remittat. *Hipp. 5. aph. 12. ait: qui Tabæ infestantur, si sputum quod excussione, graviter oleat, carbonibus injectum, & capilli desuunt, lethale;* propter summam putredinem, & ideò cor & cerebrum efficientem, unde & deliquia, & capillorum defluvia; *idem. 4. aph. 12. inquit: quibus per Tabem capilli defluunt, ij, alvi profluvio sperveriente, moriuntur 5. aph. 14. Si Tabæ detento, profluvium alvi supervenerit, perniciosum. item. 8. aph. 16. à puris spatio Phthisis & fluxio, cum vero spirituum venientium fuerit, moriuntur.* Anorexia tabidis mala, præsertim cum inflatione ventriculi & hypochondriorum: animi deliquia, sudores colliquativi, raucedo, diarrhæa, Urinæ oleaginosa, convulsiones ac spasmi, certissimi mortis prænuntii, Phthisis acutè morbò superveniens, brevi interimit: secus quandoque chronica, ad plures annos, & quidem magis chronica est, in ætate præcedentibus, quàm juvenibus. Phthisici ut plurimum moriuntur, quando folia prorumpunt, veridici: aut decidunt, nempe autumnò: Hinc vulgo dicitur: *Er wird den Gult nit mehr hben tuffen.* Phthisis hæreditaria, & à mala thoracis conformatione exorta, ut plurimum lethalis; ex contagio contracta, curatur difficilior, & plerumque magis acuta. Restituti observati, quibus vel callus in pulmonibus contractus, vel pars exulcerata cum pleura agglutinata. Curabilis, in qua parva exulceratio, & pus benignum, propriâ cystide contentum. Curata Phthisis, à levissima causa recrudescere solet. Hæmoptifici, dicuntur semi-Phthisici, si oriatur à sanguine acri sæpiusque redeat, cum celeri pulsu, & urina rubra.

XIV.

Indicationes: sunt serum atque aliorum humorum recrementa à pulmonibus divertere, acrimoniam demulcere, materiam tabificam abstergere, educere, symptomata graviora, nempe tussim ferinam, sudores nocturnos, alvi fluxum, oppressam anacatharsin sublevare, pulmones læsos restituere, consolidare, ac partes emaciatas refocillare, analepsi & Diætâ.

I.

Curatio: fit evacuando humores vitiosos per intervalla, remediis lenioribus, quia cacochymia redundans in corpore, ulcus pulmonis fovere & augere solet, modò Corpus non sit extremè consumptum, ex *manu. cass. aq. lax. Vienn. elect. lenit. syr. ros. sol. infus. senn. rbei pilul. de succin. Crat. &c.* vid. Catarrh. In morbi progressu, à purgantibus abstinendum, quia etiam leviora, tabidos copiosissime evacuare solent, cum insigni virium noxa, atque insuper post

post purgationem, vesperi crebrius & pejus tussiant. R. R. in Phthisi laudant vomitoria, cum morbus ferè semper in principio, nisi hæmoptysin sequatur, sit ex vitio stomachi, cum tussi stomachali, minusque lædat vomitus, quam continua tussis, ille etiam potenter & copiosè saniem ex pulmonibus evacuet; alii è contra, cum Veteribus, vomitoria minus tuta censent, præsertim in actuali ulcere, ob metum rupturæ vasorum pulmonalium, unde etiam Hipp. s. apb. s. ait: *Tabi obnoxios, suprane purgato*. Ego distinctionem adhibendam esse arbitror, censeoque, vomitoria convenire posse in principio morbi, si constet, viscera haud esse adeò infirma, nec pulmones corruptos, nec præcessisse sputum sanguinis: ventriculus è contra biliosis, aut acidis humoribus turgeat, ac nausea & vomendi adit dispositio; interrim non sint vitriolata, nec nimis vehementia, ac post eorum usum, aut etiam purgantium, sumendum paregoricum seu anodynum. Clysteres tutiores & semper utiles sunt.

II.

V. S. locum non habet, nisi quandoque in principio, præsertim si sanguinis evacuatio suppressa in causa sit, tum ad minorandam effervescentiam & colliquationem sanguinis, tum ad præcavendam inflammationem. Hæc etiam in progressu repeti debet, licet corpus sit macilentum, si adit dispnoea insigniter asthmatica, vel lateralis dolor, vel signa aliqua Rheumaticæ, Pleuriticæ, vel Peripnevmonicæ dispositionis.

III.

Pro Catarrho avertendo, commendantur *setacea, fonsic*, qui quidem in principio utiles, non autem si jam ad extrema deductus sit affectus. In eundem finem, utendum *errhin. ex succ. major. bet. beton. Sic. sacculis capiti applicandis, ex mil. & sal. ros. item, cucuph. suffumig.*

IV.

Pro mitiganda acrimonia salina totius M. S. præstantissimum est *lac*, seu precipuum phthysicorum solatum, serosa parte abstergens, caseosa glutinans, & butyrosa reficiens; est enim lac summum edulcorans, & alimentum medicamento sum, omnesque intentiones ad phthisin curandam propositas adimplet. Convenit autem maximè lac, si dolor molestus cum phlogosi, in gutture sentiatur: cum autem varia sint lactis genera, omnibus præferendum *lac muliebri*, utpote nature nostræ familiare, subtile, citò penetrans, & optimè nutriens; ex ipso ubere suctum, præcipue si nutritrix bonæ constitutionis,

nis,

nis, & mediæ ætatis; hoc lacte muliebri plures restituti sunt, imò unus restitutus, ut sibi lac non deficeret, nutritricem imprægnavit. Quia tamen multi à lacte muliebri abhorrent, sumatur *lac asini num. caprin.* vel etiam *bubulum*; additâ dimidia parte *aque*, quolibet mane ad §. vi. ascendendo cum unc. ii. usque ad libras ij. eadem dosi vesperi, circa quintam repetitâ. Quæ hæc maximè convenit ad finem veris, vel principium æstatis, tepidè prout redditur, addendo parùm *sacchari rosati*, ac continuandus ejus usus per tres menses: prius autem colluvies viscerum tollenda, videndumque nè adsit febris putrida nec diarrhœa, ex cruditate ventriculi orta, nec hæare acidum in primis viis. Signum boni eventus curæ lactis erit, si urina cocta, nec valde tincta, nec nimis aquosa; si faeces alvi non crudæ, copiosæ, foetidæ, si sitis mitigetur: secus si audiantur murmura, adsit dolor ventris, nausea, vomitus, superveniat febris, dolor capitis exasperetur; ab eodem etiam abstinendum, si Epur scirrhosum, vel obstructions sint in mesenterio, item si pulmo pure gravatus, ulcus sordidum, sputum copiosum, ventriculi ægritudo & oppressio gravativa. Alii *cancros* elixos contundunt in mortario, affundendo *lac vaccinum*, sicque colatum exhibent. Hic nota: animalia à quibus desumitur lac, debent nutrirî bonis herbis, hordeò vulgo *Ser-sien* & *Schrott*, & quandoque etiam avenâ.

V.

Deveniendum ad vulneraria, abstergentia, exsiccantia & consolidantia, in forma l. Decoct. l. Brod. Pulv. Rotul. Elect. Eclegmatum. In forma Decocti laudatur à plurimis decoct. *gnajac. chin. salsapar. v. g. w. Rad. chin. in taleol. incis. §. j. salsapar. cit. an. §. B. macer. in ag. font. mens. ij. B. add. herb. hedder. terrestr. scambios. pulmon. a. M. y. sem. anis. san. an. §. ij. liquir. §. B. passul. min. conqaals. §. j. coq. ad tert. col. Vel v. Rad. salsapar. §. vi. chin. §. y. sant. alb. rub. an. §. B. rarisur. cher. C. C. an. §. ij. inf. & coq. in ag. font. lib. viij. ad iv. add. liquir. §. vi. passul. §. j. B. col. Fonsæcæ laudat decoct. sans. cur. vid. Ruz. r. & infra de Diata. Profunt & alia decocta ex herbis vulnerariis, ut *Veronic.* per modum Thæe, cum rad. liq. decoct. usupata l. B. fol. Thæe §. j. veron. agrim. sativ. a. §. j. pec. decoct. pætor. rec. dispens. §. y. ras. liq. salsaph. rad. iv. incis. an. §. j. B. incis. detur ad chart. v. Herb. hedder. terrestr. cher. fol. veron. an. m. j. rad. cnul. §. j. B. m. fl. §. B. sem. anis. §. ij. sans. §. ij. sic. ping. Num. iv. passul. min. §. j. B. rad. liq. §. v. coq. in*

suffic. quantit. aq. plur. mart. i. cerevis. l. ser. lact. bibatur haustus manè & vesperi, & ante decubitum, cum cochl. dimid. pulv. antipthysis: Valent etiam, desillatum meum antipthysic; vel decoctum antipthysicum Zuvelferi, vel Jüncken, vel decoct. meum polychrest. vel decoctum D. D. Tobrizenky, vel decoctum Brunneri, vel Gelatina C. C. eboris, cum vipera, cum vel sine confectioe albermes, vel Gelatina mea antipthysica. Prædictis addi vel substitui possunt, rad. symphyt. chin. herb. cassil. epas. nob. plant. min. scabios sanie. pulmon. agrim. bugul. &c. post decocta in usum veniunt juscula seu brodia, ut juscul. decoct. cern. vervec. cum bugul. l. cum succo bellid. (quæ herba præstantissima,) cheresol. veron. Wepferus sequenti multa præstitit. R. Succ. nasturt. express. nummular. bellid. coch. 2. vel ij. cum paxuill. mell. ros. cum brod. l. R. Herb. dict. ad M. ij. l. ij. affund. brod. carn. non salit. ferr. unc. iv. l. v. hinc col. add. parùm mellis. Prodest & gelat. C. C. brodiis addita. Datur & decoct. chin. cum Gallin. l. columb. vid. Catarrh. Alii accipiunt herb. traumat. & sacch. rosas. immittunt in vent. exent. pull. hinc lento igne in olla cooperta coquant. Pulveres antipthysici maximo etiam in usu sunt, ter vel bis de die exhibendi v. g. R. Herb. pulmon. salu. hyssep. pulm. vulp. præp. veron. pulm. capr. mont. aa. ʒ. ʒ. sacch. cand. viol. ʒ. iij. antisect. Poter. ʒ. ij. f. lact. sulph. ʒ. j. ʒ. eleo. sacch. anis. ʒ. vi. M. f. Pulv. R. Bals. sulph. vel Per. ʒ. ij. impastetur cum sacch. cand. ʒ. ij. add. spec. diarrag. fr. putv. anony. an. ʒ. ij. succ. liq. rad. enul. v. stor. lact. sulph. an. ʒ. ij. M. f. Pulv. ter de die exhib. super pane vino tost. ad ʒ. i. pulvis fungi salicis, dosi ʒ. ʒ. est expertus. Addi vel substitui possunt pulv. Haly spec. diatr. si. sulph. benz. sperm. ces. &c.

Alii cum fructu simplicissimo utuntur pulvere ex sol. sal. sylv. l. pulmon. aur. cum sacch. à. p. aq. Item, valet pulvis Erbeny, putv. Sorbait, Item pulvis meus antipthysicus, vel pulvis epicerasiticus Mercklini vel pulvis Franchimont: Valet etiam tinctur. mumie, antipthysica Garmanni; tinctur. antipthysica Dolai. Item rotula mea perlat. morsuli Mei resumptivi: Morsuli Tobrizenky: rotula. Knöfelii, quæ omnia videri poterunt in promptuario meo. Remediis sulphuratis minus utendum, si præcordiorum æstus, & febris hectica prævaleat. Electuaria hic etiam in usu sunt, & præcipue ex simplicibus maxime conveniunt, conserv. ros. rub. quæ solâ multi restituti fuisse dicuntur. Exempla existant, quòd conserva rosarum cum pane instar butyri supra panem extensa, & comesta, repetitum mul-

tos

tos sanaverit. Terebinthinata etiam multum præstant in Phthysi, in varia forma data. Vel R. Conf. rosar. rub. flor. bellid. min. an. unc. i. ʒ. rad. consol. m. condit. unc. i. putv. Haly. rec. pp. dr. vi. antisect. Pos. dr. ij. cum f. q. syr. de succ. hed. terrest. M. f. Electuar. Addi etiam possent flor. sulph. bals. sulph. anis. spec. diarrag. fr. vel R. Conf. Ros. ver. unc. j. ʒ. cum syr. fl. bellid. f. q. M. f. Elect. de quo ter de die sumatur, magnit. nuc. mosch. Eclegma seq. laudatur à Tirmao. R. Succ. symph. m. ub. j. ʒ. veron. portul. ros. rub. salu. hed. ser. rest. puimon. aur. pimpin. an. unc. iv. depur. & cum f. q. Sacch. coq. ad consist. Linctus. Alii etiam commendant terebinth. v. gr. R. Tereb. cyp. unc. j. mell. ros. ar. vi. pulv. glych. dr. iij. M. detur magnitudo nuc. mosch. vel Pilulæ Winckleri, R. Tereb. Ven coct. unc. ʒ. bals. peruv. dr. j. cum pulv. glych. M. f. Pil. pond. i. gr. vel pilula de cynoglossa: pilul. contra tussim Schröd: de succino Craton. Suffitus etiam magni æstimantur, præsertim à Willisio, & quidem vel humidi, vel ficii, v. g. Decoct. herb. traumas. v. g. russiag. hyssep. &c. ac colat. effervescentis vapor hauriatur manè & vesperi, per horæ quadrantem, per foramen chartæ in conum convolutæ. R. Olib. succin. alb. benz. an. dr. j. ʒ. pulv. ros. rub. sans. rub. l. mast. aa. ʒ. j. M. f. Pulv. prunis aspergendus: & fumus per tubulum hauriendus; addunt etiam flor. sulph. Circa dicta remedia not. 1^{mo}. ea, uti in omnibus morbis chronicis, ad longum tempus præscribenda esse, cum ægri aliàs faciliè deserant Medicum. 2^{do}. dulcibus non restitui Phthysin. cum plus lædant quam prosint. Hic pariter monendum, in omne Tabæ, præsertim phthysica, vitanda esse omni modo virriolata, tanquam virulenta phthysicis: Quamobrem scorbutici & hypochondriaci, ad Phthysim dispositi, utentes acidulis, perlique interierunt.

IV.

Opiata in Phthysi maxime proficua, sistendo irritationis sensum, hinc tussim mitigant, humorumque acrium in parte decubiturum, ac coruprelam ulteriorem impediunt, unde ab eorum usu tussis remittit, melius dormiunt, sudores nocturni cohibentur, ac manè facilius magis cocta exspuunt ægri. Verùm hæc vera sunt, si dantur in principio & incremento morbi, ubi tussis & exspiratio non admodum urgent, non autem in progressu & statu morbi, ubi anhelitus difficilior, & expectoratio multorum viscidorum prævalent; hinc cautè usurpentur, vel penitus omittantur, nè respiratio adhuc fiat difficilior, & suffocatio nis metum incurrat æger. Unde si vigilie urgeant, nec opiata tuto exhiberi possint, pareat Ennis, amygd. pim. pistach. &c. Ex opiatis,

Ee 3

duabus

duabus horis ante cenam sumendis, conveniunt *Pilul. de cynogl. ad gr. vi. vel s. Antihæc. Poter. ser. i. sacch. sat. ser. s. extr. croc. gr. xv. laud. opiat. gr. ij. l. ij. cum l. q. bals. peruv. At. f. Pil. pro 2. dof. l. s. storac. calam. myrrh. thur. extr. liq. opii, croc. an. ser. j. M. f. Pilul. gr. pond: dentur ix. sub introitum lecti. vel datur laud. opiat. cum conf. rosar.*

VII.

Lubricantia, incrassantia, tussim mitigantia & ex pectorantia locum habent, ut *succ. glych. troch. beccb. nig. ol. amygd. cum sacch. cand. syr. jujub. viol. de gycyrrh. &c.* vid. Tussis, & Raucedo.

VIII.

Extrinsicè spina dorsi & thorax inungatur *ung. resumps. ol. viol. rosar. pingued. glir. mont. vel gall. ind. Ungv. anodyn. pectoralis rubr. sili. Zacharia. resumptivo &c.* Quibusdam commendatur *balm. ol. olivar. vel infels. in semicup. tepide ex decoct. bord. fed febris lenta abist necesse est, alias non tantum nihil adjuvat, sed ut plurimum lædit.* Alii Infusionem liquorum in venas, alii Paracanthem, de qua tit. de Empyemate, alii Funiculos suadent, alii etiam Setateum in cervice, teste *Hildano.*

IX.

Præservatio Phthisis fit, victu refrigerante & humect. usu *lact. balm. aquæ dulc. vel hordeac. fontic. decoct. chin. sant.* usque aliorum antiphthisicorum, que aliquoadiu continuanda, non tamen sint nimis dulcia. *Nota:* sicut Ægros curare, ita & Adstantes incolumes servare & præservare teneimur, cum sit morbus contagiosus. Idcirco Domestici serio admonendi, ut saltem proximam inspirationem evitent, quia tuta non est.

X.

Dieta: aer vergat ad siccum, vitetur aquil. austr. vespertin. nocturnus, loca subterranea. Mutatio aeris sæpe profuit. Sic *Galen.* Phthisicos ablegavit ad montem *Tabis*, *Celsus* in *Aegyptum*; quod remedium si non Ægris, saltem Medicis, ad evitar das molestias, quandoque etiam ignaviam, salutare. *Sydenham* exercitium equitatione factum, pro remedio specifico proponit. Victus sit esrigerans, humectans, analepticus: hinc ex Carnibus conveniunt, *carnes capon. gallin. pull. avic. mont. vitul. vervec.* cum eorum *gelat. consumat.* vel *contus.* Ex Piscibus *luc. perc. tross. fundul.* Extelaceis, *cant. restud.* Ex fruct. *amygd. pin. pistach. passul. sicpom.* Ex frugibus,

bis, cryza iris. bord. aven. item ova serb. Vitanda nimium saccharata, acrida, salia, aromatizata, acida. Refectionis necessitas, potius frequentia cibationis, quam copia ubertate compensetur. In Potu vitetur vinum acrimoniæ augens: loco ejus bibatur cerevisia alba. *Decoctum rad. chin:* vel *santalorum*, est specificum in omni phthisi, maxime à destillationibus salis, tenuibus, caldis, item *decoct. bord.* cum *liq. v. g. r. Hord. mund. m. iv. raa. liq. unc. s. passul. min. unc. j. s. jujub. N. xx. sem. anis. fenic. an. dr. vi. cinnam. unc. s. M. incis. & contus. D. ad chart. de his. m. iij. coq. in mens. j. s. aque ad consumpt. 3. p. vel r. Rad. chin. sel. ras. liq. guajac. an. dr. vi. liq. ras. dr. v. jujub. sebest. a. dr. vi. cinnam. dr. iij. passul. m. j. incis. D. ad chart. de quibus quantum vola manus capitur, coq. in mens. ij. aliquot ebullit. col. Vel r. Rad. chin. sel. dr. iij. liq. dr. ij. passul. min. mund. & major. enucleat. a. unc. s. sic. ping. dactyl. a. N. v. jujub. sebest. an. N. xij. sem. melon. anis. san. an. dr. j. Bull. in 2. mens. aq. per hor. med. Vitentur ira, Venus, mæror, tristitia, & profundæ cogitationes; alvus nec sit nimis libera, nec stricta.*

CAPUT VIII.

Tussis.

I.

Nomen: Tussis, Tussiculatio, Tussedo. Die Husten.

II.

Definitio: Est motus depravatus, & veluti convulsivus, expirationis thoracis, seu vehemens, crebra & sonora spiritus efflatio, à facultate expultrice, & veloci pulmonis, thoracis & musculorum contractione edita, ad id, quod organis spirandi molestum est excutiendum.

III.

Genus: est symptoma motus Thoracis depravati, coacti nempe & irritati.

IV.

Subjectum: Sunt nervosa, fibrosa ac membranosa organorum respirationi intervientium partes, ut aëria arteria, thorax una

unà cum pulmonibus, musculis, & præcipuè diaphragmate.

V.

Differentia: alia est, *humida* cum reiectione materiæ: alia *sicca*, arida, etiam *vulpina* dicta, in qua magno labore nihil excernitur: hæc si sit gravior & vehemens, *Hipp. serena* dicitur: alia est *epidemica*, alia *convulsiva* seu suffocativa, pueros & infantes è plurimum infestans, quæ detenti quasi præfocati ejulant. & ob sanguinem stagnantem, vultu fere lividi & nigri evadunt: imò interdum tussiendo, pectore convulso, à respiratione cessant: alia est *continua*, alia *interpolata*, quæ quandoque tantum invadit; alia *periodica*, quæ certis intervallis, bis terve in anno affligit; item ratione fomitis, alia *pectoralis*, alia *stomachalis*, quatenus diaphragma, ab affecto orificio ventriculi superiore, quod in transitu œsophagi, medianibus fibris, membraneo Diaphragmatis circulo annectitur, ob contiguitatem vellicatur, vel quatenus œsophagus simul vellicatus, contiguam sibi asperam arteriam per consensum afficit, ac in Tussim proritat.

VI.

Causa immediata: est organorum respirationi infervientium irritatio, atque hinc subitanea convulsiva contractio, ad rem molestantem excutiendam.

VII.

Mediata: sunt præsertim in humida, materia mucosa pituitosa, purulenta, sanguis extravasatus, lymphæ acrior, salis, acidior, primæ digestionis vitio progenita. seu à Capite & glandulis asperæ arter. depluens, seu in pulmones, & in ventriculum, quæ Tussis catarrhalis dicitur: *Willisus* statuit, materiam Tussim excitantem, non à capite per Tracheam, sed à tunica glandulosa ejusdem asperæ arteriæ, serum à sanguine deponere, quòd à massa sanguinea & lymphæ ductibus, affluentius in Arterias pnevmonicas, & sinus inanium fistularum effunditur, quibus pulmones inundari, atque ad Tussim irritari arbitratur, & revera non ineptè judicat, à M. S. mediante circulatione eò delata; atque huc spectat illa tussis quæ quandoque febres arden-tes minus acutè, per sputa mucilaginosa judicantur. Ad Tusses, ex vitio lymphæ natas, spectant etiam illæ, quæ solent affligere in principio variolarum & morbillorum, ac quæ Infantibus quandoque superveniunt, ex malè curata scabie, achoribus, favis. Tusses hæc, licèt quandoque in principio siccæ sint, progressu tamen deinsunt humidæ,

tùm

tùm ob uberiores lympham, ex irritatione transfudantem, quæ pedentim condensatur, in mucum plus minus crassum & viscidum; tùm ob læsionem partis gravibus irritatæ phlegmonosam, ulcerosam, & exoriationem, quæ nutrimentum vitiosè assimilatum, unà transfundat, sub forma muc. Præterea Tussis, præsertim sicca, oritur à pulmonum calculo, grandine, ulceribus, vulneribus, tumoribus epatis, lienis, ventriculi; hinc diuturna tussicalia sicca, cum dolore, vel tensione hypoch. obstructiones contumaces viscerum significat: excitatur quoque Tussis, præsertim convulsiva, sine immediato vitio partium spiritualium, ex solis spasms nervorum, tam ex primario affectu, quam consensu cum aliis partibus affectorum, ut in hypochondriacis, hysteriacis, quibus paroxyfmi ex acri acido retento remorantur; hinc ejusmodi Tusses, superveniente podagâ, breviter & quasi spontè evanescent.

VIII.

Causa dispositiva: ætas puerilis, 3. aphor. 24. senilis, 3. aph. 31.

IX.

Externa: aër frigid. aquilon, hinc *Hipp. 3. aph. 5. ait: aquilo Tusses movet, fauces exasperat &c.*: vel alio peregrino aëthere & caractere epidemico notatus, aut acidò coagulativò turbidus, tempus hyemale, 3. aph. 23. vernale, 3. aph. 21. fumi acidi, acriores, præsertim mineralium inspirati, potus frigidus vel etiam subacidus, austerus, assumpta rancida, cibus & potus per rimam laryngis aberrans.

X.

Signa diagnostica: per se clara. Distinguitur autem Tussis stomachalis à pectorali, quòd in illa locus irritationis, tiillationis & stimuli ad tussim, sit in partibus inferioribus, profundius respirantes non tussiant, sonitus sit quasi è profundo loco erumpens, magis de die affligat, superveniat non rarò vomitus, adfit anorexia, sensus stomachi gravativus, aepesia &c. Cùm in pectorali, sensus stimuli percipiatur, in larynge, aspera arteria, aut superioribus pectoris locis, sonitus sit magis superficialis, noctu sæpius affligat, febricula subinde adfit nocturna, profundius respirantes statim tussiant,

XI.

Prognostica: Tussis à causa externa excitata, caret periculo. Si crebrius affligat, in subjecto habente pulmones debiles, ac sero & sanguine

Ff

fanguini falſioſibus ac acrioribus prædito, abſque læſione pulmonum, vix recedit, & Phthyſin vel Hæmoptryſin inferit; hinc mature illi ſuccurrendum; ſi enim diutius protracta, & remediis vulgaribus non facile cedens, ſputum copioſum varii coloris producat, accedente languore & tabe corporis, cum ſiti, appetitu dejecto, & reſpiratione difficili, jam ad Phthyſin limites devenit. Tuſſis ferina, tam in infantibus quàm adultis, maribus herniam, & prægnantibus abortum inferre valet, nocturna, ex vitio lymphæ, catarrhalis Phthyſis prodroma Hipp. 2. aph. 40. ait: *deſtillationes & gravædines, coctionem in valde ſenibus non admittunt.* idem 6. aph. 46. *qui gibbi eſt aſthmate & tuſſiſunt, ſante pubertate moriuntur.* idem 6. Aph. 35. *Si Hydropticis Tuſſis ſuperveniat, malum.* Febribus continuis, in declinatione ſuperveniens Tuſſis humida, cum ritè ſuccedente expectoratione, bona: ſecùs, Hecticæ periculum inferit.

XII.

Indicationes: Sunt materiam iritantem motu peccantem revellere, intercipere, fluxum evacuare, acrem temperare, craſſam attenuare, tenuem incraraſſare, partèſque ſpirituales roborare.

I.

Curatio: fit pro varietate cauſarum; *P. S.* magnæ ſubinde, efficaciz in Tuſſi, præſertim ſi corpus plethoricum, ſitque tuſſis effectùs catarrhi calidi, & ſi febris ſit juncta.

II.

Clyſteres & purgantia leviora locum habent, & quidem magis profunt in Tuſſi ſtomachali, quàm pectorali, quæ ab iſ perlungum exaſperatur imò in ſtomachica, vomitoria à R. R. commendantur.

III.

In Tuſſi diuturna aut vehementiori, *veſicatoria*, poſteriori parti capitis, vel brachiis pedibusque affigenda, aut *cauteria* inurenda.

IV.

Pectoralia danda, quæ vel incraraſſantia, & irritationis ſenſum ſiſtentia, vel mucum glurinoſorem incidentia & attenuantia, vel balſamica vulneraria. Inter illa ſunt in primis *papaverina & opiata*, quæ ſicuti in Tuſſi ſicca, & lymphæ tenui acri optimè profunt, ità in Tuſſi humida & mucoſa pectorali, vel plane non, vel rariùs exhibenda, nè humo-

humores concentrati, inflammationem, vel retenti, ſuffocationem inducant. Maximè igitur locum habent in Tuſſi ſicca pulmonali, Catarrhali, præmiſſa nempe V. S. blanda purgatione, Clyſtere; interdictione vini, hordeat. *veſicat.* applicat. capiti reſto *Emplaſt. ex cochl. 2.* vel 3. in mortar. contuſ. ſupra ſtupam extenſa ac *pulv. nuc. moſch. maſt. ſuccin.* conſpers. vel *placenta roſ.* hoc pulv. conſperſa. Talia autem ſunt, *Pilul. de cynogl. laud. opiat.* cum *conſ. roſ. pi.* de *ſtyrac. Schröder. &c.*

V.

Expectorantia exhibenda, vel formà Syrupi, vel Lincti, ut v. g. *ꝙ. Syr. viol. mucilag. ſem. cydon. mell. roſat. an. unc. 1. M. ꝙ. Syr. jujub. papav. errat. an. unc. 1. S. M. ꝙ. Ol. amygd. rec. unc. 1. ſacch. laud. viol. q. ſ. pro lambit. ꝙ. Ol. amygdal. dulc. unc. 1. B. ſyr. capill. vener. vel de ſiliq. unc. ij. viol. unc. 1. ſperm. cet. non rancid. dr. 1. B. M. ſi materia craſſior, ꝙ. Syr. de praſſ. vel eryſ. Lobel. de hyſſop. an. unc. ij. oxymell. unc. 1. M. vel ꝙ. Oxymell. ſquillis, unc. ij. ſyr. viol. unc. 1. B. balſam. ſulph. anis. ſcr. 1. M. dentur hæc cochleatim, ac præſertim ſub introitum lecti. Profunt etiam *ſicum* cum *ſpiritu vini* deſuper acceſſo, aſſa. item ſuccus ex taleolis *raphan. ſaccharo* conſperſis, & inter duas patinas agitatis, relictuſis. In forma Mixtur, vel Aq. claret. *ꝙ. Aq. ſarax. ſcabioſ. an. unc. ij. ſacch. cand. alb. unc. ij. M. ſilt. eſt Panacæa Viennens.* vel *ꝙ. Aq. ſcab. unc. ij. tuſſil. unc. ij. veron. card. ben. borrag. an. unc. 1. ſacch. cand. alb. dr. vj. M. vel ꝙ. Aq. aſthmaſ. unc. iv. cinnam. unc. ij. ſenic. unc. ij. ſcabioſ. veron. an. unc. 1. B. loch. ſan. & expert. unc. 1. ſp. angel. card. ben. an. dr. 1. M.* In forma Electi, eſt *buſyro. rec.* cum *ſacch. mixt.* vid. Phthyl. in forma Pulveris. *ꝙ. Sulph. commun. opt. trit. dr. B. benz. ſcr. 1. M.* ſumatur in ovo forbilli, manè & veſperi ante cubit, vel *ꝙ. Spec. diar. diarag. ſr. an. ſcr. ij. thur. albiſſ. ſcr. ij. B. myrrb. ſcr. i. liquirit. ſcr. ij. ſacch. cand. alb. penid. an. dr. vi. M. ſ. Pulv. cujus cochl. parvum detur manè & veſperi, ſuper pane toſto vino madido. Electuarium contra ferinam Tuſſim nocturnam, & anacatharſin promovendam, vel nimiam mitigandam: *ꝙ. Conſerv. roſ. antiq. conſerv. heder. terreſt. an. ʒiſ. ſlor. ſulph. anſibœt. alb. Poteri an. ʒj. ocul. 69. pp. Div. laud. opiat. Myſſicht. incompl. gr. vi. vel viij. Diacod. montan. ʒvj.* Miſc. detur bona cuſpis cultri ante cœnam, & iterum mox ante ſomnum. *Decoctum raparum* decortica. cum *ſaccharo & buſyro* vel *oleo amygd. dulc.* eſt excellens.**

Chocolada in omni Tussi est præsentaneum remedium. In Tussi convulsiva, expertus est *Spiritus C. C. sal. volat. C. C. succini urinae*, vel *sal volat. oleos. Sylvi* vel *liquor. C. C. succinat.*

In Tussi præservanda, optimum remedium sunt *Zibeba* seu *passule majores*, maceratae in *spiritu Vini* ut turgescant, una vel altera, manè & vesperi assumpta; sequens Pulvis à *Timso* laudatur, vel centiens in Tussi & Asthmate expectus. *℞. Spec. diar. dr. ij. pulv. liq. rad. ir. fl. an. ꝑ. ꝑ. croc. orient. ꝑ. ꝑ. flor. sulph. ꝑ. ꝑ. sacch. cand. alb. ꝑ. ꝑ. ol. anis. gut. v. M.* detur larga cuspis cultri, ac in ore contentus, sensim liquefiat. vid. Asthma. In forma Rotularum, quæ aliis expectorantibus præferuntur, quia sensim liquefcentes ingredi censentur laryngem, in usu sunt *Rotul. diacod. diar. de succ. viol. de succ. liq. troch. bech. alb. rub. nigr. vel ꝑ. Spec. diarag. fr. diamarg. fr. an. dr. i. bol. armen. or. dr. ij. conf. alk. dr. ꝑ. conf. ros. rub. unc. ꝑ. sacch. albiss. in f. g. ag. fl. acac. dissolut. q. f. M. f. Rotulæ à Vespereo commendatae*, vel *ꝑ. Confect. alk. spec. diar. f. an. ser. ij. conf. ros. dr. iij. flor. benz. gr. vi. sacch. in ag. veron. cum modic. tragac. sol. q. f. M. f. Rotul. vel ꝑ. Spec. diar. diarag. fr. an. dr. i. extr. enul. vel liq. ser. i. sacch. in ag. tussil. sol. q. f. M. f. Rotul. vel ꝑ. Looch san. & expert. unc. ꝑ. spec. diar. dr. ij. fl. benz. gr. v. sacch. in ag. fenic. dissolut. unc. iv. M.* In forma Morfell. & Tabul. *℞. Looch san. & expert. dr. v. spec. diar. dr. ij. condit. rad. enul. unc. i. cond. cort. arant. dr. vi. fl. benz. gr. viij. sacch. albiss. in ag. fenic. dissolut. q. f. f. Morfell vel ꝑ. Spec. diar. diarag. fr. an. ziiij. fl. sulph. pulv. rad. enul. benz. an. ser. i. etia sacchar. anis. ser. i. sacch. alb. sol. & ad consist. tabul. coct. unc. viij. f. Tabell. pond. unc. ꝑ. vid. Raucedo. In forma Pilul. profunt *pilul. balsam. Morton. ℞. Pulv. milleped. pp. dr. ij. gumm. ammon. depur. ꝑ. ꝑ. fl. benz. ser. ij. extrac. croc. bals. Peruv. an. ꝑ. ꝑ. balsam. sulph. zereb. vel anis. q. f. M. f. Pil. medic. de quibus ter in die 3. fumendæ. In forma Decoct. prodest, *decoct. pectoral. decoct. enul. cum passul. decoct. rapar. secundar. decoct. veron. vel ꝑ. Ras. ligni salsabl. unc. i. mac. in ag. font. mens. ij. add. herb. heder. terrestr. scab. pulmon. an. m. ij. sem. anis. fenic. an. ꝑ. liq. ziiij. passul. ꝑ. coq. ad 3. detur haustus calidus mane, bihorio ante coenam & ante cubitum. Quandoque sumi simul possunt *gutt. x. bals. sulph. ann.* Decocta hæc magis sæpè proficua, quàm nobiles remediorum apparatus, præsertim in Tussi chronica, phthysin minitante. vid. Pleurit. Phthys. Profunt tandem *pedilavia* ituric cubitum, ex *cerevis. calid.* vel *decoct.****

coct. herb. cephal. & pector. inunctis postea soleis *ping. luc.* Plura vid. de Asthm. & Raucedine.

VI.

Dieta: Aër sit temperatus, vitetur impurus, nebulosus, fumosus, frigidus, diæta sit moderata, vitentur salsa, pontica, acria, amara, acetosa. In Tussi ab humoribus acribus, convenit *crem. bord. aven. amygdalat.* Interdictio vini, cujus locò bibatur *decoct. bord. liq. passul. sic. &c.* exulet ira, Venus, alvus arte solvatur, cætera omnia sint moderata. Plura vid. tit. de Catarrho & Phthysi.



CAPUT IX.

Palpitatio Cordis, & ejus Tremor.

I.

Nomen: Palpitatio Cordis, german. das Herzklopfen.

II.

Definitio: est motus depravatus, ac veluti convulsivus, pulsantis Cordis facultatis, quo forti systole vehementer & impetuosè se contrahit, ad rem molestam & irritantem excutiendam.

III.

Genus: est Symptoma motus Cordis depravati & aucti.

IV.

Subjectum: sunt Fibrillæ nervæ motrices ventriculorum Cordis, spasmodicè contractæ.

V.

Differentia: alia vera de qua dictum in definitione, alia tremor Cordis, das Herz-Zittern, estque ejusdem trepidatio, quæ pulsationes ejus minores, crebriores, & quasi tremulæ fiunt, cum pulsu inæquali, languido, & quasi interdum vermiculari, dependens, ab irritatione & debilitate simul, pulsantis Cordis facu litatis. Nota: sunt nonnulli, qui palpitationem & tremorem Cordis inter se distinguunt formaliter; eò quod palpitatio Cordis non fiat à natura, sed à morbo, vel potius causa morbifica, seu spiritu contento, partem attollente, & deprimente, sine ullo facultatis concursu. Tremor verò partim à morbo, partim à facultate. Præterea quod Palpitatio sit motus depravatus, Tremor verò imminutus. Nos dicimus: non esse speciem distincta, cum magis & minus non mutet speciem, sed

utramque esse Irritationem, Palpitationem nempe majorem, Tremorem, minorem.

Sed quæres, 1^{mo} quomodo differat Palpitatio Cordis à Cardiaca passione? R. Differt à parte affecta, quæ in palpitatione est Cor, in Cardiaca passione Orificium Ventriculi superius. Quæres 2^{do} cum in febribus hæc omnia reperiantur, nempe immoderata systole & diastole, & usus auctus, ergo in febribus erit palpitatio? R. Motum Cordis in febribus distingui à Palpitatione tantum, secundum magis & minus, in Palpitatione debet esse magna vehementia, in usu aucto autem, ut in febribus, est exigua vehementia, sed frequentia & celeritas pulsus, unde omnis Palpitatio est usus auctus, sed non omnis usus auctus est Palpitatio; pulsus enim frequens, celer, magnus, nec vix dicitur usus auctus, & ad pulsuum differentias, non ad palpitationem pertinet. In usu aucto non est convulsivus motus, in palpitatione autem est: alia *idiopathica*, alia *per consensum*, quæ frequentior: alia *mitior*: alia valida & *vehemens*, quæ tanta interdum est, teste *Fernelio* & *Horstio*, ut sæpe sit animadversa, thoracis vicinas Costas effregisse, vel à sede propria depulisse aut anevrismam excidisse, ut etiam testatur *Tirmaus Harvæus* & *Sylvius*: alia *continua*: alia *periodica*: alia *erratica*, incertis invadens recurrensque intervallis. Huc referri possunt particulares arteriarum pulsationes, ægris subinde molestæ, & oriundæ, vel ex inflammatione loci alicujus, vel convulsione arteriarum, vel partium ipsius vicinarum.

VI.

Causa interna immediata: est Fibrillarum Cordis irritatio, hancque sequens convulsiva Cordis systole, sanguini ingresso liberum denegans transitum, eumque diutius quàm par est, in Corde stagnare faciens; vel sanguinem in diastole impetuosis & copiosis impellit, quem systole promovere nequit, sicque Palpitationem, seu Convulsivum motum parit, isque potissimum rursus fit, à spiritibus agitatibus & exorbitantibus.

VII.

Cause mediate: vel Hydrops Pericardii, aut aqua ejus abundans, ac periodicè effervescentis & ebulliens, teste *Galeno*, *Zacuso*, *Louvero*, & *Schneidero*: vel Vermes intra Pericardium, *ver* *Herp* *Wurm*, teste *Gabelkovero*, *Petro à Castro* &c. vel Calculi, vel Abscessus Cordis, vel Concretiones polyposæ, seu Polypi Cordis, ut testatur *Mea* & aliorum multiplex experientia. Polypus autem Cordis,

dis, est Concretio, seu potius Excrefcentia quadam, in sinibus Cordis, & adjacentium valvorum, aliorumque cavitatibus, præter naturam genita, potens gravissima symptomata, mortemque ipsam, eamque quandoque repentinam inferre: figuræ Polyporum Cordis, eorumque magnitudo & situs, sunt diversi, ita & color; hinc in dextro ventriculo est plerumque albidus, instar lardi: in sinistro ventriculo, ater & densior: triplicis ordinariè sunt substantiæ, adiposæ, grumosæ & carnosæ. Causa horum est sanguis vitiosus, & maxime ejus pars fibrosa: eos autem cognoscere, hoc opus hic labor est. Plura de Polypis tradit *Malpighius* & *meum Promptuarium*. Vel in causa sunt infarctus, seu obstructions intrà Cordis sinus, vel arterias aut venam pulmonalem reperibiles; vel ipse sanguis vitiosus, minus turgescens & fermentescibilis, indèque ad stagnationem pronus, ut v. gr. in Cachexia, suppress. mens. quæ laborantes, ex levi motu in Palpitationem incidunt; vel humores vitiosi, id est, acidi, visceri, austeri s. pituitosi, vel acres, maligni sanguini commixti, qui & acrimoniâ suâ, fibrillas Cordis, ad convulsivum & palpitantem motum irritare, & ipsi sanguini grumescentiam s. spissitudinem conciliare valent; vel vapores flatuosi, ex hypocondriis aut utero, mediante circulatione ad cor delati, aut potius partes flatus continentes, spasmo affectæ, nervosque Cordis in consensum trahentes, uti frequenter contingit in scorbuticis, hypocondriacis, hysteriis & chlorosi laborantibus, ob consensum nervorum, mesentericorum & splenicorum, cum Cardiacis, hinc simul concurrit rugitus hypocond. sensus Cordis constrictivus, vertigines &c. Vel calor in Corde p. n. auctus, seu sanguinis nimia rarefactio & commotio, vel spiritus animales, tumultuantes, & ad Cor impetuosis ruentes, ut in vehementioribus animi pathematibus, vel etiam defectus spirituum, ut v. g. in Convalescentibus, quibus ex deambulatione, aut quavis alia Corporis agitatione etiam leviori, pulsus immutatur, & fit creber, celer, parvus, palpitationi, vel potius tremori analogus. Huc itidem facit affectio hypocondriaca, scorbutus; ad causas etiam referri potest, elus Castaneorum & leguminum, ut testatur *Tozzi*: item repletio cibi & potus nimia, Ira, timor, terror, Balnea, Venus, suppress. mens. &c. Ex Tibiis nimium constrictis, Palpitationem ortam, testatur *Scholzius*, propter impeditum sanguinis motum.

VIII.

Signa diagnostica: sunt per se clara, quia sensibus percipitur, visui nempe & auditui; imò referente *Foresto*, tanta fuit in aliquo

Juvene Palpitatio Cordis, ut extra fenestram cubiculi clarè audita fuerit. Referunt insuper plurimi Authores, tam vehementem quandoque fuisse Palpitationem ut costæ fuerint à sua sede amotæ, in quibusdam planè fractæ. Signa reliquarum Causarum è suis Capitibus sunt depremissa. A palpitatione Arteriæ Cæliacæ sicut distinguitur, nam pulsus hujus longè infra cor est, & ferè ad regionem sinistram stomachi, sitque plerumque in magnis hypochondriorum obstructionibus, tantæque interdum est, ut quandoque ex distensione fiat aneurisma, & ex ejus apertione sequatur mors repentina. Si Palpitatio oriatur à causa organica, ut v. gr. Polypo, Aneurismate &c. continuo ægrum molestat, ac facies ægri pallido, aut alio colore morbofo suffusa erit, gravibusque aliis symptomatibus, Hydropi affinis subjicietur patiens: e contra, si oriatur à materia fluida irritante, per intervalla officiet, præsertim dominante austro, vel supervenientibus animi pathematibus. Cum colore faciei naturali, Palpitatio Cordis Dispnoeam ut plurimum conjunctam habet,

IX.

Prognostica: Palpitatio Cordis est morbus peracutus, ratione paroxysmi, chronicus autem, respectu totius morbi decursus. Hæc affectio etsi non statim nec semper sit lethalis, tamen tùm ob partis præstantiam, tùm ob periculosum à statu naturali recessum, merito terrificum & metu plenum malum est, eoque magis, si causæ sint graves & multæ, taliæque gravia & multa symptomata accedant, Hominem faciliè & præmatùrè è medio tollent, teste Hippo. 2. aph. 42. loquente de Syncope, quod æquè de Palpitatione intelligendum est. Nota: *Sanctus Philippus Nerius* tamen vixit cum frequenti Palpitatione, usque ad annum octuagesimum. Si à mala conformatione, vel tumore, vel vulnere, plerumque deplorata est. Sympathica frequentior est & minus periculosa, quàm idiopathica, quæ ut plurimum lethalis. Si Palpitationi Cordis superveniat pulsus sensim remittens, imminenti syncope signum est: quæ ex malo hypochond. aut scorbuto, frequentior quidem est ac sæpius recidivans, levior autem reliquis speciebus. Si diutius assigat sæpiusque redeat, periculum subest mortis repentinæ, ex observ. *Galenii*. Omnes, qui juvenes aut in declinante ætate sani, sine ullo manifesto symptomate, Palpitatione Cordis correpti sunt, ante senectutem moriuntur.

X.

Indicationes: pro Causarum, varietate variant; generales tamen sunt: primas vias ab impuritate liberare, Arteriarum & Venarum ac

vifice-

vicerum obstructions reserare, vitium sanguinis & liquorum circulantium corrigere, spasmodicos motus mitigare, & specificis cuique causæ appropriatis succurrere.

I.

Curatio: paroxysmo fortis urgente V. S. convenit, pro motu sanguinis restituendo, præsertim si subjectum plethoricum, aut affectus oriatur ex terrore, vel sanguinis nimia effervescentia, è salibus, heterogeneis & sylvestribus, in sero vel sanguine turbam cientibus *Galen. s. de loc. aff. c. 2.* fatetur: se nunquam inutiliter venam secasse in Palpitatione Cordis, cum, licet non semper prosit ratione causæ, conducit tamen ratione effectus, ad arcendam suffocationem; & præterea vires in Palpitatione Cordis non sunt resolutæ, vel attritæ, sed tantum oppressæ, unde optimè facit venæ sectio: in gravidis quoque V. S. circa medium gestationis tempus optima est; quodsi nec ex venæsectione cesser affectus, etiam ad Arteriotomiam deveniendum est. Saphenæ, Salvatellæ & Hæmorrhoidum apertio plurimum præstat; Cucurbitulæ Thoraci applicatæ, profunt.

II.

Utiles sunt Clysteres lenient, & carminat. frequenter injecti, evacuanda per epicrasi ex infus. *sem. rhab. mechac. rad. s. aper. fl. cord. cort. cit. sem. fen. cinnam. &c.* vel *Pil. aloë. vel tar. Querc. exr. melanag. marocost. &c.* cum *tinct. tar. formatis. Pil. de amoniac. tartarea* Schröderi,

III.

Extra paroxysmum, cæteris omnibus palmam præripiunt *martialia, & acidula, aut Therma, quæ sunt diuretica.*

IV.

Conveniunt in paroxysmo, Epileptica, Opiatis mixta, & præcipuè Cordialia v. g. in forma Elect. *ꝝ. Conf. fl. borrag. p. iv. conf. alk. p. i. M. vel ꝝ. Conf. ros. rub. vitriol. unc. iv. pulp. cit. cond. unc. ij. condit. cor. cit. Zib. fl. cit. condit. Zj. magist. corall. perl. an. Zj. conf. alk. de hyac. an. Zj. syr. gran. dulc. q. s. M. f. Elect. vel ꝝ. Conf. meliss. anth. borrag. fl. tun. an. unc. i. confect. alk. ther. vet. an. dr. i. spec. diamb. diamolch. dulc. an. scr. i. cum syr. de cor. cit. q. s. M. f. Elect. In forma Julepi *ꝝ. Syr. rub. id. unc. i. conf. alk. scr. ij. spir. ros. scr. i. ag. ceras. nig. unc. iij. sp. vitriol. q. s. M. vel ꝝ. Ag. cord. fr. ros. fl. arant. cinnam. an. unc. i. B. syr. fl. tun. unc. i. spir. ros. dr. i. B. conf. alk. dr. ij. M. dentur cochl. 2. per inter-**

Gg

inter-

intervalla. Ex simplicibus huc spectant *spir. C. C. tinct. corall. Elix. vis. Matth. aq. carbunc. aur. potab. essent. ambr. croc. castor. mira præstant. pulv. lapid. chrysolitibi, sapphyri, smaragdâ, magister. perlar. margarit. pp. unicoloru uerum, lapis bezoar, lapis pretios. de Goa, os de corde cervi in aqua de corde cervi, vel è typhis ceruorum, cordiali ex succis: Item spiritus Ceraforum, rosarum, fragorum, citri, rubi Idæi: Essentia ambrae, & oleum cinnamomi Tinctur solis, laud. opiat. Myns. vel sequens: *R. Spir. nitri dulcis Ziv. quinta è essent. meliss. Zij. laud. liquid. incomplet. gutt. x. Misc. dos. gutt. x. vel xv. vel Spir. sal. armoniaci succinatuz, dos. xx. guttaz. vel theriaca cælestis, ad gr. iij. est experta, vel specificum cephalicum ad Zj. Interim notandum: Salia volatilia oleosa in paroxysmo exhibita, in quibusdam hypochondriacis vel hysteriis, genus nervosum subinde fortius afficere, ac paroxysmum exasperare. In forma Rotularum profunt *Rosul. ex succ. cit. & conf. alk. cum sacch. vel R. Mag. corall. perl. an. dr. i. conf. alk. dr. ij. ol. dest. cinnam. gutt. ij. cit. gutt. j. sacch. albiss. in aq. carbunc. sol. Zij. vel q. s. M. f. Rosul. In forma Morfell. *R. Conf. alk. de hyac. an. unc. B. pulv. cord. Timas dr. ij. condit. cort. cit. unc. i. B. flor. citri dr. vi. spir. ros. rub. idæi an. dr. i. sacch. in succo citri sol. lib. r. M. f. Morf. asperg. ol. dest. nuc. mosch. In forma Pulv. *R. Corall. rub. pp. marg. pp. an. dr. ij. bez. utr. an. dr. B. succin. albiss. ser. ij. & amb. ser. i. M. f. pulv. cujus dos. dr. B. bis in die. Profunt & spec. de gemm. frig. de hyac. &c.*****

V.

Extrinsicè conveniunt Unguenta, regioni Cordis applicata, v. g. *R. Ung. ros. unc. j. spec. pro epith. cord. subtiliss. pulv. dr. i. diamb. dr. B. camph. ol. dest. lig. Rhod. an. ser. i. M. vel R. Ung. ros. pomat. an. dr. ij. ol. lig. Rhod. gut. vij. caryoph. cit. an. gutt. xv. spec. cord. temp. ser. ij. mosch. gr. ij. M. f. Ball. R. Ol. nuc. mosch. expr. d. ij. styrac. calam. dr. i. B. ol. dest. ros. gutt. xij. cit. cinnam. an. gutt. ix. nuc. mosch. gutt. vij. caryoph. gutt. v. amb. mosch. an. gr. xv. M. In forma Emplastri valet applic. *confect. alk. super pann. scarlat. vel theriac. cum aq. Anhalt. vel carbunc. vel R. Mithrad. opt. unc. B. spec. pro epith. cord. ser. iv. camph. ser. B. vin. ops. vel aq. cinnam. cosol. j. A Foresto laudatur meliss. virid. & fl. borrag. cum aq. ros. & tantillo acet. irrorata, ac calidè cordi admota. In forma Epithemat. *R. Ag. meliss. lb. r. fl. cit. ros. an. lb. B. spec. cord. temp. dr. ij. diamb. diamosch. an. dr. i. succ. cit. unc. iij. acet. ros. unc. i. vin. alb. lb. B.***

*lb. B. M. pro Epith. quod spiritus subito reficit. R. Ag. fl. nampb. carbunc. meliss. an. unc. ij. acet. fl. tun. unc. i. croc. dr. B. conf. alk. dr. i. M. R. Ag. melisse, borrag. bugl. an. unc. ij. acet. fl. tun. unc. i. spec. pro epith. cord. dr. i. B. gran. kerm. pulv. dr. B. croc. camph. an. ser. i. alb. ovor. conques. N. i. M. In forma Saccul. prodest Nodul. ex croc. & camph. circa Cordis regionem suspensus, vel R. Ros. rub. fl. anib. an. dr. ij. lavend. dr. j. sem. angel. cort. cit. caryoph. cinnam. mac. an. dr. B. croc. ser. i. amb. mosch. an. dr. vi. cum sind. rub. f. Sacculus, irrorand. *vin. alb. & aq. ros. ac tepidè cordi applicandus: R. Croci orient. Zj. flor. runic. Zj. car. aomom. macis, cinnamomi, ligni alciè an. ZB. camphor. castor. an. ZB. incif. contusa indantur Nodulo pro Corde.**

VI.

Dietæ: aër sit purus, cibi boni & laudabilis succi, juscula condiantur *croc. mac. cinnam.* gelatinæ etiam hic maximè conveniunt; uti & *chocolata.* Fugiantur cibi flatulenti, crassi, acres, falsi, accrescentes, fructus horarii. Potus sit vinum tenue odorat. aq. dilut. ni quid obstat: vel *decoct. chin. sansal.* Alvus sit aperta: exulent ira & Venus, in motu & somno, nè quid nimis.



CAPUT X.

*Imbecillitas Virium, Animi Deliquium, seu Syncope
& Lipothymia.*

I.

Nomen: Imbecillitas virium, *Schwachheit, Kräftlosigkeit.* Animi deliquium, dictum etiam *Aurelio Solutio Naturæ; Seneca, Concifura; Paracelso, Cordis paralysis, & Fulmen Microcosmi, vel Ecclipsis Microcosmi, vel Solutio naturæ; Scaligero, Spirituum subtractio, german. Ohnmacht.*

II.

Definitio: Imbecillitas virium est Languor virium successivus, morbos nunc concomitans, nunc antecedens, nunc & subsequens, cum pulsu parvo, debili, tardo, motûs & omnium actionum naturalium, & animalium, sed maximè vitalium torpore. Animi deliquium, est præceps subitûsque virium omnium, maximè

autem vitalium lapsus, cum pulsu plùs minùs debili, diminuto vel abolito; dependens ex denegata irradiatione, & influxu spirituum vitalium, uti & animalium, Ecclipsin etiam exinde patientium, in totum Corpus,

III.

Genus: est symptoma actionis vitalis diminutæ vel abolitæ; sicut in Palpitatione depravatæ.

IV.

Subjectum: primarium est Cor, unà cum spiritibus vitalibus; secundarium totum Corpus. Sunt nonnulli, qui Cerebrum subjectum esse statuunt, eò quod animalitas, terrepentè in sensu & motu patitur, cum spiritibus animalibus, sed hoc non fit, quia spiritus animales & sensus ac motus per se patiuntur, sed quia sanguis & spiritus vitales planè obruuntur, sicque etiam necesse est, ut spiritus animales, & sensus & motus cessent. Alii Stomachum pro parte affecta tenent, ut *Helmont.* sed sine fundata ratione.

Est ergò Cor primarium subjectum, quia est centrum & unicum organum, per quod omnis in toto corpore sanguis necessariò transit, & quod nunquam à suo motu feriari potest, ejus enim motu cessante. cessat omnis motus in corpore; secundarium subjectum potest esse Cerebrum, & sic etiam totum Corpus,

V.

Differentia: alia talis dicitur per *resolutionem*, orta à causis resolventibus, & in hac pulsus est continuus, parvus, languidus, ac valde frequens; alia per *oppressionem*, *gravationem*, seu *suffocationem*, infestans cum pulsu vario, consulo, ac variis modis inæquali. Alia est *inceptanea* animi defectio, accidens cum perfrigeratione partium extremarum, & exsolutione virium, absque tamen sudore; vox etiam & sensus non planè interceptiuntur; atque hæc si fit, infimus ejus gradus, *Ecclipsis*: si fortior *liposymia* seu *lipopsychia* dicitur: alia prædictis *gravior*, in qua omnes vires simul repentè concidunt, vox sensus & motus interceptiuntur; pulsus debilissimus est, vel omnino abolitus, extrema frigida, color faciei pallidus, cadaverosus, sudor frigidus in temporibus, cervice & pectoris fovea; hæc dicitur syncope, extremus gradus *asphyxia*, item Animi deliquium aliud est *cardiacum*, corde primario affecto: aliud *stomachicum*, orificio ejus ex acribus succis, præsertim æruginosis irritato; infestans simul cum anxietatibus, & inexplicabili molestia circa ventriculum: aliud

hysteri-

hystericum, exortis hinc inde spasms, cor quoque in consensum trahentibus, illudque in continua systole detinentibus.

VI.

Causæ Imbecillitatis virium: eadem sunt, à quibus Animi deliquium seu Syncope inducitur, si sensum & successivè agant; præcipuè autem vitiatæ crasis M. S. viscosioris, & glutinosioris, impediens debitam fermentationem, & spiritualescentiam, s. id fiat ob particulas spirituosas salino-sulphureas, obrutas ex cruditate Chyli, plùs minùs acida, s. sanguis effœtus & vappidus reddatur, ob particulas sulphureas nimis deflagratas aut depressas: hinc in Scorbuto vires subinde adeò imbecilles, ac convalescentibus à morbis acutis; præsertim si tantillum in diætâ peccent.

VII.

Causæ Animi deliquij seu Synopsis: sunt vel defectus Spirituum tam vitalium quàm animal. seu ob defectum materiæ post copiosas hæmorrhag. seu ejus coagulationem Infectionem à pure, cruditatem & ineptitudinem ad fermentationem & spiritualescentiam, seu impeditam ejus circulationem, in Syncope cardiaca, s. ob cordis generantis affectus, tam essentielles, ut abscessus, vulnera, polypi cordis, vermes, lapides &c. vel spirituum dissipatio, à causis externis; sine spiritibus enim cor nec ulla pars, suas actiones edit, à quibus vires dependent, & omnis motus. Unde Spiritus est motor & motus, & ubi multus spiritus ibi major motus, ubi paucus, minor vel nullus motus; vel eorum ex irritatione aliqua in motu exorbitantia, ut vel aliò deferantur, vel cor in continua systole detineant, uti contingit in morbis convulsivis partium internarum, vel spirituum corruptio à materia maligna venenata, vel peculiaris eorum affectio per odores ingratos, vel alias certas idiosyncrasias, vel tandem eorum oppressio, concentratio, & suffocatio, ut in terrore subitaneo.

VIII.

Causæ dispositivæ: sunt homines debilitate quâdam, s. nativâ s. acsitia, à morbo aut alio casu præditi, pusillanimes, femina potius quàm mares, virgines menstrua patientes, mulieres gravidæ, quæ sunt raræ texturæ, hystericæ, icterici, splenici, melancholici &c.

IX.

Causæ externæ: sunt Calor insignis, æstus acris, aer venenatus, motus corporis nimius, Ira, gaudium repentinum, & nimium, teste

teste *Lotichio & Mariello Donato*. Terror, timor inopinatus, teste *Freytagio*, vigilia, inedia, Venus, dolores & evacuationes nimiae quaeque, morbus & ictus venenatorum anim. peculiare rerum antipathia: v. g. elus Caei aut alterius rei Naturae contrariae, vel etiam solus aspectus talium rerum, v. g. cati, muris, &c. Ita etiam fortes imaginationes, teste *Hildano*.

X.

Signa diagnostica Imminentis deliquij: sunt, Improvisa anxietas, animi perturbatio, capitis gravitas, visus caligo, ac tenebrae oculis observantes, ut & Colores varii flavi & virides, vertigo, cardialgia, cordis compressio, tinnitus aurium, pallor faciei, loquelae impotentia, pulsus frequens, oscitatio.

XI.

Signa praesentia: dicta in definitione, nempe, praecipua virium lapsus, sensus & motus privatio, pulsus rarissimus, fornicans, obscurus, intermitens, ac tandem abolitus, summus pallor faciei, Corporis frigus, sudor syncopiticus: saepius etiam urinae & excrementorum alvi spontaneus effluxus. Quares: quomodo Syncope differt ab Epilepsia? *κ.* Quod in hac fit convulsio, in illa nulla.

Quomodo differt ab Apoplexia? *κ.* Quod in hac vehementer laeditur respiratio, & quidem cum stertore, insuper etiam pulsus non admodum laeditur, nisi in morti proximis: in Syncope, pulsus ferè est abolitus, & respiratio, licet exigua, est tamen libera. Quomodo differt ab Uteri suffocatione? *κ.* Quod in hac aegre strangulati videantur, pulsus tamen tantum modicum imminuitur, vel plane non mutatur; in Syncope autem, respiratio non laeditur, pulsus verò quasi abolitus est: saepe tamen hi affectus simul coniunguntur.

XII.

Prognostica: sine causa manifesta languidi in morbos inclinant, reconvalescentes, praesertim à morbis acutis, diu languidi, vel cachexiam vel recidivam incurrunt. In Morbo quocunque, praeter manifestas causas, mox superveniens summa virium prostratio, signum est morbi maligni. Lipothymiae quavis plus minus periculosa, est pro magis vel minus durans, uti etiam, prout eausa antecedentes graviore vel leviores. *Hippoc. 2. aph. 41. ait: qui si frequenter & vehementer, citra manifestam causam animo linquunt, derepente moriuntur.* Syncopizantes, si post exhibitionem spirituosorum, post irritationem faciei cum frigida, post ptarmica, ad se non redeant

redeant summum portendit periculum. Syncope, quae fit à causa resolvente, periculosior est, quam à suffocante, nisi venenata, ac pestilens. Sudor frigidus syncopizantibus superveniens, quod copiosior ac frigidior, èstlatus aegri periculosior: *Affectus* autem hic, si fiat à nimis evacuationibus, timore, tristitia, Melancholia, hysterica passione, à ventriculo, aut alia evidenti causa, minus periculosus est.

XIII.

Indicationes: sunt variae, pro varietate Causarum; in Imbecillitate virium, acidum, corrigendum, bilis eluenda, ventriculus restaurandus, sanguinis glutinositas attenuanda, & ejus fermentatio promovenda. In Deliquio, spiritus deficientes restaurandi, sopiti excitandi, languentes, vegeti & volariles reddendi, flammula vitalis accendenda, exaltanda, sanguinique aequalis fermentatio conservanda, una cum viribus, praesertim vitalibus.

I.

Curatio: In imbecillitate virium, praeter *analeptica*, inferius in diæta proponenda, maxime conveniunt *cordialia*, quae, vel sunt spirituosae, sulphurea, aromatica, ac oleosa; quibus tamen quandoque cautè utendum. In hysteris quibusdam, vel maribus litteratis, qui suaveolentia ob rariorem ac subtiliorem spirituum texturam commode ferre nequeunt, vel sunt salina volatilia, acria, urinosa, vel acidula, volatilia, acria, vel praecipitania, quorum pleraque proposita tit, de Palpiat. Cord. his add. seq. ut Elect. v. g. *℞. Conf. pulp. cit. unc. ij. ros. rub. unc. j. B. consect. alk. unc. ℥. spir. vitriol. dulc. gust. xxv. syr. acesosis. cit. q. s. M. f. Elect. vel ℞. Conf. borrag. acetos. citri. an. unc. ℥. B. succ. limon. rec. dr. ij. conf. alk. dr. ℥. spec. de hyac. larif. an. scr. ij. elcosach. cinnam. scr. j. cum s. q. syr. fl. rum. M. f. Elect. In forma Julep. ℞. meliss. cum vin. dest. unc. ij. Elix. vis. Martb. dr. ij. conf. alk. dr. ℥. syr. flor. rum. dr. vi. M. In forma Aq. Cordial. quae frequentissima *℞. Aq. borrag. bugl. an. unc. ℥. ros. cinnam. an. dr. vi. marg. pp. scr. i. ij. lap. bez. or. gr. vi. man. Christ. perlat. dr. vi. M. ℞. Aq. flor. 4. cord. cervaf. nig. an. unc. ℥. cit. ex tot. fl. nymph. an. unc. ℥. cinnam. bugloss. dr. ij. marg. orient. pp. vel mat. perl. scr. ℥. man. Christ. perl. dr. ij. M. ad diem attiam postet dr. ℥. conf. alk. item spec. de gemm. de hyac. fragm. s. lap. pretios. &c. In forma Emuls. perlat. *℞. Aq. borrag. è fl. fl. j. marg. p. p. dr. ij. aq. cinnam. unc. ℥. M. in mort. marmor. vel ℞. Amygd. excors. dr. vi. sem. 4. fr. m. an. dr. ℥. aq. borrag. 3ij. cord. fr. 3j. cinnam. bugloss. 3℥. M. f.***

M. f. Emuls. add. magist. perlar. vel marg. pp. 3. j. sacch. q. s. M. laudatur præterea *sal volat. Cranii humani, Essentia ambræ, Essentia saryrionis, Crocata, spiritus, tinctur. extractum croci: spiritus sanguinis humani. Tinctura solis ambrata, moschata, trochisci vitæ Mysicthi vel æ. Spir. nitri dulc. spir. rub. Idei an. 3. i. quinta Essentia melissa, 3. B. M. Dos. 8. vel 10. guttæ, plus minus. Salia volatilia, & olea aromatica, quæ magnam vim habent omne viscidum solvendi, acidum & austerum temperandi, & flatulentum discutiendi: Balsamus cælestis, est efficax, liquor C. C. succinatatus, mixtura simplex.*

II.

Extrinsicus conveniunt *odoramenta*, ut v. gr. in forma Aq. odorif. æ. Aq. ros. unc. ij. lavend. cinnam. elixir. vit. Matth. an. unc. i. B. acer. fl. tun. 3. ij. ros. 3. j. B. spir. ros. dr. ij. B. M. inferviat pro naribus, pulsibus, & regione cordis. Acetum & acida summe profunt; 1^{mo}. quia propter sal volatile subito penetrant ad cor. 2^{do}. stimulant naturam ut ad se redeat. 3^{io} solvunt sanguinem ad grumum tendentem: 4^{to} abeunt spiritus quasi figunt. æ. Aq. ros. opt. 3. ij. odorif. Fuchsi 3. j. spec. cephal. Anhalt. dr. B. ros. rub. id. an. unc. ij. mosch. gr. y. M. In forma Nodul. æ. Fol. meliss. ser. i. cinnam. mac. caryoph. galang. an. scr. B. impl. 2. nodul ex ind. alb. priori aqua madefac. & puls. applic. Vel æ. Spec. cord. temper. 3. ij. fl. ros. rub. lavend. an. 3. i. mosch. gr. iv. M. fiant 2. faccul. pro puls. madef. seq. aq. æ. Aq. ros. lavend. an. 3. ij. aq. cinnam. 3. B. acer. ros. 3. x. croc. scr. B. camph. gr. v. M. In forma saccul. pro cord. & epitnem. vid. de Palpit. Cordis. æ. Spec. pro episth. cord. scr. v. purv. ros. rub. lign. aloes spec. cord. tem. an. scr. i. B. aq. ros. unc. i. j. meliss. lavend. an. dr. vi. acer. ros. unc. i. croc. camph. an. scr. B. M. In forma Linimenti vel Unguenti. æ. Ung. rosar. Mesue (vel in foeminis) unguent. santalini 3. B. Theriac opt. 3. vi. speci. pro episthem. cordis unc. 3. ij. santal. citrin. ʒj. croci orient. ʒB. camphor. ʒj. ol. scorpion. Matth. & ol. stor. cheyr. q. s. M. fiat Linimentum; cui si vis adde: ol. rutæ, citri, angelica, salvia an. gutt. v. plus minus.

III.

In paroxysmo Deliquii, æger supinus in plano collocetur, aqua frigida ex ore faciei inspergatur. Concitetur sternutamentum, in os immittatur vin. generos. vel aq. imperial. cinnam. elix. vit. naribus admoveatur, spir. sal. armon. acer. flor. tunic. rut. ros. aq. carbunc. spir. lil. corv. all. bals. apopl. pan. rec. è furno extractus, sal labiis & den-

& dentibus affricetur, & hoc est expertissimum remedium; volæ manum & plantæ pedum rusâ fricandæ. Præterea fiat vociferatio, narium compressio, digitorum contorsio, pilorum evulsio, strictio narium, temporum & labiorum, cum aquis spirituosis.

IV.

Ratione causarum, in Syncope stomachica interdum vomitus provocari potest, admotis tamen in ipso vomitionis actu odoribus penetrantibus. Si vomitus non videatur tutus, Clystma paulò acrius injiciendum. Si ex hausto Veneno, convenit vomitus, hinc alexipharmaca & epicrastica, seu humores acres obtundentia. Si ex nimis evacuationionibus, & speciatim purgatione nimia, convenit. sber. rec. vel antiq. cum gr. 2. laud. op. in vin. diss. vel mixtur. ex aq. ment. cinnam. spir. sheriac. & conf. alk. chys. ex laf. chalyb. cum vitell. ov. & phil. Rom. mica pan. vin. madid. vel vinum ipsam; si ex terrore, convenit V. S. ac volatilia spirituosas si ex nimia sanguinis evacuatione, optima sunt optata acidis juncta, cum pulv. corall. In affectibus Convulsivis & Hystericis conveniunt sal volat. succin. castor. Si immineat à V. S. imponatur æger supinus pavimento, ori indatur sal commune, quò etiam labia fricentur, nares comprimantur. Lipothymia obnoxii, dorso cubantibus vena secetur, assumpto prius jusculo, ori indatur sal, vel labia eodem fricentur, aut aq. frig. ore teneatur sapiusque exspuatur.

V.

Dieta: aer sit serenus, purus, lucidus, frigidior, cibi optime restaurantes, liquidi & facili distributionis, ut juscul. cum conf. byac. vel alk. destillata restaurantia. consum. contus. gelatin. Sorbais, mixtura Timai, à me mixtura Senum dicta, mixtura Imperialis, vide promptuarium meum. ova sorbilia, cum vino hispanico pota. Maxime predest succ. carn. verver. semiasata, sorbitio ex vitell. ov. cum vin. sacch. & cinnam. &c. Egri non diu maneant jejuni. Potus sit decoct. carn. gallin. das Hennens Brat-Wasser, vel vin. generos. ni quid obstat. hinc etiam delibari potest tantillum vin. Hispanic. vel malvaz. intincta in id mica pan. trisicci. vel vin. Hippocrat. v. g. æ. Cinnam. acut. 3. ij. mac. caryoph. an. 3. ij. cardam. min. 3. B. cort. cit. ʒj. vin. alb. gen. lb. vi. stent in infus. in loco calid. per trid. col. dulc. sacch. alb. ʒ. x. col. iterum

iterum bis vel ter per manic. Hipp. in causa calida detur *ag. font.* cum *succ. limon.* & *sacch.* Vitetur motus nimius; somnus sit moderatus, affectus animi sanæ rationis imperio coercerentur.



CAPUT XI.

Venenum.

I.

Nomen: Venenum, Toxicum, germ. Gift. Antequam autem ad deductionem Veneni descendam, prius quædam scitu necessaria præmittenda esse volui.

Nota: 1^{mo}. Si qui morbi sunt, qui egent Medicinæ auxiliò, illi profectò sunt, qui ex venenis contingunt; hi enim ob sævitiam, celeritatem, & naturam paucis cognitam, plerumque absque remedio miserimè non tantum Hominem, sed & bruta è medio tollunt & rapiunt, id quod in aliis morbis, qui ab aliis causis oriuntur, non facile contingit: sed vel à sola natura benè agente, vel à medio ad stipulante, remediis etiam nonnunquam exiguis sanantur, teste experientia.

Nota: 2^{do}. Venenum esse tantæ virtutis, & violentiæ & pervicacitatis, ut neque à natura vinci queat, neque remedia quibus superentur facilè inveniantur, eò quòd ignota sint earum rationes & proprietates, nec non occulta eorum vis, nullà sæpè ratione, sed sola quandoque experientia, illorum medela contingat: undè

Nota: 3^{io}. Quædam esse Venena, quæ vix paucas horas, vix momentum vitæ superstiti concedant; teste multiplici experientia; verum tamen:

Nota: 4^{to}. Cùm videamus apud probatissimos Authores, venenorum virulentias sæpe domatas, & cum fundata ratione, & discreta methodo, experientia simul adjuvante, per *Theriacam*, *Mithridaticum*, *Orvietanum*, *Viperarum carunc* &c. castigatas & curatas esse; Ideò

Nota: 5^{to}. Consonum duxi, hoc caput de Venenis praxi inferere, non ut Venena malis hominibus præfaciam, quod improbum foret, sed

sed ut notas lesionum ostendam cujuscunque Veneni, & singulis auxilia proponam. Hinc

Nota: 6^{to}. Venenorum propriè sic dictorum Naturam quod attingit, ante omnia præcindendus est conceptus usurpationis, & præparationis, ab eorum interna essentia, quia sub illo respectu, venena sunt non venena, hoc est, legitimo usu, & præparatione commodà, abeunt & mutantur in saluberrimas medicinas; propriam verò consideratam essentiam, conceptu quodam generali exprimere, propè videtur impossibile

Nota: 7^{mo}. Multa à multis dici Venena, quæ tamen non semper, sed ex solo abusu talia sunt: sic *opium*, sæpius vocatur venenum, ob vim suam narcoticam, cùm tamen Theriacæ constituat basim: Sic *Hyoxyamus*, *solanum*, *mandragora*, & ipsum *papaver*, inter venena recensentur, cum tamen horum legitimus usus & præparatio, viros producat effectus: Unde miror, cur non ob pares rationes *Vinum* inter venena referatur, cum hoc excessivè potum, delirium, & *mustum*, stupefactionem vapore inducat, potum verò, in larga satis copia, id non faciat. Sic pariter *sanguis menstruus*, *lac in ventriculo coagulatum*, ob quædam symptomata, sic *ungutum segmenta*, ob vim emeticam & purgantem excedentem, sic *cantariides*, ob vim exulcerantem vesicam: Sic *calx viva*, *Gypsum*, *vitriolum* assumptum &c. à quibusdam venenorum nomine appellari. Verùm enim verò, si hoc modo discurrerendum foret, vereor sanè, nè omnia medicamenta & alimenta, ex perverso usu fiant venena; aliud enim est *noxium*, aliud *venenum*

Nota: 8^{vo}. Omnia in Macro-cosmo seu in universo orbe, si considerentur ad micro-cosmum seu Corpus humanum, illud vel juvant vel lædunt, vel mediò modò se habent. Alii dicunt tria esse, quæ Corpus nostrum benè vel malè afficere, vel mediò modò se habere possunt, *Alimenta*, *Medicamenta*, *Venena*.

Alimenta sunt: quæ corpus nostrum nutrire, atque in id, quantum talia, in substantiam converti possunt

Medicamenta sunt: quæ corpus nostrum alterare, neque in id quantum tale, converti possunt.

Venena sunt: quæ corpus nostrum corrumpere & destruere possunt.

Omnia ista tria mixtam Classẽm, eamque triplicẽm constituunt. Sic dantur ^{1^{mo}} alimenta medicamentosa, & medicamenta alimentosa. ^{2^{do}} Alimenta venenosa, & venena alimentosa. ^{3^{io}} Medicamenta venenosa, & venena medicamentosa.

Primæ Classis sunt, juscula alterata & medicamenta, lac &c.

Secundæ Classis sunt, viperæ, fungi &c.

Tertiæ Classis sunt, Antimonium, mercurius &c.

Et de his Venenis mitigatis dici potest: *ubi virus, ibi virtus*,

Nota: 9^{na}. Diversitatem Venenorum mox dicemus in differentiis.

Nota: 10. Quædam Venena diu latere in Corpore, antequam suam virulentiam exerant, uti sunt Venena frigida, coagulativa, mitiora, imò pulvis Galliæ, vulgo: Poudre de succession; qui diutissime in corpore hæret, & insensibiliter occidit; calida & corrosiva citò suam perniciem exercere.

II.

Definitio: Genericè & in sensu latiori sumptum, est omne id, quod corpus, citra externam violentiam, violenter destruere aptum natum: in specie & magis strictè est id, quod per se etiam sub mole minima, vi occulta, & machinæ humanæ peregrina & destructoriâ, corpori ejusque principiis vitalibus summè nocivum.

III.

Genus: inducit primariò Morbos totius substantiæ, & occultæ qualitatis; secundariò etiam alios, præsertim si Venenum sit corrosivum.

IV.

Subjectum: Frequentius est Cor, cum spiritibus vital, hinc potæ venena placuit ad affectus Cordis: subinde & Cerebrum; cum animal. hinc etiam aliæ partes, in venenis particularibus, ut pulmo, respectu leporis marini, vesica, respectu cantharidum &c.

V.

Differentiæ: Variæ, aliud enim est *extrinsecum* Corpori illatum: nempe ab infecto, aliud *intrinsecum*, in eodem productum: illud propriè dicitur Venenum, nempe extrinsecum: hoc malignum & veneno analogum seu intrinsecum: aliud est, quod *inspiratu lædit*, nempe Seminaria pestis, & febres malignæ, & hoc per efflu-

via

via & exhalationes ex corporibus affectis inficit: aliud quod *haustu*, etiam ab infecto: aliud quod *contactu*, nempe ab infecto: aliud quod *ictu* vel *morso*, ab illis animalibus, quæ vel dentibus nos mordent, vel aculeò pungunt, vel contractu nocent: aliud est magis *attritum* & *præsentaneum*, quod exiguò temporis spatio interficit, tale est quod calidum, tenue, corrodens, & putrefacientia: aliud *lentum* & *temporaneum* quod remissioris est efficaciz, tale est frigidum, coagulans & crassum: aliud est venenum homini tale, aliud *brutus*: multa siquidem homini sunt venena, quæ aliis animantibus in alimentum cedunt, ut *cicuta*, respectu flurni & asini, qui illa commodè nutriuntur; fues *hyoscyamo* & *mandragora*: hirundines, *Cantharidibus*: cervi *serpentibus*: Gallinæ, *araneis*: Ciconia *busonibus* & *serpentibus*: econtrâ, *aloe* est medicamentum hominibus utilissimum, uti & *amygdale amara*, lupis, vulpibus, & canibus, venenum, serpentes respectu cervi &c. Aliud est *universale*, respectu omnium animantium, ut *arsenicum mercur. sublim.* aliud *particulare* seu speciale, quod nunc huic, nunc illi tantum parti adverteatur, v. g. opium cerebro, *solanum* faucibus, *lepus marinus* pulmonibus; *Colocynthidis* Intestinis, *elleborus* nervis, *Cantharides*, vesicæ &c. aliud est, quod inficit magis *partes spirituosas*, aliud *humidas*: aliud magis *solidas*: aliud est *vegetabile*, ut *aconit. cicur. napell.* aliud *animale*, ut *scorpius vipera* &c. aliud *mineral.* ut *arsen. mercur. sublim. cobalt.* aliud simul *corrosivum*, quod ventriculo escharam & necrosin inducit: aliud *fermentativum*, quod motum p. n. eumque vel absolute lethalem, vel summè periculosum in M. S. inducit: aliud *vaporosum*, quod spiritus præsertim animi, obnubilat, suffocat, ac destruit: aliud *mixtum*. Sic venena mineralia primariò agunt vi corrosiva, & speciali subtilissimâ acrimoniâ irritante, secundariò etiam peregrinâ & frequente spirituum turbatione: venena animalia, vi peregrinâ fermentativâ agunt, viperæ morsus vel canis rabidi: vegetabilia, nunc & quidem potissimum vaporositare peregrinâ, ex sulphure impuro, mucilaginoso, nervis inimico, nunc colloquatione humorum, nunc etiam irritatione per vim quasi causticam. Venenum in Corpore genitum, nocet fermentationi, & si pestilens, singulari junctum. Neoterici omnia prædicta Venenorum genera ad duas Classes reduciunt; Primæ Classis sunt, quæ partes potissimum solidas infestant, dissolvunt, ulcerant, mortificant; Secundæ Classis quæ potissimum liquidas partes, id est, humorem & sanguinem inficiunt, & vel nimis fluidum & dissolutum; vel coagulatum & grumosum efficiunt; Unde vel inflammationes,

Hh 3

febres,

febres, ardores, corrosiones &c. vel languores, frigus, sopores, coagulationes & grumos excitant.

Venena quæ soporem inducunt, sunt: *Cicuta vulgaris*, *cicutaria minor*, *coriandri succus*, *doronicum*, *hyoscyamus uterque* sed magis niger; *Mandragora*; *meconium*; *opium*; *papaver errat.* & *satyrium* copiosè sumptum; *solanum*, *yvea americanae succus*.

Inflammantia Venena sunt: *Anacardium*, *Buprestis Cantbarides*, *Camedaphna*; *Chamelea*, *crocus* copiosè sumptus, *Daphnoides*; *Dracunculi semen*, *Euphorbium*; *flammula foris*, *Clematides*; *Labyrinthum seu Cataputia*, *mel heraculinum*; *Pancreatium*, *hispanicum* quod cultros inficit; *Ranunculus*; *herba sardonica*, *scylla cruda*, *Staphysagria*, *Tapsia*, *Thirmelea*, *Lac ficulneum*, *ictus apum* & *vesparum*.

Humiditate suffocant: *Colchicum*, *Ephemerum*, *fungi perniciosi*, *lac coagulatum in ventre*, *sanguis taurinus*, *scobs plumbi*.
Siccitate necant: *Antimonium crudum*; *Cerussa*, *Scobs ferri*; *Ferri scoria*; *Magnes*; *Lyrbargirium*, *Mimum factitium*.

Erodentia, mortificantia, & exulcerantia: *arugo*; *avis summa*; *argentum vivum precipitatum*, *sublimatum*, *Arsenicum crystallinum*, *album*, *luteum*, *Auripigmentum*, *campanarum scops de-rasa*; *Calx viva*; *Calcanthum maxime usum*; *Chalcissis*, *Cinnabaris factitia*, *Mnium fossile*; *Melanteria*, *Misy*, *sory*, *Viride aris*; *Aqua fortis*; *ol. vitrioli*; *oleum antimonii*, *ova barb. piscis*; *chryscolla*; *Elleborus albus*.

Adstrictione necant: *Gypsum ustum*; *scobs liciis*, *herba bella*, *Dama dicta*, *radices* & *bacca. Veneficia*, *Incantationes*, *Philtrea*, *fascinationes*, *ligatura*, variò modò hominem & bruta alterant & necant.

Venena mineralia sunt: *Sulphur*; *arsenicum*; *nitrum*; *Gypsum*; *Antimonium*; *auripigmentum*, *vitriolum*; *Alumen*; *borax*; *lapis armenus*, *lapis lazuli*; *magnes*; *Adamias*; *Calaminarius*; *Aqua fortis*; *aqua Regia*; *as ustum*, *Squama aris*; *Ærugo*, *plumbum*, *argentum vivum sublimatum*; *precipitatum*; *Sandaraca*; *Gla-stum*; *Cobaltum*, *Chalcissis*, *Chalcantium*, *Cinnabaris*; *Talcus*; *Calx viva*; *vitrum*.

Venena vegetabilia sunt: *Aconitum*, seu *Napellus*, *Nerium*, *E-sula*, *Mozereoni*; *Elleborus*; *Colocynthis*; *Euphorbium*; *Coriandrum*, *viride*; *mandragora*; *Hyoscyamus*; *luglans arbor*; *Nux vomica*; *opium*; *fungi*; *solanum*; *cicuta*; *Ixia seu Chamaleon*, *Ephemerum*, *Colchicum*; *Cyclamen*; *Erica*; *Cataputia*, *Ranunculus*.
Vene-

Venena animalia sunt: *Aspis*; *Cantbarides*; *Crabrones*; *Papiliones*; *Araneus*; *Vespa*; *Apis*; *Serpens*; *Vipera*; *Rana*, *Bufo*, *Hydra*; *Scorpio*; *Basiliscus*; *Torpedo*; *Pastinaca*, *Canis*, *Canis*, *Lupus*, *Glyres*, *Vespertilio*, *Cervus* seu *Cauda ipsius*, *lepus marinus*, *Lac coagulatum in Ventre*.

VII.

Signa diagnostica: Virium præceps lapsus, pulsus frequens, vel diminutus, palpitationes Cordis, lipothymia, anxietates, Cardialgia, vertigines, tremores, singultus, mortificationes & dolores ventriculi & intestinorum, sitis, urina suppressio, vomitus materiae pravae, quæ cani cum cibo exhibita, cum vel insigniter lædit, vel mori facit; subinde etiam diarrhoea, dysenteria, succedunt sudores frigidi, lingua intumescit, labia nigricant, inflammantur, & interdum totum corpus intumescit, interdum & maculae in corpore erumpunt, post mortem etiam Corpus colorem citrinum aut viridivivum, hinc lividum vel nigrum acquirit. Distinguitur Venenum haustum ab intus genito, quòd hoc non subito afficiat, sed symptomata paulatim superveniant, nec omnia simul appareant, sequè plerumque prodatur cum febre, habeat etiam nonnunquam certas periodos & remissiones, neque Corpus sanum & bonis humoribus abundans, cibisque bonis nutritum, subito infestet, sed Cacoehymicum. Præterea, si vagentur morbi epidemii, Veneni hausti minor erit suspitio. Venena temporaria difficilioris sunt cognitionis, sui tamen conjecturam faciunt, tum ipsa sumptione, tum post ipsam, quatenus ægri plerumque in diuturnos morbos, quorum nulla causa manifesta reddi potest, incidunt, ut v. gr. fatuitatem, insaniam, Epilepsiam, paralysem, dolores vagos, tabem. Venena morstu illata, auriginem inferunt, dolorem, ardorem, inflammationem & mortificationem partis inducunt.

VII.

Prognostica: Morbi omnes à Veneno illati, periculosi sunt, & nisi idonea remedia statim adhibeantur, homini nunc citius, nunc tardius morrem inferunt: Econtra, si Venenum vel foras è corpore expellatur, vel in locum alique ignobilem propellatur, cum symptomatum remissione, salutis spes est.

VIII.

Indicationes: sunt Venenum è Corpore expellere per eam viam, praequam Corpus ingressum, illudque idoneis alexipharmacis expugnare.

I.

Curatio: fit in Veneno ore sumpto, excitando vomitum, & quidem per leniora, eaque quæ simul lentorem obtinent, ut si quæ veneni acrimonia, & vis corrodendi, illa obtundatur. Parantur talia ex *juscul. ping. ol. amygd. dul. butyr. in cerevis. calid. diss. &c.* Si Venenum jam ad intestina descenderit, quod ex torminibus ventris ardore & inflatione præsumitur, *Clyst.* agendum ex *lact. cum cass.* & tantillo *sacch.* vel *Rad. alb. ʒ. ij. herb. malv. cum rot. violar. lactuc. endiv. an. M. j. fl. chamom. verbas. an. m. ʒ. sem. 4. f. an. dr. ij. psyll. ʒij.* Coq. ex l. q. *aq. bord.* in col. *diff. ol. oliv. ʒij. ros. ʒi. M.*

II.


Aliis etiam *epicerasiis*, seu acridinem obtundentibus, Veneni corrosivi vis infringenda, ut aliment. ex *trem. bord. oryz. in lact. coct. pulvicul. ex amyl. juscul. ping. decoct. alb. edulia, pulv. tragac. conspersa lac dulc. cum mell. ros. pitissat. Emuls. sem. frig. amygd. pinear. cum troch. de atkek. Lambitiv. v. g. R. Sem. psyll. Cydon. malv. an. ʒ. ij. tragac. ʒb. ag. plant. q. s. extr. mucilag. cui add. troch. alk. ʒ. ij. syr. viol. quantum sufficit, Misce.*

III.

Veneno evacuato, danda statim *alexipharmaca*, vel propria, si ad manum sint, & veneni natura cognita, de quibus consule *Sennertum*; vel communia, ut *Orvietan. el. de ovo, diaford. ther. cum terr. sigill. & smargd. lap. bez. unicorn. C. C. mixtura simplex*, seu *spiritus Diatrion*, seu *Cryst. pp. sint.* & *acer. bezoart. spec. liberant, bezoart. solar. Myrs. &c. lapis pretiosus de Goa, &c.* aliaque in febris malig. & peste proferenda v. g. *R. Theriac. ʒi. detur acer. solut. R. Aq. scord. card. bened. an. ʒ. ʒb. sber. Andr. ʒ. ij. sal volar. C. C. ʒb. mixt. simp. seu sint. bez. ʒb. syr. de scord. q. s. pro dulced. R. Aq. galeg. scord. card. ben. an. ʒ. ij. ʒ. pulv. rub. pannon. Elect. orviet. an. ʒ. iv. vel terr. sigill. unicorn. foss. an. ʒ. ʒb. syr. fl. tunicæ ʒ. i. vel man. Christ. q. s. M.* In Veneno per ictum vel morsum communicato, vid. infra de Vulneribus venenatis. Sæpe venenum est venenatorum remedium; sic morsui scorpionum medetur oleum scorpionum. In Venenis externis valent, *frictiones, cucurbitula, lapis de Cobra*, applicatus vulneri. In Veneno in Corpore genito, vid. tit. de Febb. malign.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER



LIBER QUARTUS,
DE
MORBIS VENTRICULI,

CAPUT I.

Inappetentia, & Fastidium Cibi.

I.

Nomen: Anorexia, Astitia, Apositia, Inappetentia, german. *Unlust zum Essen*, verlohner Appetit.

Nota: 1^o sicut Terra stirpium, sic Ventriculus animalium cibi est receptaculum, & officina. *Nota: 2^o* Appetentia seu Appetitus fit, quia calidum agit perpetuo in humidum, & humidum consumit, unde requiritur instauratio; proinde appetitus non tantum frigidum, & humidum, vel calidum, sed quaecunque appetit; unde *Fames* est appetitus materiam, *Sitis* vehiculi, id est, cibi & potus, estque duplex: Naturalis, quando partes sentiant aliquid deficere, id est: Sensus defectus omnium partium; Animalis fames est Sensatio rei molestæ in una parte, quæ indicat molestiam in toto, & est in Orificio superiori Ventriculi; Dolor autem, seu illa molestia oritur in ista parte, quia est Membranosæ substantiæ, & copiam nervorum habet; unde *Aristoteles* ob summam sensationem hujus partis, sedem mentis posuit in hac parte; causa efficiens hujus Famis est humor acidus, qui famem excitat, & fames appetit hunc humorem obtundere.

II.

Definitio & Genus: est Appetitus plus minus abolitus, vel diminutus, dependens ex defectu Vellicationis in orificio stomachi sensibili, & inde cessante Chylificatione, à mox dicendis causis orta.

Ii

III. Sub.

III.

Subjectum : Ventriculus, unâ cum fermento suo gastrico, & lore : præcipuè autem quoad tunicam suam rugosam, & Superius orificium Ventriculi. Ubi *nota* : quòd Ventriculus duo habeat orificia, unum dextrum, quod Pylorus dicitur, & pertinaciter ac continuò obferratum manet, donec ciborum ingestorum fermentatio, & utilis ab inutili separatio completa fuerit; aperitur interdum, quando ex intestinis aliquid ascendit, quod per vomitum rejiciendum est: & reversâ patet, quod hoc orificium noxiis humoribus apertum esse debeat; testatur id ipsum Eienteria, Diarrhoea, Ileus, & alii affectus per Pylorum exeuntes, & transeuntes. Alterum Orificium sinistrum, vulgò superius dicitur, hoc semel à pastu in bene valentibus clauditur, & ad unamquamque boli vel cibi importunitatem, vel potùs pertinaciam integrè se pandit & aperitur, quia nihil, quod sibi superne per gulam impendat, tolerare potest; quamvis tamen in ægrotantibus, & diuturnâ Inediâ pressis, ejus apertio cum dolore, & anxietate magna contingit. Ventriculus enim, cum se habeat secundum legem naturæ, ut nempe peristaltico motu trahat ad se superne ad suum fundum, deorsum verò per intestina decernat; accidit tamen quandoque, ut hic motus inveratur, adeò, ut contra suam naturalem consuetudinem, quæ in motu deorsum consistit, se convertat sursum ad gulam; hic motus inversus peristalticus *violentus* est, quia præter naturam violenta expulsiōne ingestorum, difficili ascensu opus habentium, antequam per os rejici possit, contingit, quoties nempe causa occasionalis Ventriculi membranas lacerat, & vellicat: Unde convellitur, & tota Ventriculi œconomia vertitur, motuque depravatò, ad causæ occasionalis rejectionem insurgit, vel subversione, vel nausea, vel Vomitu (quæ tria symptomata secundum majus tantum differunt) nam in subversione ante & post cibum Ventriculus ad expellendum insurgit, & percipit materia ascensum; sed iterum illa materia deorsum delabitur, nec rejicitur: Nausea, quæ prodromus Vomitus seu Vomitionis solet esse, est inanis vomendi voluntas: (ut mox infra dicemus) cum in ipsa nausea nihil, nisi tenuis humiditas, seu copiosa ex ore profluat Saliva, quæ à natura ad gulæ lubricitatem, & humectationem instituta videtur, ut facilius Vomitus sequi possit; unde humidiores absque difficultate & anxietate vomunt, non ita sicciore.

IV. Differe

IV.

Differentia : alia dicta in definit, proprie *Anorexia* & *Apositia*, & est actio abolita, *Dysorexia* actio imminuta, sed in praxi usus obtinuit, ut ista nomina passim, & pro abolita, & imminuta actione sumantur, sicuti etiam Picam, Malaciam, & Famem Caninam, pro actione depravata vulgò sumimus. Alia dicta cibi Fastidium, eit Grausen hoc den *Speisen*, in qua præter inappetentiam insuper nausea, & horror alimentorum concurret: alia *essentialis*: alia per *consensum*. Essentialis seu positiva, quando Ventriculus, vel ejus partes nervi tunica per se, id est, actu patiuntur: per consensum seu passivè seu privative; quando mala non in eo hærent, sed aliunde affluunt; alia *primaria* & à se orta, alia *secundaria*, ab aliis morbis inducta.

V.

Causæ interna : hærent vel in fermento volatili acido digestivo Ventriculi, dum vel variis ex causis deficit, vel obruitur, & enervatur, à cruditatibus in Ventriculo stabulantibus, aut materia viscida pituitosa, vel iners, & inefficax redditur, à materia biliosa nidorosa &c. Vel in orificio stomachi, dum vel nervi ipsius malè afficiuntur, seu per essentiam, seu per consensum, ut in Colica, Nephritide, Herniis &c. Vel in spiritibus animalibus, qui vel deficient, vel narcotici & stupidiore redduntur; quò spectat usus fumi tabaci appetitum immingentis. Exemplum habemus in militibus sæpè tabacum fumantibus, qui totum appetitum perdunt, persuasi, quòd tabacum nutriat, interim revera appetitum destruit, seu acidum obtundit. Vel motus eorum immutatus, ut partim non dirigantur ad stomachum, partim vehementius in cerebro commoti, non recipiant impressiones in orificio stomachi factas, ut in deliriis, tristitia, terrore, magnis doloribus, tristi nuntio &c. vel tandem causa hæret in calore ventriculi, aut partium coadjacentium languescente.

VI.

Causæ remota : sunt Temperamentum minus activum; sic Senes magis hoc affectu laborant, quàm juvenes; sanguis & humores viscosi, morbi prægressi &c.

VII.

Causæ externa : sunt aër nimium calidus, alimenta vel copiosa peccantia, teste Hippoc. 2, aph. 10. Corpora impura, quò plus nutriti,

vis, plus leseris; Vel qualitate, ut pingua, alcalia, cruda, coctioni rebellia, multa potatio Vini, meri aut spir. Vini, acidum gastricum destruentis, & dulcificantis: hinc Vini potatores, vix quidquam amplius commedunt, donec hydropici fiant; animi pathemata, ut iras, terror, amor, nimium gaudium, tristitia, suppress, mens, &c.

VIII.

Diagnosis: per se patet, & æger ipse testis est, signa autem causarum ex propriis signis eruenda. *Quæres*: Utrum detur Veterum Antipraxia, seu inæqualis Viscerum intemperies, id est, Hepar calidum, & Ventriculus frigidus? *æ*. Quod non, sed esse fabulam quam ex *Pandora* inausulta pyxide, tot morbos continente, desumpserunt, rationes: quare hæc antipraxia non possit admitti, sunt: 1^{mo} quia sanguis proportionatè distribuitur in partes, proportionatum quoque calorem, & qualitatem ipsis imperit. 2^{do} partes ergò non habent calorem ex se, sed eum habent ex sanguine, qualis enim est sanguis, talis quoque est Calor in parte, quomodo ergò idem calor, qui Hepar calefacit, potest Ventriculum frigidificare; deinde si Hepar est calidum, quomodo Ventriculo incumbens, eum non calefacit, sed refrigerat. Undè revera ista Veterum antipraxia Neotericis nihil est aliud, quam depravatio fermenti Ventriculi, dum illud nimis acidum nec satis volatile existit.

IX.

Prognosis: in quocunque ægri articulo seu statu, verissimus est textus Hippoc. 2. aph. 33. in quovis morbo mente constare, recteque se habere ad ea, que assumuntur, bonum: contra verò se habere, malum. Fastidium cibi magis funestum est exortum, à caloris nativæ exsolutione, & acidi defectu, vel extinctione, quam ex Cacochymia seu repletione, hinc appetitus in principio, & statu morbi Cacochymici dejectus, non adeo malum signum, modò in declinatione redeat: quodsi non redeat, præsertim post quaslibet febres curatas, recidivam minatur. Appetitus planè abolitus, etiam in principio febris malignæ, signum malum, virium nempè uno ictu prostratarum indicium est: pejus signum est, si nihil appetant ægri, quam si appetant, & allata fastidiant: fatale signum, si ægri summè debiles, appetant subito alimenta, quæ antea fastidierunt. In pueris inappetentia gravior est, quam in alia ætate, propter valdè humidam, & dissipabilem substantiam, quæ præditi sunt; præterea, quod hæc ætas majori inflammatione egeat, quam alia, Hipp. 7. aph. 6. ait: in morbo diuturno

diuturno cibi fastidium malum. item sexto aph. 3. in longis intestinorum difficultatibus cibi fastidium malum, & cum febre pejus. Anorexia omnimoda periculosa, vires dejiciens, & sanguinem effectum, ac vappidum reddens, unde leteri, Cachexia, Hydrops, alique plures morbi, imò mors ipsa: cum vita sine cibo, teste Hippoc. ultra septimum vel undecimum diem, protrahi nequit, quod tamen non est perpetuum.

X.

indicaciones: sunt Vitiosa in stomacho hærentia evacuare, pituitam viscidam incidere, attenuare, detergere, bilem temperare, Ventriculum roborare, ejusque tonum conservare.

I.

Curatio: fit Evacuantibus vel per Vomitoria, quæ sunt optima, quia immediate Ventriculum evacuant. ut Syrup. emet. A. S. ab unc. ℞. ad. i. vel tart. emet. ℞. Tart. em. gr. ij. antim. diaph. gr. vj. sal. abjut. gr. iij. M. *æ*. Crem. tart. scr. i. scam. sulph. gr. xj. tart. em. gr. i. ij. iij. M. vel Vitriol. *æ*. Vitriol. alb. p. p. scr. ij. oxymel. dr. y. aq. dest. cich. unc. i. ℞. M. vel per Croc. Metall. *æ*. Croc. met. all. a gr. vj. ad. xij. ebull. in f. q. vin. alb. col. per chart. emporèt. Vel per purgantia, ut pilul. f. f. Emanuel, aloëph. mastich. aggreg. ative, cum vel sine stimulo. Vel pilule meæ præservative & pilule proprietatis, pilule sine custodia, pilule balsamica, pilule familiares D. Doct. Casim. vel pilule meæ Leoninus. vel Nodul. *æ*. Rad. enul. fernic. caryoph. polyg. qu. an. dr. ij. herb. absint. card. ben. hyssop. marrub. an. m. ℞. fol. fenn. f. unc. i. agar. troch. dr. iij. Rhab. dr. ij. cinnam. dr. i. galang. scr. ij. cum sind. alb. f. Saccul. pro mens. Vin. vel bibatur de sequenti suavi Vino medicato purgante, *æ*. Fol. fenn. f. unc. ℞. vel dr. vj. zz. incif. dr. ℞. galang. scr. ℞. nuc. mosch. ras. scr. i. summit. absint. vulg. p. i. vel si palato non arrideat, fol. salu. rorisem. an. p. j. vel cort. cir. ext. dr. i. excip. sind. & infund. in vin. alb. neccar. lib. i. ℞. l. ij. dof. m. unc. vj. post assumptum jusculum calidum sine pane. vel *æ*. Fol. fenn. f. unc. i. ℞. agar. troch. unc. ℞. rad. Mechoac. crasse pulv. unc. ℞. z. z. i. eis. dr. i. ℞. herb. beson. card. ben. agrim. summit. absint. an. p. j. cort. cir. incif. dr. i. ℞. ad Saccul. ex sind. alb. pro lib. iij. vin. alb. *Nota*: hæc omnia laxantia per os cum maxima cautela esse danda, nè magis relaxent fibras, eaque magis enervent, & acidum obtundant.

II.

Roborantibus, & appetitum cientibus, ut in causa frig. elix. & ol. dest. ment. es. syr. & Sal absinth. præcipuè, hinc sequenti pulv. vix præstantius remedium. R. Sal. absint. tart. vitriol. an. unc. ß. cort. flav. arant. dr. i. M. f. Pulv. profunt quoque aromata omnia, præsertim piper, & Cinnam. Sic laudatur ag. Cinam. cum myr. cyd. vel. Syr. ment. absint. cor all. cum modica amb. utiliss. sunt. Z. Z. & Zedoar. item rad. acor. vel in pulvere vel minutim incisi. cum cochl. sp. Junip. ß. & ag. mastich. vel mastix sumpt. quotidie ex ov. sorbil. cum paucis Cinnam. vel Z. Z. elix. prop. Par. ad. gut. xij. vel so- lum, vel mixtum cum es. absinth. ß. Sal. arm. ol. mac. &c. pulv. stomachal. Querc. Birkm. vel seq. R. Rad. aron. sec. pulv. unc. ij. Sal. armon. unc. ß. rad. calam. arom. dr. ij. cinnam. mac. an. dr. i. Caryoph. ser. i. M. Nodul. in vin. infund. præsertim in declinatione robor. ob salivam viscidam, & glutinosam v. g. R. Rad. acor. ver. unc. ij. enul. unc. i. ment. crisp. miij. Zedoar. dr. vj. Misc. ad Nodul. Vin. infund. Electuarium meum Stomachicum, maxime virutis. R. Conserv. absinth. pontici ʒß. pulv. chin. electæ subtilissimè pulveri- fat ʒvj. pulv. cachect. Quercet. ʒß. ol. cinamon. curri. an. gutt. ij. Syrup. cortic. aurant. ʒj. Misc. fiat Electuar. dos. instar castaneæ. Item pulvis stomachalis nobilis Mynt. dos. ʒß ad. ʒj. vel tragac. mea Stomachico-cordialis. dos. ʒij. vel spec. stomachal. Dobrzensky dos. ʒß. ad ʒij. Valent etiam optimè Therme Caroline, vel Acidule Eg- renses calidè potæ, vel oppbalsamum verum ad. gut. iij. sumptum in Vino generoso horâ unâ antepandrum. Item Zedoaria sapius masticata, teste River. & Thoner. seq. Decoct. maximè profuit in Inap- petentia. R. Rad. Cichor. herb. absint. Rom. card. b. an. mj. cent. min. M. ß. coq. in Vin. & ag. cich. an. mens. dimid. ad. ʒ. p. consumpt. de quo. m. & v. fumatur haustus. Datur etiam ag. claret. River. rosa Solis, sal vol. oleos. ad gutt. XXX. ex cyath. vin. alb. chocolat. cum malv. amb. cum sacch. præsertim in Inappetentia ex debilitate Vetric. Ther. ver. tabac. arom. ros. vel R. Pulv. cort. Arant. sec. spec. arom. ros. an. dr. ij. sacch. alb. in ag. flor. arant. sol. unc. IV. misc. fiant Tabell. vel R. spec. promor. Imper. unc. i. pulv. stom. euerc. dr. iij. sacch. in ag. ment. sol. q. f. f. Tab. bals. peruv. ad gutt. aliquot cum Vin. Hippocrat. vel in forma Pilul. sic multi sumunt tria vel quatuor gra- na masticis, vel totidem grana piperis nigri integri: vel sem. curri. num. ʒ. vel. pilul. extract. absinth. num. 3. hæc & similia etiam, ante vel post pastum, quodd plures præprobant, fumi possunt.

III.

III.

In causa magis calida, profunt acidul. item cichoracea, crem. tart. vit. Rhabarb. myrobolan. tamarindi, Syrup. rosar. solut. sy- rup. de cichor. cum Rhab. cassia. pilul. tartar. Schröd. pilul. mea sine custodia sal essential. acetosell. pulv. hepat. rub. ß. myr. syr. & succ. cyd. cum ag. ment. cinnam. & ol. sulph. sicc. Vitriol. phal. Elix. Vit. Mynt. corall. rub. pp. stomachicum Paterij. Specificum Vitriol. Martis ocul. cancr. Spir. vitr. dulc. spir. sal. ulc. decoctum tama- rinda. balneum vel semicupium refrig. & humectans, bis aut ter repeti- tum, reconalescentes maxime recreat, iisque appetitum restaurat. In affectu inveterato frigido, prodest decoct. guajacis, & sicc. sicc. vel sumptæ ag. thermal. sulf. & nitrose. Nota autem, quandoque fugi- enda esse medicamenta quæ bilem emendant, vel acidum nimis poten- ter imbibunt; per hæc enim sæpè magis exhauritur, & destruitur aci- dum homogeneum, seu acidum Vetriculi.

IV.

Extrinsicis roborantibus: ut Liniment. ex ol. nuc. mosch. & bals. peruv. v. g. R. Ol. dest. Junip. dr. i. ment. absint. an. dr. ß. mac. Caryoph. an. ser. ß. cinnam. gutt. ʒ. bals. peruv. ser. i. ol. nucis. q. s. pro bals. stomachi, probè infricando scrobiculo cordis, Prodest eti- am crusta panis tosta Vin. malv. & acct. ebria, ac conspers. cum pulv. Caryoph. mac. nuc. mosch. Cinnam. item Empl. stomach. Mynt. Zvveif. Craton. quod præstantissimum. R. Ladani. unc. ij. cer. unc. IV. ol. nuc. mosch. dr. iij. Crato dicit: se illud invenisse Deoque grati- as agit. R. Empl. de mast. unc. i. spec. arom. ros. dr. i. cum ol. nuc. mosch. f. q. M. vid. lãf. chylif. Alij Theriac. emplastri locò adhibent. Laudantur etiam pelles Vultur, vel lepor. vel pannus scartlat. in regio- ne Vetric. gestatus; vel sequens emplastrum expertum Dobrzenkij. R. Ligni aloës, Cinnamomi, Caryophyll. maceris, nucis mochar. storacis calamis: thuris, masticis, benzoe, racamahac, aloës succorina an. ʒij. gallia moschar: ʒij. terebinth. in ag. mentha. & melisse lotæ, & coct. q. f. mis. F. I. a. Empl. vel Cataplasma meum ex pulvere absynthij, fermento acri & aceto flor. sambuci factum Vetriculo applicatum. Nota: talia externa non tantum anterioris ad os Vetriculi, sed & retrò in dorso è regione esse applicanda, quia os Vetriculi superius ad posteriora fertur. Nota: 2^o: nè ista externa nimis calidè apponantur, neque etiam nimis diu gestentur, quia calor Vetriculi dissolvitur.

V.

V.

Dieta: suppeditet acida in alimentis; ut *Succ. cit. acet.* profunt *olive capp.* abstinendum ab aqueis, oleosis, pringivibus, ingratis. Pro potu, ni quid obstet, *vinum merum* concedatur, vel *absinthii*, vel *Hippoc.* l. decoct. *anis coriam, cinnam.* l. seq. præstans aq. decoct. *cinnam.* ꝑ. *Cinnam. unc. ʒ. crem. tart. dr. vj. sacch. unc. ij. corr. cit. rec. dr. i. aq. font. lib. ij.* ebull. post passum ꝑ. Utilis est pulv. digestivus. ꝑ. *Coriand. p. p. unc. ʒ. sem. anis. fan. an. dr. ij. cinnam. caryoph. an. dr. i. ʒ. sacch. ad. pondus omnium dupl. M. F. Pulv. de quo coch. l.* fumatur post singulos pastus, nihil desuper edendo, l. bibendo.



CAPUT II.

Fames Canina, Appetentia nimia, Appetitus nimius, & depravatus, Bulimus, vel Appetitus Lupinus.

I.

Nomen: *Fames Canina* *der Hund's Hunger.* Egimus priori capite de Appetentia imminuta & abolita; in hoc agimus de depravata. Depravatur autem appetentia duobus modis, quando nempe vel quantitate, vel qualitate peccat; *quantitate* peccat, dum majori copia alimenta appetuntur, quam naturæ ordo requirit, & hæc dicitur *Bulimus*, seu *Fames Canina*, de quo hic agimus. *Qualitate* verò peccat, dum cibi absurdi, & talia, quæ extra rationem alimenti sunt, appetuntur, & dicitur *Pica*; de hoc agemus sequenti Capite.

II.

Definitio: Est continua, inordinata, ac ferè inexplebilis *Fames*, dependens à vehementi suctione in Ore Ventriculi.

III.

Genus: Est symptoma Appetitûs depravati, & p. n. aucti.

IV.

Subiectum: Est Orificium Ventriculi superius.

V.

Differentia: Alia propriè *fames Canina* dicta, quæ cum vomitu, quandoque etiam cum Diarrhæa infestat, prout faciunt canes, qui

qui cibos nimis avidè vorant, & rursus evomunt. Alia quæ sæpe definit in nauseam, appetitus perit cum Ipothymia, & virium dejectione, adeo, ut sit quasi incipiens famelicum an mi deliquium, & dicitur *Bulimus*, l. *Bulimia* *der Ruhe's Hunger.* *Bulimus* describitur, quòd sit morbus, quò, quilaborat, post magnam ciborum ingluviem adhuc insatiabili comedendi desiderio tenetur, & definit sæpè in nauseam. &c. *Nota:* sunt nonnulli: qui *Bulimunt* cum *Fame canina* confundunt, sed reverà differunt, quia in *Fame canina* quidem etiam adeò magna *Voracitas*, sed in illa ingestis cibi paulò post supra, & infra rejiciuntur more *Canum*, ut jam supra diximus. In *Bulimo* autem, cibus retinetur assumptus, etiam in copia ingestus.

VI.

Causa lævæna: est humor acido-austerus, armoniacalis vitriolatus, subtilis, volatilis, orificium Ventriculi superius corrugans, & vellicans. Subindè etiam *Lumbrici*, qui tamen quandoque sunt potius effectus hujus morbi, quam causa.

VII.

Causæ Dispositivæ: subiecta *Melancholica*, *splenetica*, & *hypochond.* quibus *lympha stomachalis* plus justo acescit, & effervescit.

VIII.

Signa Diagnostica: perse nota sunt, nam ipse æger ea manifestat, & adstantes, tanquam oculati testes, contestantur.

IX.

Signa Causarum: ex propriis Causis eruenda.

X.

Prognostica: *Bulimos* superveniens morbis Chronicis, ut *Quartana*, *Hydropi*, &c. ferè funestus, quandoque in *Cachexiam*, vel *Hydropem* definit; ita & *Fames Canina*; post morbos imprimis *Febres*, in statu convalescentiæ, subindè emergit appetentia *Caninæ* similis, quæ quidem sine periculo, non tamen sine metu recidivæ. Si procedat à causis externis, periculosus non est, modò illæ adeò aufferantur; à Vermibus etiam periculosus non est, quia illis sublatis, affectus etiam tollitur, *Hipp. 7. Aph. 59.* dicit: *fames corpora sicca*

XI.

Indicationes: sunt acidum temperare, evacuare & Ventriculū corroborare, nē majora mala eveniant.

I.

Curatio: fit Acidum temperantibus, & absorbentibus, v. g. *Corall. rub. p. p. marg. p. p. an. scr. i. cret. albis. scr. β. sacch. alb. dr. iij. M. f. Pulv. divid. in 6. p. æq. vel ꝑ. Corall. rub. præp. limat. mart. subribis. tris. an. dr. i. Lap. Canc. Carp. an. scr. i. croc. oriens. scr. β. M. f. Pulv. cujus dof. detur ex Vino potent. Valet Sal tartari. Viperar. ras. Ebor. alcalina, pingvia, oleosa, *Decoctum chamomile major.* omnem medicinam superat, estque expectum. *Laud. Opiat. Theriaca Cælestis* &c. quāvis narcotica, sensum Ventriculi obtundendo, famem sedant, sed cautē adhibita; tum oleosis: ut *ol. dest. carv. caryoph.* aliisque pinguibus, tum narcoticis: ut *Ther. mithrid. Vinum* etiam maximē prodest, tum quā acidum dulcificat, tum quā continet in se particulas nonnullas stupefacientes, & narcoticas: unde *Hippoc. 2. Aph. 22.* ait: *famem Vini meracioris potio tollit*, quā citō nutrit, & aequaliter stupefacit; potest igitur exhiberi præsertim in bulimo *Vin. generos. matvat. vel Vin. sal. sat. melissat. absinth.* vel etiam *spir. Vin. ment. aut salu.* Riverius laudat usum *amb. ad gr. V. vel vj. ex ovo forbili.* Omnia pingvia & oleaginosa conveniunt in copia sumpta, *salia alkalina* sunt expertissima, *Theriaca rec.**

II.

Ita temperatum, & corrosivitate suā exutum acidum, evacuandum per leniora, cūm humor acidus non ferat purgantia fortiora. Hinc utendum *Pulv. de Hier.* vel *ꝑ. Spec. hier. f. dr. i. cum ag. cinnam. f. Bol.* nebulis involv. ac sumend. vel *ꝑ. Rad. Gal. rec. puiv. scr. i. resin. scam. gr. V. sal. tart. gr. vj. M.* profunt & Vomitoria ex *Vitriol.* vel ejus sale.

Queritur: Cur Canina Fame laborantes, tantūmque appetentes, & ingerentes, rarō vel nunquā pingvescant, quin potius emacientur? *ꝑ.* Quā in talibus ob acidos succos seu acidum Esurinum, massā sanguinea, seu acidum homogeneum Ventriculi reddunt aspera; & minūs nutritiva seu lixiviosa. *Nutritio* enim nostri Corporis fit à succo blando, pingvi, chyloso, subdulci, & naturæ amico, ut patet in infantibus, in quibus talis succus pingvis, & chylosus potius abundat.

abundat, quā acidus; contrarium autem fit fame Canina laborantibus, uti & in Scorbuticis, qui plerūque Atrophici & Tabidi sunt, propter excessivum acidum,

III.

Mirabilis autem & stupenda vis est Digestionis Ventriculi, quæ ab acido homogeneo, & subdulci ac volatili contingit, quæ nec calori, nec facultati concoctrici (quæ juxta Veteres sine instrumentis non agit) attribui potest: hoc enim acidum homogeneum durissimos cibos intrā tres vel quatuor horas dissolvit, & in liquorem chylosum convertit, tam tenuem, ut per tenuissima Vasa lactea transeatur: imō Canes durissima ossa, & Struthio ferrum in Chylum convertunt: quōd fieri non potest, etsi in ollaralia per longissimum tempus, & igne fortissimo coquerentur. *ꝑ. 10.* Pisces nullo calore actuali præditi, cibos tamen ingestos dissolvunt, & coquunt.

IV.

Dieta: conveniens instituenda, abstinendo ab acidis, & exhibendo *Vinell. ov.* ad durit, coct. *canc. stur. cochl. carn. suillam, O. ꝑ. cum butyr.* coct. extremis animal, pro potu detur Vinum, post pastum utatur *conf. anis. san. coriand.* quies concilianda teste *Hipp. 2. Aph. 16.* *In fame laborandum non est.*

CAPUT III.

Pica, & Malacia.

I.

Nomen: Pica, Citta dicitur, id est Hedera, nam sicut ista obvius plantis adhæret, sic Pica absurdus rebus, illa laborantibus. *Germ. selzamer gelust:* Pica dicitur à Pica ave. seu à varietate coloris, quæ donata est, seu quōd terram voret, seu quod ipsa Pica hoc morbo laboret, vescendo insolita, & inconveniētia.

II.

Definitio: & *Genus:* est Appetitus prorsus depravatus, & heteroclitus, substantiæ alienæ, præter naturam & rationem alimenti, ut v. g. carbonum, terræ, cretæ, calcis, corii &c. Numquam appetantur pisces, & carnes crudæ, imō stercora. Sunt nonnulli, qui

Picam reverà dicunt esse speciem melancholiæ Hypochondriacæ, in qua ad certum quoddam Phantasma dirigitur imaginatio.

III.

Subjectum: Ventriculus quoad superius Orificium

IV.

Differentia: Alia propriè talis dicta, & suprâ definita, Alia *malacis* dicta, grosser ungemöhnlicher Lust der Schwangeren Frauen; estque Appetitus vehemens, quò prægnantes non quidem alienos, sed convectos cibos, avidius tamen, & cum animi quasi impotentia appetunt: alii dicunt Picam in genere dici in gravidis Malaciam, in maribus licet rarius, in feminis frequentius, in utrisque tamen est appetitus depravatus, & insolitus. Hic præviè notandum, quòd sicut appetitus naturalis in genere oritur à fermento stomachi, ita etiam in specie ab eodem fermento, appetitus vel auctus, vel depravatus in Pica, & Malacia oritur: patet enim, quòd omnia animalia habeant in suo genere determinatum stomachi fermentum, & ab ipso determinatus eorum appetitus oritur; sic canes appetunt ossa, cani mures; ciconia ranas, &c. ex nulla autem ratione alia, quàm quòd activitati suæ appropriatum objectum postulet stomachi fermentum, in illis specificum: simili prorsus ratione solet oriri Pica, & Malacia, nempe dum ita determinatum est fermentum stomachi, ut in hoc vel illud objectum feratur.

Quæres: In quo consistat hæc specificatio fermenti, ut in singulis speciebus certò modo, & ita in unoquoque species individuo, determinetur ad hoc vel illud objectum. *R.* Ego neminem legi, qui hoc explicuisset, nisi dicamus, hoc à fermento gastrico corrupto peculiari-ter evenire. Vidè plura infra de Læsa Concoctione.

Quæres: Vtrum in Pica sumant, si inusitata noceant? Ratio dubitandi est: proflare exempla, quòd illis non noceant. Vel si moderatè ista sumant, non noceant, si autem excessivè, noceant, & quasi Venena fiunt.

V.

Causa Interna: est humor pravus, corruptus, & peculiaris, fermentum gastricum vitians, phantasmam per vitiatos spiritus aut eorum motum depravans, eamque ad certum edulii genus appetendum dirigens. Unde in hoc affectu Cerebrum cum suis operationibus, & sensibus externis etiam afficitur, id est phantasia gustus, & odoratus, quia tales interdum corium, calceos, &c. avidè odorant.

VI.

VI.

Causa Dispositiva: Mulieres hystericae prægnantes, obstructione mensium. f. Chlorosi laborantes; subindè etiam pueri, à matre chlorosi laborante nati: rarius Viri melancholici, hypochond.

VII.

Causa Externa: Suppressio mensum, ingravidatio, &c.

VIII.

Signa Diagnostica: per se ex ipsa ægri relatione innotescunt.

IX.

Prognostica: In gravidis, licet à quarto die conceptionis incipiat, ut plurimum circà quartum gestationis mensem suâ sponte cessat. Si ejusmodi mulieres ægotantes ab edulii pravis abstinerè incipiant, & laudabilibus uti cum minoti fastidio, proxima salutis spes est. Cæterum affectus est Chronicus, non tamen admodum periculosus, præsertim si talia assumantur ordinatè, nec unâ vice nimis copiosè, & corpus à natura, vel arte quandoque evacuetur, ac suppressa evacuationes releant: secus vel graves Obstructiones, cachexias, & Hydropses causantur, vel Cardialgias, & Lipothymias. Melius est in hoc affectu acida & acetâ appetere, quàm res à natura prorsus alienas. Malacia est malum perpetuum, quòd abortum vel stigma in foetu relinquit.

X.

Indicationes: sunt Humorem pravum evacuare, specificis eum corrigere, ac Ventriculum roborare.

I.

Curatio: fit administrando in gravidis V. S. parçâ manu, uti & in laborantibus suppress. mens. in Viris aperiri possunt hæmorrhoides.

II.

Evacuando stomachum *Vomitorio* in non gravidis; in gravidis cautius hoc utendum, primis nempe tribus mensibus in iis, quæ faciliè vomunt, vel etiam *per alvum*, cautè tamen in gravidis. v. g. *Majs. pil. de hier. dr. B. pulv. syr. gr. vj. ol. dest. mens. gut. ij.* cum f. q. *syr. de absint. M. f. Pil. N. XI.* deaur:

III.

Exhibendo remedia stomacho grata & appropriata ut *succ. cyd. lim. gran. acid. sp. vit. philos. aq. pampin. vis.* verè extillans, id est, aqua, quæ exstillat ex vitibus in vere; cum *aq. cheriac. & succ. cit.* Commendatur etiam *pulv. stomach. Querecetan. Birckmanni, syr. de absinth. de cort. arant. magist. mat. perl. ebur cum secul. bryon.* Potus *Vin. gener.* cum infus. *ment. absinth.* multum etiam præstat *sal volatile oleosum Sylvij.* vel *nobile; decoctum lignorum Spiritus salis armoniac. aromatizat.* Alii specificè commendant *conf. ros. vitr. cum pulv. Zeduar. vel conf. ment. crisp. vitr. cum pulv. Zeduar. & syr. cyd. V. G. B. conf. ment. crisp. vitriol. unc. iv. pulv. Zed. dr. ij. succ. cyd. dr. vj. myr. cyd. arom. q. s. M. f. Elect.* In gravidis sequens Mixt. prodest. *Aq. ment. meliss. an. unc. i. elix. ment. dr. ij. succ. cyd. dr. vj. syr. cyd. dr. ij. M.* Dentur aliquot cochlearia.

IV.

In non gravidis uti etiam In Viris ulterior cura instituat, ad imitationem melancholiæ hypochondriacæ & hysteriæ affectionis. Pueri & Puellæ ab hac mala consuetudine flagris sunt arcendi. Notandum: Mulieribus gravidis non facile appetitus negetur rei appetitæ, propter enormia exempla, quæ observata sunt, 1^{mo} de femina, quæ momordit in pectus mariti, quod cum secunda vice negasset, duos filios peperit, unum vivum, alterum mortuum. 2^o de femina, quæ desiderium habuit velliscandi barbam Viri, & cum bonam partem bis evulserit, vir autem ulterius denegavit, peperit tres foetus unum mortuum, & duos vivos.



CAPUT IV.

Sitis Morbosa seu læsa.

I.

Nomen: Sitis, Siticulositas, *Der Durst:* quemadmodum fames, ita etiam sitis tripliciter læditur: imminuit, abolitè, & depravatè, Imminuit, v. g. à dulci & insipido humore in Ventriculo stagnante, vel ab humiditate nimia in toto corpore; Abolitè in morbis acutis, ubi mens laborat: Depravatè, de qua hic præcisè agimus.

II.

Definitio: Sitis naturalis est appetentia seu Appetitus humidi temperatus, & limites non excedens.

Præternaturalis vero, est nimia appetentia humidi; sicut Fames est appetentia ficci, sic Sitis liquidi seu potus, excitata in ore Ventriculi ab ejus defectum.

III.

Genus: Est symptoma Sitis p. n. auctæ.

IV.

Subjectum: Nunc Fauces sunt, cum glandulis & ductibus salivalibus, nunc simul orificium Ventriculi superius.

V.

Differentia: Alia est *moderata*, orta v. g. ab exercitio, loquela diuturna, ariditate faucium: pro subjecto simul habens orificium Ventriculi, & repetitis plurimis haustibus vix extinguibilis. Alia planè *aboluta*, ut fit in morbis malignis, propter interceptionem primi sensorii, quando mens ægrotat, aut extinctus sit planè calor natus. Unde *Hippoc.* In causa sitifera, non sitire, malum: Sed de hoc hic nulla quæstio; alia *Idiopathica*, quando partes faucium & Ventriculi laborant; Alia *sympathica*, quando per consensum totius Corporis, vel aliarum partium oritur, *aliarum febre*, alia *sine febre*.

VI.

Causa Interna: Vel est Humor sale volat. acri præditus, amarulentus, biliosus, nidorosus, glutinosus, ut in febris. vel lymphæ salivales acrior, falsior, ac plus minus glutinosa, ut in hydropicis, scorbuticis, affectibus catarrhalibus. Vel eadem unà cum spiritibus absumpta, per labores ingentes, evacuationes nimias, dolores &c. Vel obstructio glandularum, & tubulorum faucium, vel Inflammatio visceris interni.

VII.

Causa Externa: Aër æstuosus, mora diuturna ad Solem vel Ig-nem, assumpta varia salita, acria, aromatica, dulcia, purgantia, venena, potus meracior, motus vehementes, vigiliæ, balnea, evacuationes nimix, inedia, Ira, &c. & hæc omnia siccitatem & sitim causant.

VIII.

Signa Diagnostica: Per se patent, cum ægri de Siti perpetuo con-querantur.

IX.

Signa causarum: Ex propriis signis erui possunt, & ipsi Ægri patefacient.

X.

Prognostica: Sitis ab externis causis excitata nihil habet periculi; assumptò enim potu facillè extinguitur, ab internis autem est periculosior, præsertim in morbis chronicis: ut hydrope, phthysi, Diabete; si æger sitiens (id est, in quo omnes causæ, circumstantiæ & indicia sitis adsunt, ut lingua arida, os glutinosum, aut exsuccum, æstus insignis Corporis) non sitiat, malum, teste Hippoc. quia indicat adesse delirium, aut summam prostrationem. Sitire in febribus ardent, haud adeò malum; bene tamen sitis inexhausta, quæ nullo potu expleri potest: Sitis enim pauca in febribus ardent: suspecta, nisi impediatur à lymphâ, à capite vel glandulis eò delata ex Hipp. 4. Aph. 54. ubi ait: *quibus suffes sicca modice irriterantes in febrib. ardent. diu durant, non admodum siticulosi sunt.* In quo tamen casu lingua erit mollis & humidâ. Mala est sitis depravata v. g. succi lim. acet. &c. Hipp. 4. Aph. 48. ait: *in febre non intermittente, si exteriores partes frigeant: interiores urantur, & sitim habeant, lethale est:* Prout jam diximus de differentiis ex Hipp. si æger sitiens non conqueratur de siti, malum; mens enim ægrotat, & mors in propinquo est. In magno æstu, repenti frigidissimus potus ingurgitatus, summe est noxius: sicuti enim silices candentes in frigidam coniecti, mox dissiliunt ita & viscera interna æstuantia, frigidopotu restincta exsolvantur, & Hydropem, vel Hæticam incurunt.

XI.

Indicationes: Sunt sitim fallere, causam irritantem tollere, Lympham salivalem acrem temperare, deficientem augere, tubulos salivales obstructos referare; &c.

I.

Curatio: Variat pro diversitate causar. Hipp. 6. Epid. sect. 3. dicit: sitim cohibet os claudere, tacere, ventum cum potu frigidum inducere, sed salvâ autoritate Hippocratis. Pro hoc symptomate mitigando aqua frigida non est semper tuta, cum sæpè exinde mors, frequenter etiam periculosum asthma exortum sit; tutiora sunt sequentia acida, nitrosa, temperantia, diluentia &c. Acida maximè conveniunt in febribus, & affectibus biliosis, ut v. g. limonada, vel limonada medica mea, R. Ag. fontana lbv. crem. oris tartari ʒij. coq. ad dissolut.

dissolution. tartari, & tandem adde Sacchari finissimi ʒv. cortic. cit. flavor. ex uno pomo citri, & erit præstans, vel R. 2. pom. cit. in taleol. dissect. & sacch. conpers. injic. in mens. l. B. aq. font. vel R. Decoct. C. C. ust. cum infus. pulp. cit. & sacch. quod quandoque temperari potest. seq. Syr. R. Syr. acetos. cit. & succ. vior. an. unc. ʒ. spir. vitr. gutt. vij. l. Julep. ros. syr. acetos. cit. R. Sacch. unc. iv. coq. cum aq. font. lb. ʒ. ad. iv. injic. cort. s. cit. tamarind. & æstum mitigant; & alvum stimulant. R. Tamarind. conguass. unc. ʒ. coq. in l. q. aq. s. in col. lib. l. dissolv. syr. ʒ. herb. an. unc. ʒ. M. vulgus cer. s. acid. & nig. in mortario contund. affund. aq. l. prun. aut passul. coq. Radix acetos. potum gratum & rubellum suppeditat. R. Decoct. Rad. & sol. acetos. lib. l. add. succ. acetos. rec. ext. unc. ʒij. syr. rib. gram. an. dr. ʒij. M. vel R. Rad. acetos. fragar. an. dr. ʒij. C. C. ust. unc. ʒ. coq. in aq. font. s. q. in col. mens. ʒ. solv. sacch. ros. ʒ. unc. ʒ. B. nit. p. p. dr. ʒ. M. huc spectat Julep. acidul. V. G. syr. proinict. ros. parva. unc. ʒij. aq. font. mens. lb. ʒ. vitriol. q. s. pro grato acore. Vel R. Aq. font. lib. ʒij. syr. rub. id. unc. ʒij. l. syr. viol. acetos. cit. ʒul. ros. &c. an. unc. ʒ. ʒ. vitr. q. s. M. vel R. Limat. CC unc. ʒij. coq. in lib. ʒij. aq. font. ad cal. 2. dig. transv. add. parum de cort. cit. rec. in col. dissolv. syr. ut supra. Julap. seq. siccum pro siti compescenda utile. R. Succ. vit. herb. an. unc. ʒ. B. sacch. alb. lb. ʒ. pond. civil. M. super marmore, de hoc ʒ. l. q. cochl. solv. in mens. aq. font.

Nitrata, quàm maximè æstum compescunt sitimque levant, absente tamen Diarrhæa V. G. R. Nit. præp. CC. phil. p. p. an. dr. ʒ. M. s. pulv. M. cum. mens. aq. font. R. Decoct. CC. ust. lib. ʒ. sal. nit. perlat. syr. ʒ. succ. lim. unc. ʒij. sacch. albis. q. s. M. R. Decoct. bord. & liq. lib. ʒ. CC. ad albed. calcin. unc. ʒ. lap. prun. dr. ʒ. ʒ. vitr. q. l. M. pauperes solam aquam vel cerevisiam secundariam, in quibus solum sit nitrum, cum fructu sumunt. Ad fallendam sitim, bonum est in ore tenere crystallos: vel corallum, globulos plumbeos, lapillos, &c. Quia talia voluta in ore, comprimendo, lympham ex vasis lymphaticis oris, in os alliciunt. Panis aqua madidus, sumptus mira præstat. Decoctum acetos. sive stru bonum. Somnus etiam sitim levem sedat, teste Hipp. 5. Aph. 27. quibus modis ubi bendi est ariditas, is admodum siccitibus obdormire bene est; quia somnus humectat, quando nimirum calor internus ad exteriora fertur, & quies humores, & humiditatem conservat.

III.

Temperantia & diluentia sunt: *emuls. amygd. sem. mel. ser. lact. succ. cit. acidul. decoct. bord. v. G. v. Hord. rec. mj. passul. min. unc. B. sem. anis. san. an. dr. i. coq. in l. q. aq. font. l. B. Rad. acetos. scorz. an. unc. s. bord. mund. mj. C. r. aff. unc. r. pom. cit. N. r. cinnam. dr. r. B. coq. in l. q. aq. font. ad lib. ij. col. si placet, in col. solv. syr. viol. de rub. id. l. rib. herb. an. unc. r. B. sp. ustriol. q. s. M.*

IV.

Acrimoniam falsam temperantia, & demulcentia sunt: *v. g. B. Sem. coriand. p. p. dr. ij. liq. ras. dr. ij. sem. anis. ser. B. cinnam. dr. ij. coq. in aq. mens. ij. B. aliquot ebullit. qui potus gratis, l. B. Rad. chin. unc. r. liq. dr. ij. ras. lign. sasaph. dr. vij. sant. rub. dr. ij. infund. in aq. commun. lib. vj. stent in B. M. per noct. m. add. passul. min. conuass. unc. r. s. ij. coq. ad reman. lib. iv. col. Tragaa seq. maxime utilis & grata. v. Lig. sasaph. dr. x. chin. opt. dr. vj. liq. dr. r. cinnam. opt. unc. B. sem. anis. dr. ij. CC. prep. dr. ij. ocul. ctanc. p. p. dr. r. B. M. f. Pulv. subtilis. ad scat. cujus unc. r. feu cochl. coq. l. infund. mens. ij. aq. fervide, vase operculi occluso; possunt addi lig. lent. sant. cit. &c. Possunt & variaz species pro potu ordinari, pro varia indicatione, ex chin. sasaph. sasap. sem. anis. san. sant. cinnam. passul. nis. prep. C. C. &c. de quibus cochl. iij. coq. cum mens. ij. aq. ad consumpt. 3. p. Sitim fallunt detentio in ore sal. nit. vel armon. collutio faucium crebrior per *oxyerat.* liquores in ore volutandi, & retinendi, praesertim si lingua simul arida, scabra, & plus minus nigra v. g. *Aq. semperviv. m. unc. iij. succ. ejusdem unc. r. B. mucil. sem. cyd. aq. sperm. ran. extr. unc. r. sal. armon. dr. r. M. liquor hic continetur aliquamdiu in ore, hinc exspuatur. v. Mucil. sem. cydon. cum phleg. ustriol. extr. unc. r. B. syr. viol. l. semperviv. l. succ. semperviv. unc. r. nit. depur. dr. r. M. vid. Prunell. suo loco. In Siti, orta ex spirituum dissipatione, cochl. r. sp. vin. eam magis sedat, quam copiosissimus aquae potus. Acidula sitim saepius levant, interdum eandem augent, hinc febricitantibus non semper tuta, Galenus duo remedia proponit, 9. method. nempelas, & balneum: intellige autem in Siti, quae ex siccitate & consumptione corporis oritur, non autem de Siti, quae ex putredine, febribus, & talibus causis oritur: in his enim laciple Hippocrates interdicit s. Aph. 59. balneum dulce tepidum, id multum humectat tortura corpus. Hipp. dicit 6. epidem. os claudere, & flere, sitim sedare.**

Diaeta: Victus sit refrig. humectans, proscriptis falsis, acerbis aromatizatis, alimentis mali succi, & difficilis coctionis; denur Juscula alterata *fol. acetos. lactuc. portulac. &c.* Os continetur, taceatur. &c. Somnus etiam sitim levat, Hipp. 5. Aph. 27. sitientibus obdormire bonum, plura de Siti vid. tit. de Februm symptomatibus:

Quares: An Vini spiritus, ut multi tenent, sitim sedat? Quod spiritus vini, resolvendo salem fixum sitim excitantem, sitim levat.

CAPUT V.

Laesa Chylificatio, seu Concoctio, Apepsia, Bradipepsia, Dispepsia.

I.

Nomen: Laesa Chylificatio libele daung des Magens: Ex institutionibus patet, Ventriculum esse organum praecipuum nutritionis, quod alimenta digerit, & preparat; ex hoc bene vel male affecto, totius corporis sanitas potissimum dependet, ex hujus enim errore, multa mala sequuntur, juxta illud: error primae digestionis non corrigitur in secunda, neque in tertia,

II.

Definitio: Est laesa Ventriculi concoctio, seu Chylificatio, dependens ab impedita & frustrata ejus fermentatione. Chylificatio enim naturalis sit beneficio fermenti spirituoso-acidi, à quo & dissolvuntur & volatilifantur, & alterantur alimenta, ut exinde fiat succus seu liquor lacteus volatilis salus, temperatus Chylus dictus.

III.

Subiectum: Ventriculus, tum ratione caloris innati, tum ratione lymphae fermentalis, tum ratione toni, & debita conformationis.

IV.

Genus & differentia: Alia est abolita concoctio apepsia dicta, alia diminuta seu tarda Chylificatio, bradipepsia dicta; infestans ructibus post 6. vel 7. horas, qualitates ciborum referentibus, gravitate, tensione, & inflatione circa stomachum, phlogosi post passum, respiratione difficili, praecipue dum dorso incumbunt, ac ore muco pleno matutino tempore, urinis aquosis, crudis; & haec est familiaris homini

hominibus sedentariam vitam ducentibus: alia *depravata* seu *Dispepsia dicta cruditas*, quæ duplex: alia enim est *acida*, dum alimenta abeunt in succum acidum plus minus viscidum, nec sufficienter attenuantur, & volatilifantur, atque infestat ructibus vel vomitibus acidis, inflatione stomachi post assumptum cibum, phlogosi post pastum, mûruribus, & rugitibus alvi, ejus adstrictione, appetitu tamen adhuc vigente: Alia *dorosa*, dum alimenta vertuntur in liquamen teritum, putrilaginosum, saporis plus minus horridi, atque infestat ructibus nidorosis, piscium vel ovorum corruptotum, aut olei fixi naturam referentibus, vomitu quandoque liquidorum subflavorum aut insipido-dulcium, aut ex amarore dulcescentium, alvòque plus solito aperta. *Syctus* his addit tertiam cruditatem, cum scilicet citius quam decet, chylosis perficitur, ex qua plethora, & habitus Athleticus oritur, quæ tamen rarissime observatur, nec morbida dici potest cum roburnaturæ designet, & solâ diætâ emendari potest.

V.

Causa Interna: Læsa Chylificationis aut est vitium fermenti stomachalis, dum vel deficit ex defectu spirituum, vel impetu eorum ad alias partes, ut in lucubrat. post pastum &c. Vel non est satis volatile, sed acidus à peregrino acore in stomacho corruptum, ut in hypochond. scorbuticis, &c. In quibus dissolvit quidem promptè alimenta, eadem autem non debite fermentat, nec ritè volatilifiat, sed potius in materiam vitiosè acidam transmutat. Vel iners est, & debito acore destitutum, ut in febris, vel bile in stomachum regurgitante vel ciborum longiori mora ac corruptione in stomacho, vel ex assumptis vitiosis, vel læditur, dum Calor Ventriculi destructus est, aut tonus ejus læsus. *Rerium*, & *Helmontium* refundunt causam hujus affectus in spiritum, seu liquorum aliquem acidum à liene Ventriculo communicatum, qui liquor in naturali statu constitutus, concoctionem, seu chylificationem debite peragit, seu si vitietur eandem destruit; non quidem constringendo, vel vellicando (quæ alia adstringentia & vellicantia, seu acra id ipsum præstarent) sed per accidens, inferendo penuriam alimenti per dissolutionem illius, quod ingestum est, argumentò desumptò ab avibus, quæ magno fruentes liene, etiam lapillos in eorum Ventriculo dissolvunt; ob acidum potens, quod à liene Ventriculo eorum accedit, ut testatur *Helmontium* de passere suo, quem domi educavit; unde idem *Helmontium* allegat aphorismum *Flipp. 6. Aph. 1. in longis levariis intestinorum, si ructus acidus superveniat, qui prius non erat, signum bonum*, denotat enim illud fermentum

mentum acidum, quod à morbo fuit deperditum restitui in corpore.

VI.

Causæ Externæ: sunt Alimenta peccantia, vel quantitate, vel qualitate, ut si v. g. sint cruda, salita, infumata, duræ digestionis Vel usu intempestivo, & ordine perverso, juxta illud:

Nempè immarcescunt Epule sine sine potite.

Potus etiam vel nimius, tum fermentum nimis diluendo, tum fluctuationem pariendo, tum stomachi tonum lædendo; vel nimis parcè assumptus, vel qualitate vitiosè peccans, ut v. g. cerevisia novella, vina lenta, mucida, vappida &c. Vigilæ, curæ nimix, lubricationum & Veneris excessus, præcipue post assumptum cibum, exercitia violenta à pastu: alvi & aliorum excrementorum suppressio, fluxus immodicus.

VII.

Signa Diagnostica: juxta Chyloleos seu concoctionis læsæ differentias variant, quæ ibidem explanata sunt.

VIII.

Prognostica: Chylosis vitium quod à causis externis excitatur, facile corrigitur, ablatis illis causis, & idoneâ victus ratione institutâ, in chylosis læsione consistit fundus & fomes quàm plurimum morborum chronicorum, uti etiam cutaneorum. Vitium enim coctionis primæ non corrigitur in reliquis: præcipue autem ex cruditate stomachi acida, omnes ferè morbi derivari possunt, qui vulgò ex viscerum obstructionibus dependent; aliâ ex abolita Ventriculi coctione, quæ omnium pessima est, quia totius corporis nutritio frustratur, oriuntur lienteria, hydrops, atrophia &c. Ex diminuta, quæ etiam sua parit incommoda, oritur colica, Cachexia &c. Ex depravata, quæ etiam multorum malorum causa est, oriuntur obstructiones, febres, scabies &c.

IX.

Indicationes: Sunt impedimenta remove, ac Ventriculum roborare.

I.

Curatio: fit evacuationibus s. per vomitoria, imprimis antimoniâ, s. per secessum purgantia, ex quibus laudantur *pil. aloë. de hier. cum agar. mastich. aloephang. cum scam. acur.* vel infus; *sem. agar. mecho-*

mechoac. cinnam. galang. &c. In vin. absinth. vel nodul. laxat. &c. Vid. Inappetentia.

II.

Roborantibus tum internis tum externis. Inter interna commendantur in causa frigida z z. in ind. condit. clix. prop. esf. absint. v. g. Elix prop. p. p. dr. ij. esf. absinth. ser. y. ol. mac. gut. vj. M. dof. gut. xx. vel xxx. vel spiritus salis armoniaci aromatizatus. dof. gut. xxv. vel spiritus salis dulcis, vel quinta essentia absinthij, vel essentia ambrae, vel melisse in Senibus. Item tart. viir. sal. arm. depur. ejusque flor. fac. aron. sp. mastich. ceraf. nig. rosa solis, nux mosch. sal vol. oleof. pulv. stom. birk. acor. condit. esf. melif. puleg. præcipue in senibus, ui & amb. cum sacch. in forma pulv. bals. san. stomach. Hariman. esf. pan. ex vin. malv. succolata, capib. herb. thee. Ex compositis profunt Vina medicat. v. g. R. Rad. enul. dr. vj. z z. l. z. duar. dr. ij. herb. absinth. ment. crisp. an. mj. sem. anis. unc. ß. cinnam. acut. dr. y. incif. & contuf. includ. Nodul. pro mens. ij. vin. alb. Electuar. R. Conf. fl. anth. unc. ij. z z. condit. unc. y. calam. arom. unc. ij. cort. arant. unc. i. ß. spec. arom. ros. diacinnam an. dr. vj. cubeb. unc. ß. cardam. dr. ij. syr. de cinnam. q. s. M. f. Elect. Mixture. R. Aq. stomach. unc. vj. cinnam. unc. ij. spir. mastich. ser. i. ß. sp. bacc. juniper. calam. arom. an. unc. ß. rot. l. man. christ. dr. ij. M. detur cochlear. Morsell. R. Spec. pro morsul. imper. unc. i. z. z. in ind. condit. cort. cit. nuc. ind. condit. an. unc. ß. cardam. dr. i. ß. cubeb. dr. y. ol. dest. cinnam. gut. v. mac. gut. iv. caryoph. gut. ij. cit. gut. ij. sacch. ebisß. in aq. sasaph. cum cinnam. dest. fol. lib. i. M. f. Morselli. R. Gran. par. adu. dr. ij. aq. cinnam. unc. iv. stent in us. per noct. in col. dissolv. sacch. abisß. unc. ix. add. spec. arom. ros. dr. ij. diarrhod. Abb. dr. i. cardam. min. ser. y. cubeb. dr. ij. condit. cort. arant. cit. an. dr. vj. z z. chin. dr. ij. f. Mors. asperg. sp. ros. in quo amb. gr. vj. dissol. Trageæ hic maxime usuales. v. g. R. Cubeb. dr. y. cardam. z. z. nuc. mosch. an. dr. i. caryoph. dr. ß. cinnam. acut. dr. y. ol. cit. gut. ix. sacch. ros. sab. ad pondus omnium, M. vel R. Coriand. pp. dr. ij. sem. anis. fan. an. dr. i. cinnam. dr. y. cardam. dr. i. cort. cit. dr. i. sacch. ros. tab. unc. i. sin. q. s. M. dictis addi vel substitui possunt spec. arom. ros. diarrhod. abb. diamb. corall. nux mosch. mac. lantzal. galang. cort. arant. pan. bis coct. Hispan. &c. Huc spectat pulvis Ducalis ex z. p. sacch. & i. p. cinnam. omnibus alimentis in perfusus. Item gr. pip. aliquot, seu integra s. contus. jejuno Ventriculo sumpta, vel grana mastichij &c. De his remediis notandum, nimis calida non semper tuta esse, præsertim usum aquarum vitæ, cum

substan-

substantiale humidum consumant, & consequenter calorem Ventriculi magis resolvant, & dissipent.

III.

In Ventriculi diathesi calida conducunt, sint. ros. viol. bellid. pulv. epas. rub. decoct. cir. Myns. juscul. cicchorac. ser. lact. emuls. sem. mel. sp. viir. phisof. cum conf. ros. acetosell. ment. &c.

IV.

Inter externa juvant crust. pan. vin. vel acet. ebria & pulv. caryoph. conperfa, sal in fartag. toft. & in saccul. impos. placenta ex ovo in frixorio assat. ex incis. ment. absinth. & ol. cham. saccul. ex ment. absinth. sem. carv. bacc. juniper. in vin. coct. l. R. Comar. absynth. ment. lavend. an. mj. mast. nuc. mosch. tacamach. an. dr. i. fl. anth. lavend. ros. an. mj. incis. & irrorat. sp. absinth. includ. saccul. qui gestetur in regione stomachi. vel R. Ment. absynth. an. mj. bacc. laur. l. junip. unc. ß. rad. cyper. galang. l. calam. arom. caryoph. cort. cit. cinnam. mac. an. dr. i. includ. saccul. ex find. rub. coq. in vin. rub. ac calidè impon. inunct. ex ol. nuc. mosch. bals. peruv. ol. succin. rectific. dest. ment. caryoph. stomach. Crat. florentin. Zedoar. &c. v. g. R. Ol. nuc. mosch. expr. dr. i. ß. succin. rectific. bals. peruv. an. ser. i. M. illin. regio stomach. applicando desuper linteum calcfactum. l. R. Bals. peruv. ol. nuc. mosch. expr. a dr. ij. caryoph. ser. i. ol. dest. mast. ser. ß. gumm. lad. in ol. absinth. dissol. dr. vj. M. oleum stomachale Cratonis sic fit: R. Ol. absynth. lb. i. summit. absinth. mj. caryophyll. sansali citrin. an. zj. ros. rub. macis an. zß. mastichis zß. vini odorati lbß. coq. ad consumption. vini, ponatur in sole vel loco calido, est expertum. Mira præstat Scutum seu emplastrum stomachicum Myns. empl. de tacam. Schöd. stomachal. Myns. pann. scarlato induct. empl. stomach. Crat. de mastich. vel ex resin. pin. vel stomach. cal. cum dimid. part. lad. v. g. R. cerat. stom. Gal. unc. i. lad. el. unc. ß. malax. cum ol. nuc. mosch. extend. i. super alut. & cum find. rub. interpassat. f. Scut. stom. R. Empl. stom. Crat. unc. i. gumm. tatamach. dr. ij. ol. stom. Crat. q. s. f. Empl. Topica hæc externa, monente Guliel. Fabric. ab Aquapendente, eautè usurpanda, cum Epar. etiam attingant, idque insigniter calefaciant, & lædant.

V.

Dieta: Hic maxime necessaria, aded ut teste Crato, supervacantum sit optimam iis præscribere medicinam, qui bonam victus rationem tenere nesciant. Dieta igitur sit moderata, Cibi bonifucci, facilis coctionis, assa magis quam elixa, & aromat. condit. Non super-

biat

biat varietate, viretur satietas, servetur justum tempus, sumatur pulv. pepis. fugiantur cruda, viscida, acida, salita, fumò indurata, cæteraquæ coctioni rebellia. Potus sit cerevis meracior, vinum merum vel absinth. meliss. rosm. aut lig. salsaph. cinnam. & caryoph. medicat. Vitentur lucubrat. & studia post pastum, exulent Venus, & animi pathemata; alvus servetur aperta, Ventriculus à frigore muniatur, detentione manuum nocturnâ supra eum, pulvinari ex corio & plumis cygni, pellibus catorum sylvestr. pp. vel leporis panno scarlato &c. Plura vid tit. de Inappetentia, & tit. de Dolore Ventriculi.

CAPUT VI.

Singultus.

I.

Nomen: Singultus. der Gluckher, Hetschen, Hehes, oder Schnagleger.

II.

Definitio: Est depravatus, & veluti convulsivus Ventriculi & diaphragmatis subito deorsum contracti motus, ad materiam irritantem cum sonitu elidendam institutus, dependens ex Irritatione, & Vellicatione fibrillarum nervearum superioris orificij Ventriculi. Dixi veluti convulsivus motus, non autem vera convulsio, quia ille fibrillis, hæc verò solis musculis, & parti bus voluntario motu donatis competit, ut Veteres explicant: ego autem pace tantorum virorum dixerim: hanc distinctionem inter motum Convulsivum & Convulsionem, nec in ratione, nec experientia esse fundatam, majus enim & minus non mutant speciem, nec partem affectam, ergò si Convulsio competit partibus voluntario motu donatis, etiam motus convulsivus competet.

III.

Genus: Symptoma motus depravati, & expultricis irritatæ Ventriculi, & Diaphragmatis.

IV.

Subjectum: Est Ventriculus, secundum fibrillas suas nerveas, seu tunicam cum diaphragmate nervoso communem, eique firmiter annexam dem etiam Diaphragma, cum orificium Ventriculi superius, quatenus transit membraneaceum Diaphragmatis circulum, ejus fibris muscularibus nerveis connectitur, irritatum in consensum quoque

trahat

trahat Diaphragma, illi quæ ad motum ejusmodi interpolatum inducat. Ventriculi sensus superius, exquisito gaudet sensu, adeò ut eapropter a goteles sedem mentis in eo collocaverit.

V.

Differentia: Alius idiopathicus, qui à materia & causa procedit, quæ in ipso Ventriculo collecta est; & iste singultus est magis continuus. Alius sympathicus, & quidem præcipue per consensum Cerebri, Jecoris & intestinorum, seu partibus Ventriculo vicinis communicatur, & hic non est ita continuus. Quæres: quomodo singultus differat à vomitu? R. 1^{mo}. totus Ventriculus invertitur, & convellitur in vomitu, ad excutiendam materiam in cavitate ejus contentam: In singultu verò, materia peccans in tunicis, seu fibrillis nerveis infixæ est, undè potius se constringit, & fibrillas illas concutit. R. 2^{do}. hos affectus quandoque concurrere, vel unum alterum præcedere, vel consequi.

VI.

Causa immediata: est Irritatio superioris præcipue orificij Ventriculi, & Diaphragmatis, non durans; sed interrupta.

VII.

Mediata: Flatus Hipp. 6. Aph. 59. Singultus à repletione, & inanitione fit. Vapores vel humores biliosi porracei, acidi, acriores plus minus viscidii, intra rugas Orificij hærentes. Subindè etiam maligni, vermes quoque, pus, grumi sang. vel per consensum, ut in inflammatione hepatis, ex Hipp. enim 5. Aph. 58. ad recti intestini, & uteri inflammationem, purulentosque renes accedit stranguria: Feccore verò inflammatione impascente, supervenit singultus. Item in vulnere capitis, nephrit, hernia graviore, affectu iliaco, Dylient. &c.

VIII.

Causa Externa: Sunt assumpta nimis frigida, calida, acria, corrupta, Venena, purgantia, inedia, Vigilæ, evacuationes immodicæ, & hypercatharles, unde Hipp. 6. Aph. 39. causas immediatas Singultus asserit esse inanitionem, & repletionem; alii addunt tertiam, ut Galenus & Avicenna: nempe irritationem à materia acri: quæ meò judicio æque ad repletionem, seu in quanto seu quali pertinet; sed quaritur: quomodo Inanitiò juxta Hipp. Singultum excitare possit? Ratio dubitandi est: quòd inanitionis essentia consistat in defectu; nemo autem dicet, naturam insurgere ad defectum expellendum, quin potius movebitur ad illum reparandum: R. ut mox dixi, illam inanitionem fieri ab aliqua, licet pauca, sed acri materia. Undè:

M m

Nota!

Nota: Si Singultus contingat ab evacuationibus magnis vel malignis febribus, id vel malignitati, vel medicamento violento, non simpliciter evacuationi adscribendum.

IX.

Signa Diagnostica: per se conspicua sunt, an verò idiopathicus, vel sympathicus sit, cognoscitur, ut diximus de differentiis.

X.

Prognostica: Singultus leve quidem videtur malum, maxime quando procedit à cibo, potu, frigore &c. in hysteriis affectibus timendus non est, quia per se recedit. Sic etiam criticus, quarto die febribus auctus superveniens, est salutaris, aliquando tamen generosa illud remedia. In febribus, tempore crisis, cum reliquis bonis signis, nihil mali denotat. Secus monstrum quid alit, ac præsertim Delirio & Convulsionibus junctus, mortis prodromus est. Hinc etiam Hipp. in Coac. ait: si quis in laboriosa febre in statu perseveranter singuliat, morbo laborat pessimo. *Valesius* ait: se nulum vidisse servatum in extenuatis febre ardente, vel maligna correptis, cui singultus supervenerit, quod etiam testatur *Plater*. Hipp. 7. Aph. 17. ait: propter fecoris inflammationem Singultus superveniens, malum. Item superveniens purgationi, teste eodem. 5. Aph. 4. à purgatione immodica Convulsio aut Singultus superveniens malum. Item Diarrhææ, & præcipue Dysenteriae vel herniæ contumaciori, aut ileo: nam Hipp. 7. Aph. 10. ait: ab ileo Vomitus vel Singultus, vel Convulsio malum. Item 7. Aph. 3. ait: à Vomitu Singultus, & oculorum rubor, malum; præsertim si ad aliquod tempus perseveret: Denotat enim inflammationem Ventric. vel Cerebri: idem dicitur de inflammatione uteri, & hepatis, ut dictum est, dicitur mox, Vomitus singultui salutariter accedit. Item Hipp. 7. Aph. 41. Senibus nimium purgatis, Singultus malus. Item Hipp. 7. Aph. 17. ab hepatis inflammatione Singultus malum. Item, Pro-Rhætic: Aphonia cum singultu pessima, item in Coacis, Delirium lethale, cum anheloso spiritu & singultu. E contra Singultus, quos Vomitiones non solvunt, mali; teste *Acetio*. Velocissimus ad interitum est singultus in affectibus soporosis, animi deliquiis, ac tetanis. In Hernia, Intestino prolapsò repostò, statim cessare solet: pessimus, si oriatur ex superveniente inflammatione, & febre. Singultus sæpè non tantum ad multos dies, sed ad annos durat, teste *Bartholino*.

XI. In-

XL.

Indicationes: Sunt Irritationem, & spasum sistere, causam occasionaiem remove, acrem temperare, viscidam incidere, attenuare, ac Ventriculum roborare.

I.

Curatio: fit agendo Vomitoris, si fit sine febre, atque suspicio mali in stomacho hærentis, seu Idiopathice afficientis. Vel dejectorium, si sympathice afficiat: Curatis enim aliarum partium morbis, etiam Singultus curatur, ut pilul. aloës. f. emanuel. pilul. papal. Urbani: pilul. meæ sine custodia, de ammoniaco Quercet: Sulphurea Schröderi. cum gr. aliquot diagryd. acut. &c. vel Rhabarbarina in materia biliosa. Aliqui pilulus purgantibus miscent. gr. 1. laud. Opiat.

II.

Opiatis pro Irritatione sistenda, ut R. Conf. ros. dr. 1. ther. dr. s. laud. op. gr. 19. l. Bol. Timai contra Singultum & Vomitum expertus. R. Ther. Andr. fr. ij. lig. aloës. s. l. extr. castor. gr. ij. ij. ol. ust. mac. gut. ij. laud. op. gr. 1. M. pilul. de cynogloss. vel similitur. anodyna: vel laud. liquidum. In malignis, jungatur laudan. alexipharmacis, ut similitur. bez. cum ess. anodyn. ther. diafcoed. aq. cinnam. cord. frigida &c.

III.

Appropriatis iisque vel absorbentibus, acres acidasque scorias Ventriculo, & Diaphragmatis fibris impactas, ad motum elasticum sollicitantes: vel humores viscidos attenuantibus, detergentibus, flatūsque discutientibus. Ex prioribus sunt ebur ust. CC. ust. ad dr. 1. cum vin rubro exhibitum, quod in omni singultu ceu expertissimum commendat *Foel*. Alii simul addunt. Corall. rub. p. p. ol. caryoph. cinnam. anisi item ocul. canc. crist. pp. terr. sig. lap. perc. carp. tunic. inter. stomachi Gallin. exsiccat. cum laud. op. v. g. R. Cinnab. mart. fr. 1. corall. rub. p. p. C. C. f. ign. p. p. aa. gr. xv. marg. p. p. gr. x. ther. Celest. gr. xij. ol. castor. caryoph. aa. gutt. ij. M. possunt etiam in febribus exhiberi emuls. addit. præcipit. Ex posterioribus præcipuum est Castor. opiat. maritatum vel extr. Castor. in pilul. I. Mixtur. sequens. R. Aq. mens. unc. ij. cl. x. vit. M. unc. 8. l. spir. ibriac. dr. vij. Conf. alk. dr. 1. laud. op. gr. ij. fr. de ment. unc. 1. M. profunt etiam acet. l. oxyg. squill. cl. x. prop. p. caryoph. in ore detenti Decoct. sem. aneth. in vin. gen. micra pan. tritic. malvas. inebriat. D. coct. Forest. in singultu, mebris

expert. ex sem. anis. anet. caru. porul. papav. alb. &c. Pulv. v. g. ꝑ. Sem. anet. unc. β. Zeduar. lig. aloës nuc. mosch. caryoph. spec. diamb. aa. dr. ʒ. M. dof. scr. ij. cum vin. odorif. Valet etiam mixtura simplex. tinctura bezoari. tinctur. corall. tinctur. anodyna. tinct. castor. spec. diacret. Myns. elix. pp. elix. aperit. Claudiæ: tinctura ros. Cydoniatum; Martialis, maximè verò crocus Mars. adstringens, Cinnabarina merc. dulc. ritè, & rec. pp. tinctura ꝑ. elix. cum essentia ambræ data in Senibus. Tinctura castor. cum tinctura anodyna est excellens. Pulvis Mustani, seu divinum remedium; ꝑ. Pulv. cinnabar. nativ. pp. ꝑ. corall. rub. ebor. s. sulph. pp. aa. gr. xv. margar. pp. ꝑ. castor. gr. vi. mil. f. pulv. subtilissimus. Dof. ꝑ. ego addo laud. opiat. Mins. gr. ij. datur in aqua mentha. vel cinnamom. cydoniata. vel ꝑ. Extr. castor. (castoreum enim est summum remedium) extr. Zeduar. aa. gr. iv. laud. opiat. Myns. gr. ʒ. β. M. f. Pilul. Num. vi. Dof. Num. iij.

IV.

In quovis Singultu, præmissis præmittendis, profunt cucurbitula Ventriculo admota, ventriculi per fasciam constrictio, quò minus dilatari possit, manus ac pedes aqu. calid. immergendo, ligaturas extremorum adhibendo. Spiritus retentio, quia sic Diaphragmatis motus sistitur, & sic Singultus non infestat, multum etiam valent repentina allocutio, terror, clamor, affusio aquæ frigide in faciem. Excitatio sternutationis; nam ex Hipp. 6. Aph. 13. Singultu fatigante, sternutatio superveniens liberat. Collutio faucium ex aq. frig. chyst. frequentiores, assumptum Sem. anis. vel cochl. acer. squill. In affectu contumaci, ad decoctum lignorum, vel ad usum Thermarum confugiendum est.

V.

Inter intrinseca locum habet Catapl. contra Singultum Myns. vel parat. ex ferment. cum sp. vin. campb. & piper. mac. nuc. mosch. &c. vel ꝑ. Ferment. acerr. unc. ij. s. pulv. ment. unc. ʒ. Zeduar. unc. β. sem. cumin. caru. anis. an. dr. ij. acet. ros. q. s. f. Catapl. addunt alii bacc. laur. ros. rub. &c. Alii potum faciunt, ex acet. calido acris, cum castor. pip. sinap. alii imponunt crust. pan. aq. Anhalt. irrorat. Dolens seq. empl. probatum esse, ait: ꝑ. Emplast. de bacc. laur. stom. Crab. an. unc. ʒ. succolac. unc. s. ol. castor. scr. s. M. In Singultu extra nihil efficacius est, quam sulphur accensum, cujus odor seu offluyum, ore cautè receptum, immediatè sistit. Vid. Ephemerid. Dec. 3. Ann. 5. 6. obs. 255. fol. 650.

VI. Dian

VI.

Diatæ: Aër sit temperat. purus, cibus eupeptus, expers omnia acrimoniæ, falsedinis, aciditatis, & flatulentie. Potus sit vin. oligoph. ni quid obstet, merum, ceu nervis inimicum fugiatur, cum Singultus ad Convulsiones ab Hipp. reducatur 6. Aph. 39. ubi ait: Convulsio fit vel à repletionè, vel ab inanitione, uti & Singultus. Vel cerevis. defacata, vel decoct. bord. cum tantillo cinnam. galang. &c.

CAPUT VII.

Nausea, Vomitus, & Vomitus Sanguinis.

I.

Nomen: Vomitus, Vomitio, Das Ubersich brechen. Nota: Nausea & Vomitus tantum secundum magis & minus differunt, uterque tamen est motus Ventriculi, quò rem molestam expellere nititur, ut mox audiemus in differentiis, ubi etiam definitionem Nauseæ proponemus.

II.

Definitio: Est rejectio cum impetu à Ventriculo rei sibi molestæ, per convulsivam pylori contractionem, ac subsequentem morbum totius Ventriculi peristalticum inversum; dependens à causa fibras nerveas Ventriculi vellicante. Hinc Willis & Eszmüller Vomitus dicunt esse convulsionem Pylori, quin & totius Ventriculi.

III.

Genus: Est Symptoma motus Ventriculi depravati.

IV.

Subjectum: Ventriculus quoad fibrillas suas nerveas, in specie autem quoad Pylorum, à quo Vomitus initium suum ducit.

V.

Differentia: Alius est propriè dictus Vomitus, alius levior ejus species, dictus Nausea, der Graußen oder Ekel, quæ nempe inane est Vomendi desiderium, cum præcordiorum anxietate, & tenuis humoris per salivam excretionem, consistens potius in pertinaci clausura & constrictione superioris orificii Ventriculi, respicientis rem ingratam, quàm in ejus laxatione. Item alius Vomitus est naturalis, qui à natura benè operante fit; Alius artificialis v. g. Emetico excita-

tus. Naturalis alius *Spontanæus*, alius *non Spontanæus*, & quidem vel criticus, qui in morbis fit, quò materià morbifica concoctione præparata, salutariter evacuatur, vel tota, vel majori ex parte, undè sequitur morbi solutio, vel diminutio; vel *Symptomaticus*, qui fit à natura irritata vel debilitata, & sine agri alleviatione, sine concocta materia. Alius *periodicus*, qui extra morbosum statum, vel velut naturà afueta fit præcautionis gratià, & certo tempore reperit, ut patet in multis hominibus, qui singulis septimanis vel mensibus vomunt cum euphoria, alius non. Alius *benignus*, qui fit sine pravis symptomatibus, & viribus constantibus; alius *malignus* à veneno vel humore corrupto, vel maligno excitatus. Alius *levior*, qui Vomitorio nonnullis dicitur, alius *vehementior*, Galeno volvolosa subverio dictus. Alius *per essentiam* seu Idiopathicus seu primariò affectò Ventriculò, materià in eo contenta, vel eò inflammato. Alius *per Consensum* seu Sympthiam aliarum partium, ut sæpe fit in Colicà, Nephritide, hysteris &c. Alius *cibalis*, alius *humoralis*, quando vel cibi crudi vel humores, unus vel alter, aut variegati ejiciuntur, vel etiam lumbrici, pus, imò muscæ, ranæ & alia evomuntur, vide *Riverium Cent. 4. Obs. 26.* Alius *Vomitus Sanguinis*, ortus ex aperto vase ad stomachum pertinente, idque vel vitio suppressæ Sanguinis evacuationis, vel lienis, aut pancreatis sanguine ibidem stagnante, & per vas breve aut Pancreatis, in Ventriculum vi sibi viam quaerente, hinc sæpius ante Vomitus Sanguinis percipiuntur pullationes, & præcipuè in dorso, propè latus sinistrum.

Quæres utrum ergo per vas breve Sanguis è liene ad Ventriculum deferatur? R. Hoc plerosque negare. R. 2^{do}. Verum esse, in statu naturali hoc non fieri, sed in statu præternaturali, id omninò negari non potest, testatur experientia, & cadavera hoc affectu sublata, aperta atque inspecta.

VI.

Causa Immediata: Est convulsiva inferioris orificii Ventriculi irritati, superiora versus contractio.

VII.

Causæ Mediatae Internæ sunt plures; & quidem *per essentiam* inflammatio, vel Ulcus Ventriculi, occlusio pylori à tumore vel callo ubi Vomitus diuturni ac continui nullis cedunt remediis. Spirituum animalium fubita & vehemens explosio, humores aut excrementa acria, biliosa, acida, vel pituitosa, seu in eodem hærentia, seu ex duodeno ratione ductûs pancreatici & biliiosi in eundem re-

gurgi-

gurgiantia, cibi itidem corrupti, vermes, pus, sanguis &c. vel alii morbi internorum viscerum: fætidus odor, exercitia violenta, Navigatio in mari, medicamenta præsertim emetica, Venena, alimenta naturæ adversa, ut fungi, caseus, pinguis: excessus in cibo, & potu; philtæ, ut mox dicetur. *Per consensum* fit in tumoribus pancreatis, in principio februm intermitt. ex effervescentia bilis, & succi pancreatici pylorum vicinum irritante, in passione Colicâ, iliaca, Nephriticâ, contusionibus cranii, ac vulneribus cerebri *Hipp. 6. Aph. 50. quibus cerebrum vulneratur, ut febrem, & bilis vomitum supervenire necesse est.* Item in mulieribus tum gravidis, tum mens. suppress. laborantibus.

VIII.

Causæ Dispositiva: Sunt infantes, ob acefcentiam lactis, pueri ob voracitatem, gravidæ, suppressos menses habentes, hypochond. Nephritici &c.

IX.

Causæ Externa: Sunt aër contagiosus, fætidus, cibi copiosi flatulenti, pingues, vel præpostero ordine ingestis, aut in odore, vel sapore vitiosi, fungi, fructus horarii, ingluvies, crapula, potus excessivi, venena, philtæ, medicamenta emetica, incantamenta, motus violenti insveti, navigatio in mari, aspectus vel imaginatio rei turpis & fætidæ, quæ nauseam pariunt. Ira, percussio capitis, ictus, compressio circa epigastrium, suppress. mens. &c. *Causæ Vomitus Sanguinis* sunt eadem, quæ Hæmoptyeos; nempe: quantitas & qualitas Sanguinis &c. Vide ibidem omnia graphicè deducta.

X.

Signa Instantis Vomitus: Sunt nausea, oculorum caligo, vertigo, cardialgia, inferioris labii tremor, os salivâ repletum &c.

XI.

Signa Vomitus Sanguinis: Oculis patent, sed undè procedat, vide titulo de Hæmoptysi, & eadem benè examinentur.

XII.

Prognostica: In genere Vomitus omnis, si non nimius, salutaris est, præsertim, si fiat cum conferentia, seu euphoria; ex *Hipp. enim 1. Aph. 2. in turbationibus alvi, & Vomibus, qui sponte fiunt, si qualia oportet, purgentur, cessant, & facile serunt: si minus, contra*, bonus etiam ex bile flava, & pituita mixtus, nec admodum copiosus, Salutaris etiam qui est à causa externa, vel à mensibus

sibus suppressis in gravidis. Vel spontaneus, in principio morborum, ut pleurit. aut criticus, in declinatione. Hipp. 6. Aph. 15. ait: *longo alicui profusio deiectione, vomitus spontè superveniens, morbum solvit*; item 4. Aph. 17. *Eum qui non febricitat cibi fastidium, morsus oris Ventriculi, vertigo, & oris amaritudo, purgatione indigere per superiora, significat.* Vomitus paucus, & laboriosus in febre acuta malus, denotans materiae pravitate, aut virium imbecillitatem. Malus Vomitus lividus, plùs nimis graveolens, vel humoris fulci, aut obscurè nigricantis; mali item vomitus variegati, porracei, æruginosi, lividi, nigri, fetidi; præsertim in morbis malignis, aut juncti cum singultu, lipothymiâ, motibus convulsivis &c. Ità legere est apud Hipp. lib. 2. præfagiatorem 35. 39. 40. 41. 42. Item 7. Aph. 20. *Vomitus ab ileo malum, imò lethale.* Mali quoque Vomitus Vermium in malignis; it. sinceri, & impermixti in acutis, denotantes humoris cruditatem, & fervorem. Minùs tuti sunt Vomitus, si pro comite habeant Diarrhæam. Vomitus puerperarum maturè sistendi, cum sæpius illas ex insidiis trucidant. Non obstante continuo vomitu, bene tamen ad tempus nutrirî possunt ægri, ob liquida præterlabentia. Hipp. 4. Aph. 22. ait: *morbis quibusvis incipientibus, si atra bilis supernè, vel infernè exierit, lethale.* Excretiones Sanguinis sursum, vel deorsum in exanthematibus, variolis, morbillis &c. lethales. Teste Hipp. 4. Aph. 25. *Sanguis supra emergens, qualiscunque malus*: Item repetit 7. Aph. 37. Vomitus Sang. perseverans & frequenter repetens funestus, conjiciens in periculum vel repentinæ mortis, vel gravium symptomatum, ut animi deliq. suffocationis præcordialis &c. quia vitæ thesaurus, nempe Sanguis perit, & cum illo ipsa Vita. Ob ejus coagulationem vel Hydrops incurabilis, ut testatur Dodonæus, dicens: se neminem ex tali Hydrope servatum, vel vidisse, vel audivisse, teste tot Virorum experientia. Spleneticus tamen vomitus cruentus, quam non cruentus, periodicus, nec nimis, est salubris. Hipp. 5. Aph. 34. ait: *Mulier sanguinem vomenti menstruis erumpentibus sit solutio.* Ex Hipp. 7. Aph. 37. *qui sanguinem vomunt, si sine febre accedat, salutare est, si cum febre, malum.* Curatio verò refrigerandi, & adstringendi vim habentibus, perficitur,

XIII.

Indicationes: Sunt Causam irritantem evacuae, irritationem sistere, ac Ventriculum intùs & extrà roborare,

I. Cura-

I.

Curatio: Fit omitendo V. S. nisi Vomitus sit vehemens, cum febre junctus, & corpus plethoricum, ad præcavendam inflammationem. In gravidis quoque convenit V. S. quâ magis subleventur quam purgatione, maximè secta Vena Salvetellâ; cucurbitula dorso, & umbilico admota profunt. quidem in Vomitu à flatibus & humoribus crudis orto, sed nullatenus profunt in Vomitu à bile, vel calidiâ causis excitato.

II.

In morbi principio, Medicus subindè magis sit Spectator, quam actor; sic Vomitus hypochondriaci, gravidarum &c. soli naturæ subindè, vel saltem ad tempus relinquendi: aliàs in causa humoralî, vel exhibenda Vomitoria, ex viir. ab. pp. Syr. em. afar. tart. emet. v. g. R. Alcès, tart. em. an. gr. ij. ol. mac. q. s. M. f. pil. &c. vel aqua tepida: vel oleum tepens, cum teste Hipp. 1. de flat. vomitus Vomitum curet; vel purgans per alvum: ut pil. pestilent. Russ. de hier. pic. de hier. cum agar. f. s. vel R. Mass. pil. pest. Russ. de hier. an. ser. B. pulv. syr. gr. xv. sal. absynth. gr. ij. bals. peruv. q. s. M. f. pil. vel pilule mee sine custodia: pilul. mee proprietatis, pilul. mee balsamica. Alii simul addunt. laud. opiat. vel pulv. Rhab. & myrob. cit. ex juscul. vel infus. Rhab. myrob. in aq. dest. cich. vel sanguis s. tinctur. Rhab. vel R. Ag. dest. cich. ib. 1. Rhab. el. incif. & in nod. liq. dr. ij. myrob. cit. dr. 1. stent in infus. per 24. hor. dof. unc. iv. 1. R. Rhab. el. dr. ij. tart. crud. ser. 1. inf. in f. q. aq. in col. unc. ij. dissolv. Syr. de cich. c. rhab. unc. 1. rhab. pulv. ser. 1. aq. cinnan. dr. ij. M. in Vomitu pituitoso prodest sp. vin. purg. vid. Hydrops.

III.

Chyteres in omni Vomitu utiles, tum evacuando, tum revelendo, in pauca tamen quantitate injecti, nè colon replendo, fundum Ventriculi irritent: Dissolvi in iis potest hier. pic. Gaem. vel Diaphan. Subindè etiam Colocynth. ad dr. 1. vel ij. incoqui potest, ad fortiter revellendum, & contrarium motum conciliandum.

IV.

In Vomitu hypochondriaco, cum gravativo sinistri hypochond, dolore, præmissis præmittendis, acidulæ erunt sacra anchora, vel Theriaca.

V.

Opiata hic maximè convenient, mixta præsertim adstringentibus, & roborantibus: ex illis in usu sunt ess. op. laud. op. ther. exit.

extr. ther. syr. de papav. laud. liquid. theriac. celest. requies Nicolai, tinctura anodyna.

Nota bene: Ustatissimum & centies expertissimum remedium, in Vomitu. ab antimonio, vel alio medicamento Vomitorio, & quidem in uno momento sistendo, est *pumex*, cujus parum in pollinem redactum, in vino propinatur. Nota 2^{do}. nē quis in mari vomat, sequens est bonum: *℞. Lapid. prunell. salis fusi, sal. gemma aa. ℞. galange, macis, cubeb. aa. ʒj. Mis. f. Pulvis, dof. gr. iv. ad viij. manē. jejunō. stomachō.*

VI.

Ex roborantibus & adstringentibus internis, laudantur *elix. ment. syr. de canell. Myrs. ag. cinnam. cum vin. cyd. in ecēt. cass. lig. mastix*; ad gr. aliquot m. sumpt. item *Sp. mast. vel decoct. Foët* ad quemvis Vomitu præstantissimum. *℞. Caryoph. cras. incis. dr. i. mast. dr. ℞. ros. rub. p. i. coq. cum vin. rub. lib. dimid. in vase clauso ad med. item bals. Peruv. ad gut. 2. vel 3. ex ovo succubi elix. prop. P. ex juscul. sal. absinth. ad ser. i. cum cochl. succ. limon. quod præstans est in Vomitu febrium maligni. vel ℞. Sal absinth. gr. xxv. succ. lim. dr. y. syr. de ment. dr. i. aq. ment. dr. ij. M. pro i. dof. Sicuti etiam sudoriferæ opiatas juncta, ut *diascord. ther. sp. ther. campb. opiat. bezoart. Timai v. g. ℞. Aq. ment. unc. iij. cinnam. dr. vj. diascord. ser. ij. corall. rub. p. p. ebor. f. ign. an. ser. i. syr. ment. unc. ℞. M. Datur etiam in Vomitu *sp. vit. cum malvas. vel Mixtur. ℞. Vin. malv. unc. vi. ol. vitriol. gut. vi. M. ℞. Aq. ment. unc. y. succ. cyd. unc. i. aq. cinnam. dr. vj. sp. vit. gutt. v. ol. cinnam. gut. iij. M. capiat cochl. ʒj. Aq. cinnam. unc. y. succ. lim. unc. ʒv. corall. rub. p. p. dr. ij. sal. absinth. dr. i. ℞. M. Detur cochl. i. vel alterum bis in die; ℞. Sp. sal. armon. tinct. op. an. unc. ℞. ol. mac. gut. vi. M. dentur ter in die 40. gutt. in forma boli, vid. Singult. I. *℞. Theriac. dr. ℞. Conf. alk. ser. i. laud. op. gr. i. l. ij. misil. in forma Elect. ℞. Conf. ros. vet. unc. ij. diacyd. unc. i. condit. cort. cit. unc. ℞. Spec. arom. ros. dr. i. corall. rub. præp. ser. ij. lig. aloës ser. ℞. terr. sig. ser. i. myu. cyd. q. f. M. f. elect. In forma pilul. *℞. Laud. op. gr. iij. extract. lig. aloës, Zeduar. castor. an. gr. iij. cum syr. papav. M. f. pilul. possunt etiam parari ex extr. tormens. calam. arom. terr. Cassech. cum laud. cydon. l. theriac. celest. in forma pulv. *℞. Corall. rub. pp. dr. i. rad. torm. nuc. mosch. an. dr. ij. CC. ust. p. p. dr. i. f. M. dof. dr. ℞. bis in die. cum vin. rub. l. cydon. in Vomitu excitato ab emetico cochl. i. sp. vin. subito prodēt. Impeditur Vomitus post sumptum purgans, collutione. oris******

cum

cum *sp. vin. crust. pan. aff. naribus admota. sumpt. cort. cit. amygd. caryoph. Admovendo gutturi ovum crudum, in Vomitu hypercathartico detur sp. vin. l. pan. vin. intinct. vel ther. recens, cum confect. alk. ag. cinnam. & sp. vit. Applicetur, clyst. ex lact. cum theriac. Ventic. applicetur. empl. de crust. pan. vel theriac. cum succ. ment. &c. præterea laudantur tinctura stomachica præris: tinctura solis, tinct. corall. tinctur. terra catectu. Elix. vitriol. stomachal. Myrs. opobalsamum, spir. nitri, vel salis dulcis, mixtura Sylvii, & Deckeri. *℞. Aq. menth. ʒj. cinnamomi cum vino ʒj. laud. opiat. gr. ij. syr. menth. ʒ℞. mis. Dof. cochlear unum vel duo. sp. sal. armoniac. aromatizata. Nota: Rob. myrobalarior. est expertiss. & meum Secretum. Spir. vin. rectificat. cochl. i. Elix. aperis. Clauderi: elix. pp. cum sp. sal. armoniac. fact. tinctura pp. Myrsich. omnia cydonia, Z. Z. conditum, electuarium Diacori, pulvis stomachal. Birckmann. Quinsæ essentia absinthij. Opiata, bezoartic. Timai. omnia martialia in quacunque forma. Fosus Thee, Caffèe, aqua fontana cum aliquot guttis spir. vitriol. frigide bibita est experta. terra sigillata, bolus armena: Theriaca Venet. diascordium, pilule specifica experte. *℞. Opii thebaici in spir. vin. soluti, & inspissati. ʒj. nucis moschat. pulverisat. ʒj. ol. cinnam. stikat. aa. guss. vij. mis. f. pilul. No. X. Dof. Numero i. post horam iterum, & post horam, iterum unam.***

VII.

Inter extrinseca Vomitum sistentia sunt, inunct. *ex ol. nuc. mosch. expr. ceu basi, additis ol. dest. carv. mac. caryoph. menth. Zeduar. vel ex bals. peruv. ol. stom. Crat. vel florent. cum prædict. ol. destill. subact. v. g. ℞. Ol. menth. absinth. mast. an. dr. i. ℞. nuc. mosch. expr. dr. i. cer. parum f. ung. add. Bals. Peruv. ser. ℞. M. vid. last. Chylif. empl. de carann. malax. cum bals. Peruv. & irrorat. ol. dest. ment. empl. de crust. pan. malax. cum ol. mist. addito etiam ol. dest. ment. nuc. mosch. expr. v. g. ℞. Empl. de crust. pan. de tacamah. an. dr. iij. malax. cum ol. mast. & illin. cum bals. Peruv. gutt. v. ℞. Gumm. tacamah. iadan. an. dr. iij. mastich. dr. i. caryoph. dr. ℞. cer. flav. dr. ij. ℞. ol. dest. mast. gutt. xv. menth. an. ser. ℞. Bals. Peruv. ser. i. sequens præsentissimum est, teste Sorbait. *℞. Pic. unc. ij. ol. cyd. unc. ℞. liq. & f. Dropax. &c. Valet etiam ther. bals. Peruv. subact. inspergendo pulv. mac. caryoph. &c. item crust. pan. tost. madefact. acer. vel vin. gen. aut malv. &c. Succ. menth. vel aq. Anhalt. conspers. pulv. caryoph. mac. cinnam. nuc. mosch. thur. mast. gr. kerm. &c. Ustatum etiam est Cataph. de fer-**

mens. Mynf. vel ꝛ. *Ferment. acerr. unc. iv. pulv. ment. unc. i. Zeduar. dr. vi. nuc. mosch. N. iij. mac. cinnamom. an. dr. j. acet. ros. q. f. M. f. Catapl.* possunt addi l. substitui *maslix. caryoph.* Alii parant catapl. *ex crust. mellis. piperin. vulgo Ebbjellen. trit. & cum vin. Hispan. coct. addit. arom. alii ex carne cyd. acet. decoct. & contus. l. cydon. contus. cum aromas. sal etiam in Sartagine tollus, & infaculo applicatus, Vomitus sicut, vel paratur faccul. in omnibus Vetric. affectibus conveniens, propositus in las. Chylif. sequens Cataplafma est expertum. ꝛ. *Succolad. ʒj. confect. alkerm. ʒij. balsami de Peru ʒj. cinnamomi ʒj. cum vino malvatico f. Cataplafma ante & retrò de regione Vetriculi applicatum. Conveniunt etiam cucurbitulae, frictiones, & ligatura, vel meum Cataplafma expertum ex fermento acri, seu Grylingii. ꝛ. Fermenti fecalini lb. ʒ. pulv. fol. menthae ʒj. pulv. mastich ʒij. cum oleo mastichino, terantur optime, & calidè Vetriculo applicentur.**

VIII.

In Vomitu Sanguinis, seu in Sanguinè Vetriculo per os exclusionè, quæ Vomitus Sanguinis vulgò vocatur, uti supra diximus, in differentibus causis, signis, & prognosticis, illicò convenit *V. S.* parcè, & sæpius instituta, *birud.* ad hæmorrhoid. hinc *adstringentia,* & Sanguinis grumos *resolventia:* v. g. commendantur *succ. plant. portul. urt. maj. syr. de symph. Fernel. aq. plant. vel ursic. cum ol. vitr. acidulata campb. cum aq. plant. vel oxycrat. tinct. ros. corall. croc. mart. adst. lap. hæm. troch. de carab. de terr. sig. mixtur. Forest. ꝛ. Aq. burf. past. portul. plantag. an. unc. ij. acet. ros. dr. iij. troch. de carab. de terr. sig. an. dr. i. ʒ. syr. myrt. dr. vi. M. vel Sy/vii, uti & emuls. elect. julep. &c. vide tit. de Hæmoptysi, ubi & indicationes, & cura graphicè describitur, undè hic crambem repetere superfluum videtur. Profunt etiam *sabell. corall. Tinei.* item *specif. Helvetes. ex alum. & sang. Drac. ad dr. ʒ. l. i.* Si malum vehementis, singulis quatuor horis exhibitum, quod plerumque post 4. vel 5. doses effectum edit, & post mali cessationem continuatur adhuc bis de die; valent etiam *tinctura pap. rhead. tinct. ros. tinct. anodyna: tinctur. antiepileptica Garmanni, tinct. corall. mixtura Sylvii* experta sequens. ꝛ. *Aq. plantag. ʒij. aq. cinnamom. ʒvj. aceti distillat. ʒʒ. Sang. Dracon. gr. xv. laud. opiat. gr. ij. syrapi myribini ʒʒ. m. f. c.* detur cochleatim. Item valet *terra sigillata, bolus armena, corall. rub. pp. lapis maris. syrapius corallor. opiat. ꝛ. Campboræ aq. ʒʒ.* detur in *aq. plantag. ʒvj.* vel ꝛ. *Mumia ʒj. succi equiseti ʒj. aq. plantag. aq. equiseti an. ʒʒ. m. f. Pulvis stypticus Wedelii* probatus in omni-*

omnibus fluxibus Sanguinis. ꝛ. *Pulv. rad. bistorti. torment. ill. sang. Dracon. lap. hæmass. corall. rub. boli armen. pp. tragacansi granor. acet. pulv. bezoar. Senn. aa. ʒj. mact. ʒʒ. M. f. Pulvis. Dos. ʒʒ. vel ʒj.*

IX.

Extrinsecus manus demittantur in *aq. frig.* sic enim omnis Vomitus sedatur. Hypochondria subfrigide foveantur *decoct. plant. portul. &c.* In *oxycrat.* vel toti Vetriculo calidè inducatur *pulvicula ex medull. pan. fecal. coct. in vin. rub. & acet.* Nota: alpergatur cruori excreto *pulvis Sympliceticum.* Pro impedienda recidivâ instituenta purgatio ex *samar. rhab. myrob.* apertio hæmorrhoid. bis in anno utilis, usurpatis etiam *Chalybeatis,* vesperi exhibeantur *adstringentia,* ut *elect. vel sabell.* præsertim dum purgatio inlituitur, nè sequatur vomitus.

X.

Diata: Cibi sint facilis coctionis, saporis grati, & pauca quantitate. Vitentur pingua, dulcia, juscula multa, carnes sint magis asse: in vomitu sang. victus sit refriger. & incraff. ex *bor. d. amygd. oryx. panatell. gelat. extrem. animal. cyd. coct.* interdichò omni vinò; potus sit parcus, detur *decoct. mast. v. g. ꝛ. Mast. el. dr. j. coq. in lib. iv. aq. font. in olla. test. ad ʒ. decoct. ferventi add. flav. cort. cit. cinnam. contract. an. dr. i.* stent cooperta, donec refrigerant. l. *ꝛ. Aq. chalyb. lib. ij. vin. claret. lib. ʒ. cinnam. unc. ʒ. sacch. alb. ʒʒ. unc. iv. f. infus. & col. emuls. amygd. tinct. ros. aq. chalyb. cum syr. cyd. myri. corall. gran. acid. & ʒ. vis.* Somnus utilissimus est. Vitetur motus tum animi tum corporis vehementior; alvus ab adstringentium usu constipata, *Clyst. relaxetur.*



CAPUT VIII.

Ructus, Eructatio, Rugitus, Murmura, Crepitus, Borborygmus, & Inflatio Stomachi.

L.

Nomen: Ructus à ruendo seu eruendo, id est: cum impetu eruendo deductum videtur, das Ueber sich Koppen. Inflatio Vetriculi, Aufblähung des Magens.

II.

Definitio: Ructus est violenta & sonora flatus in Ventriculo stibulantur per superiora eruptio. Rugitus est sonitus ventris, excitatus ab humoribus, vel flatibus, in Ventriculo, & intestinis discurrentibus. Inflatio Ventriculi est ejusdem à flatu, in ejus capacitate concluso distensio, cum ejusdem tumore retinente, ac ad percussionem sonum tympani edente, ructibus frequentibus, & si orificia clausa, cum præcordiorum angustia, & difficili respirazione, præsertim in supino decubitu, quod in Hypochond. frequens.

III.

Genus: Ructus est symptoma facultatis expultricis irritatæ. Inflatio, morbus auctæ magnitudinis.

IV.

Subjectum: Cavitas Ventriculi.

Differentia: Ructus alius est *acidus*, ut in hypochond; alius *indorosus*, ovi corrupti saporem & odorem referens; alius *specificum*, simplicium assumptorum odorem referens, qualis v. g. post esum raphani percipitur; alius *insipidus* sine determinato sapore, alius est *variorum* fatidus, qui pessimæ notæ, & admodum funestus, teste *Gambelcover*.

V.

Causa Interna sunt flatus, oriundi s. ex detonatione sulphuris, & nitri à calore resolvente, seu ex vitiosa fermentatione acidi in materia viscida, & pituitosa.

VI.

Causa Dispositiva: Detentæ in Ventriculo debilitates, dolores colici, hysterici, hypochond. ob abundans acidum fermentativum.

VII.

Causa Externa: Cibi crassi flatulenti, legumina, nimia eorum repletio, potus immoderatus, motus à cibo &c.

Hic Nota: quod licet sint quædam alimenta, aptiora præ aliis producendis flatibus. & idèò vulgò flatulenta dicta, non tamen sequitur: ergò flatus iis inesse, sed potius id evenire, ex hoc vel illo male affecto, non verò ex omni, & quidem sano stomacho; patet id, si duo homines eundem cibum sumant, unus generabit flatus, alter non, idque ob diversitatem fermentorum in stomacho.

Nota 2^{da}: quod alimentis non insint per se flatus, sed ex fermento oriantur, v. g. in musto; mustum enim, si non fermentatur,

retur, non dat flatus, mox verò ac fermentare incipit, flatus erumpunt, qui etiam dolia fortissima diffringunt.

Nota 3^{io}: In farina, vel pane, quomodocunque tractetur, sive affetur, sive coquatur, nullos flatus eructat; quod verò fermentare incipit, etiam flatus erumpunt.

Verum tamen non negandum est: multos esse cibos, qui præ aliis flatibus generandis sunt aptiores v. g. *Raphanus*, *Castanea*, *pisca*, *saba*, *allium*, *capa* &c. iis tamen flatus non insunt, sed quia tales Sale volatili acri abundant, qui acidum stomachi incidunt & alterant, flatus efficiunt; id ipsum faciunt quoque uvæ, vel fructus horarii, legumina &c.

VIII.

Signa Diagnostica: per se patent ex Ructibus.

IX.

Prognostica: ex observatione *Sennertii*, qui supra modum ructant ante cibum, dispositi sunt ad Colicam: qui verò post cibum, ad Tympanitidem; Ructationes acidæ, si diù contineantur, hydropem, & lenteriam minantur; aliàs flatus, si per se oriantur, cruditatem denotant. In malo Hypochond. ordinarius sunt symptomatica. Inflatio Ventriculi, in convalescentibus recidivam denotat, & diù durans, ad tympanit. disponit. Juxtà *Hipp. 6. Aph. 1. Ructus acidus in diuturnis lenteris superveniens, qui prius non fuit, signum bonum. 6. Aph. 33. acidum ructantes, non admodum pleuritici fiunt.*

X.

Indicationes: Sunt causam morbificam evacuare, acidum fermentans temperare, flatusque discutere.

I.

Curatio: fit Evacuantibus ut *pil. mastich. aloës.* &c. vel etiam *Emisorio.*

II.

Clysteribus laxantibus emoll. & hinc carminat. v. g. *Decoct. carmin.* lib. 1. ol. chamom. laur. an. unc. ʒ. cumin. carv. an. dr. ij. Diaphan. unc. 1. mell. antiof. unc. iv. sal. p. 1. M. vel *Herb. calam. rus. puleg. an. mj. fl. cham. mj. sambuc. m. ʒ. fem. antis. carv. an. ʒ. ʒ. bacc. laur. unc. ʒ. summit. anes. m. ʒ. coq. in f. q. aq. font. in col. unc. X. dissolv. vin. malv. unc. iij. el. de bacc. laur. unc. ʒ. bened. lax. unc. 1. ol. anes. rus. an. unc. 1. M. Alii parant ex *Decoct. colocyns.* vel cum *Riverio*, ex ol. nuc. rus. & vin. generos. an. cum unc. ʒ. aq. vis.*

III.

Intrinsicis carminativis ut *ag. stomach.* Zedo. r. *phys. gon. carmin.* cum *man. ch. st. perl. dulcor. essent. carmin.* cum *vinei. mod. spir. carminat.* &c. Decoct. *fl. cham. vulg. vel Rom.* cum modico *f. m. anis. carv.* ex *cerevis. ex obsi. Forest. ol. dest. anis. sen. carv. Zed. crt. arant. sapti.* ex *cham.* v. g. *Ol. dest. anis. ser. j. sen. ser. i. arant. gut. x. j. chamom. gutt. x. cit. gutt. ij. M.* ad parvum vitrum. Dos. gutt. v. ex brod. *Ol. mac. dr. i. succin. ser. i. M.* Dos. gutt. vi. laudatur etiam *ess. c. stor. cort. arant. Vir. absint. Ambr.* quoque in ructu contumaciori optimum remedium in form pulv. cum sacch. *River.* ad ructus acidos commendat. *pp. gr. s. ve. 6.* integra jejune deglutita. Item prodest *hr. de bacc. laur. vel junip. b. f. sulf. anisi.* Item maxime egregium carminativum est præferitum, si cum flatibus conjunctus sit ardor, æstus, & phlogosis *sp. nit. dulcis. cum sp. anis. vel ment. vel eix. vit. Matib. v. g. Ag. ment. senic. an. unc. ij. sp. vin. recti f. l. elix. vit. M. unc. i. spir. nit. opt. ser. i. laud. op. gr. ij. ol. mac. gut. ij. syr. de ment. uic. i. B. M.* est *Sivvi* experimentum cochleatim. Laudatur & *pulv. cort. flav. arant.* *Ol. pulv. cort. fl. arant. ser. iv. mac. ser. B. ol. dest. cit. gutt. v. j. M. f.* Pulv. divid. ad 2. p. æq. Valent quoque *Pilule stomachicæ Morion* Dos. N. iv. vel vj. *quinta essentia absynt. essent. carminativa, tinctura mea stomachica. Electuar. aiacor. tinctur. Propr. Myrs. essent. satyrion. essent. ambre. tinctur. castor. Theriaca Venet. Theriac. Calestis. sp. nitri dulc. sp. nitri. compositi. sp. Diarrion spir. sal. armoniac. aromatisatus. Pulvis carminativus: Ol. Pulv. crystall. pp. cort. aurant. aa. ʒj. macis. semin. anisi. aa. ʒj. castor. ʒj. theriac. celest. gr. v. Mis. Dos. ʒj. ad ʒB. Decoct. camomilla est expertum. Essentia præstans. Ol. Essent. cortic. arant. citri. aa. ʒj. essent. calam. aromatic. ʒB. elix. pp. sine acido ʒj. confict. Alchem. ʒj. filtrata detur. Dos. gutt. xx. Item pulvis incus Leon. nus. CC. ustum, corall. a. oculi 69, Ebur. ust.*

IV.

Extrinsicis: Ut inunctionibus cum *ung. carmin.* additis nonnullis oleis dest. v. g. *Ung. carmin. unc. i. ol. cham. laur. capp. abs. j. b. an. dr. ij. cerat. de cicui. unc. B. M. Ol. laur. dr. ʒj. ung. popul. dr. ij. ol. carv. ser. iv. M. Saccul. ex mil. cumin. aren. anel. b. cum aq. vit. humect. placent ex incis. ment. absin. b. vel ex pulv. sen. an. f. cumin. cum ol. laur. vel cham. & vitell. ov. v. g. Vitell. ov. N. vj. agit. fortiter add. pulv. an. f. sen. cumin. an. dr. i. ol. laur. g. f. M. f. Placent. umbilic. applic. Emplast. de bacc. laur. malax.*

cum

cum *ol. absint. ment. junip. &c.* catapl. ex *mell. & sem. camin.* ferment. ex *spir. vin. aromas. vel decoct. Forest. Ol. Rad. alib. unc. B. ros. rub. fl. chamom. summis. absint. an. ʒj. coq. in aq. font. & chamom. ad lib. i. B. add. in fine. rhen. vin. aq. ros. & acct. parum. litus Stokeri. Ol. laur. ʒB. ol. castor. ʒj. misc. est expertum.*

V.

Dieta: Sit frugalis, abstinentium ab usu leguminum, caulium, casei. rap. raph. castan. vitetur facieras; post pastum in usu sit pulv. digest. v. g. *Ol. Sem. coriand. pp. dr. ij. anis. sen. an. dr. i. nuc. mosch. galang. an. dr. i. Caryoph. ser. i. corall. rub. pp. dr. i. B. spec. arom. ros. dr. ij. sacch. ros. tab. ad pond. omni. mis. f. Trag. plura videt. de Affectione Hypochondriaca, & Obstructione Hepatis.*

CAPUT IX.

Cholera.

I.

Nomen: Cholera, die Brechsucht, Fellistua passio, seu Dysenteria incruenta.

II.

Definitio: est assidua & immoderata humoris potissimum biliosi, pravi, corrupti & acris, per superiora & inferiora excretio; cum Ventris, ac intestinorum dolore plus minus vehementi, inflatione, ac distensione, Cardialgia, siti intensa, pulsu celeri & frequenti, interdum parvo, anxietibus præcordiorum, insignibus animi immimentibus deliquis, partium extremar. frigore, sudore circa front. ac tandem supervenient. sæpe Convulsionibus, aliisque symptomatibus.

III.

Genus: est Symptoma facultatis expultricis violenter irritatæ, seu motus depravatus.

IV.

Subjectum recipiens, sed rursus ejiciens sunt Ventriculus & intestina. Cum ductu Choledochi & pancreatico, in quorum regione est locus Irritationis, & inversionis motus peristaltici. *Subjectum mirrens* sæpius tota M. S. Alii dicunt locum, seu partem irritationis esse finem Intestini duodeni, & principium intestini jejuni, ibi scilicet,

Oo

cet,

cet, ubi duo Ductus Pancreaticus, & Choledochus inferuntur, in quo loco, dum confluunt per hos ductus acres & contrarii humores, & succi, excitatur mox: effervescentia, & acredo salina, corrosiva, seu lixivialis ex iisdem orta, irritat & stimulat intestina, & mox motum convulsivum excitant, & motum peristalticum invertunt, ut susque deque egerantur: hoc patet autopsyia anatomica Cadaverum dissectorum, in quibus hæ partes Sphacelo correptæ conspectæ sunt.

V.

Differentiæ: Alia Cholera *humida*, de qua dictum, & hæc est verè & magis usitata. Alia Cholera *secca*, Spiritus nempe flatuosi per superiora & inferiora excretio, cum Inflatione ventris, strepitu ac dolore laterum, & lumborum, exorta, si ex vitiosa effervescentia acidi, adulti, falsi, cum admixtione alterius humoris, contrarii, uti contingit in ol. tart. cum spir. vin. in aq. injecta calci vivæ, in Creta aceto perfusa &c. si ex continuis detonationibus, & accensionibus sulfuris, & nitri, & hæc secca Cholera est rarior; dein Cholera humida, alia est *legitima*, orta ex humoribus biliosis, aut corruptis; alia *notha* ab esculentis exorta: alia *primigenia*, alia *consecraria*, seu Idiopathica, & Sympatica per se, vel per consensum orta: alia veluti *critica*, alia *sympomatica*; alia *cum*, vel *sine malignitate*.

VI.

Causa immediata est convulsivus Ventriculi & intestinorum motus, depravatus & corruptos humores fursum, & deorsum dejiciens.

VII.

Mediate: humores acres, nunc biliosi alcalini, nunc sæpius acidi, & solitarii, vel bili permixti, ac cum eadem in Intestino Duodeno insigniter effervescentes, & bilem æruginosam Ventriculo extremè hostilem constituentes; vel fermentum aliquod malignum naturæ antimon, vel elleborinæ, quod sub mole minima M. S. inquinat, dissolvit, & fermentativo motu humores colliquefacit, atque conturbat, ac per Ductum Choledochum & Pancreaticum, à sanguine separatos, ad intestina præcipitat.

VIII.

Causæ Dispositivæ Ventriculi imbecillitas, acutus Pylori sensus, ætas Juvenilis, & consistens.

IX. Ex-

IX.

Externa: sunt aër epidemicus, tempus autumnale, imò & mensis Augustus, assumpta facillè fermentescibilia, ac promptè corruptibilia, ut mala persica, cucumer, melon. raph. all. cap. porr. caro stulla, lac, fungi, dulciaria, & mellita omnia, ova piscium, barbi & lucii; imprimis, si hiscè commestis superbibatur aq. frigid. vel cerevis. aut must. item purgantia vel aciora, vel in nimia Dosi, vel subjecto contentis acrioribus prædito propinata, Venena aciora, lac corruptum; fructus crudi commesti, vulgò horraei, seu immaturi, pingua; olera & legumina, Evacuaciones suppress. motus intensè animi, & corporis.

X.

Signa Diagnostica: posita in Definitione.

XI.

Signa Causarum: ex propriis capitibus erui possunt.

XII.

Prognostica: Cholera est malum acutissimum, & periculosissimum, subitam plerumque mortem inferens, facillè etiam degenerat in passionem Iliacam, subinde periodum observat tertianariam; minus periculosa est, si ex assumptis oriatur, quia iis exclusis, affectus plerumque solvitur: quò graviora symptomata, ut Syncope. Convulsiones, extrem. frigus &c. eò periculosior & brevior morbi historia, & mors propinquior; periculosior, exorta à bile æruginosa, & si excernantur loturæ carnis similia, vel livida, aut nigra, aut fatida. Salutis spes est, si Vomitus sedari incipiat, ac faciei color cadaverosus, ac habitus Hippocraticus restituitur: In principio quarundam februm est veluti critica, quæ lypyriis febris adveniunt, teste Hipp. in coacis, & aliò modò, juxta illius mentem solvi non possunt, nisi ingenti bilis eruptione fursum & deorsum factâ, quæ tamen crises rarissimè contingunt, & valdè suspecta esse debent, utpote bonæ, & salutares conditiones non habentes. Sæpius jam convalescere visis, supervenit nihilominus recidiva lethalis.

XIII.

Indicationes: Sunt naturam deficientem in evacuanda causa morbifica adjuvare, acrimoniam ejus temperare, fermentum malignum destruere, irritationem ac humorum & spirituum impetum sistere, vires conservare, ac ventriculorum roborare. Cholera sicca curatur, sicut affectio hypochondriaca.

I.

Curatio : fit cavendo initio ab adstringentibus, nè particula præcipitata visceribus, & glandulis adhuc inharerent, magis stagnent, ut etiam Cathartici, cum omnia magis perturbent, novosque fluctus, & turbas cieant, sed utendo *contemperantibus*, & detergentibus, ut *Clyst. ex decoct. pull.* quod etiam in bona quantitate per os tepide propinandum, digitò desuper in fauces immisissò, & provocato vomitu. *Sydenham* intra 3. vel 4. horas aliquot cyathos *decoct. pull.* tepide exhauriendos propinat; & eodem tempore plures *Cysteres* injici jubet, ut humores acres temperentur, eluantur, & educantur; & hæc diluendi humoris via (dicit *Sydenham*) multò tutius, & expeditius, quàm per evacuantia, vel adstringentia instituitur. Item locum habent, si natura in evacuando per inferiora deficiat, *Clyster. ex lact. vel decoct. emoll. vel brod. carn. cum mell. mercur. sacch. ol. amygd. dulc. butyr. vitell. ov. &c.* vel ex *lact. cum ther. zj. vel zjij.* item per os *ser. lact. tamarind. ser. lact. cum syr. ros. sol. de cub. cum rhab. vel infus. bland. rhab. vel rhab. cum Conf. ros.* In bolo, vel cum *syr. de absint.* In pilul. *rob. myrobal.* : Cocheazim datum, & expertum.

II.

V. S. licet à pluribus hic rejiciatur, ob virium debilitatem, tamen in summa partium internarum inflammatione, unicum est remedium, viribus autem semper aliquantulum restauratis, & cohibito humorum impetu.

III.

Opiatis hic maximè utendum, sed non integra, verùm refracta dosi, & partitis vicibus, ob magnam virium exolutionem: imò si tardè etiam accesserit Medicus, & æger vomitu, & dejectionibus ad plures horas fuerit exhaustus, & graviora immincant symptomata: omissis omnibus aliis ad *laud. op.* ceu sacram anchoram confugiendum, Confinuando illud ad sanitatem usque: sic enim Impetus humorum cohibetur, & natura dantur induciæ, ut eos concoquere, & edomare valeat. Ex opiatu in usu esse possunt *laud. op. ther. s. & campb. diascord. opiat. bezoar. Timet &c.* quæ vel sola, vel melius appropriatis, & adstringentibus maritata usurpanda, v. g. *x. Laud. opiat. gr. ij. syr. corall. dr. ij. aq. cinnam. unc. b. M. x. Syr. cinnam. corall. an. dr. ij. aq. ment. unc. ij. b. Laud. op. gr. xv. M.* Item *theriac. celest. laud. liquid. tinctura anodyna* pro 3. dof. vid. Vomitu. Singult. ubi multa diximus.

IV. Deve.

IV.

Deveniendum ad appropriata, & adstringentia specifica, ut: *Cryst. & Smaragd. pp. Crystallus ad ʒb.* per se, vel aliis mixta, est probatum, & præstans remedium, *Theriac. Smaragd. antim. diaph. C.C. ust. terr. sig. bol. arm. corall. rub. croc. mart. adst. succ. ment. portul. plantag. &c.* Ex Compositis in forma Mixture: *x. Aquæ portulac. unc. ij. cinnam. spir. theriac. an. dr. ij. diascord. dr. iij. antim. d'aph. dr. b. M. vel x. Aq. ment.* (Mentha enim est specificum magnum, juxta illud:

Nunquam fuit lenta stomacho succurrere Mentha.)

Cinnam. cydon. an. unc. ij. ebor. f. ign. pp. mag. corall. rub. an. ser. ij. smaragd. pp. ser. i. syr. corall. unc. i. M. In forma Boli. *x. Theriac. dr. i. terr. sig. ser. i. cryst. p. p. gr. xij. syr. de ment. q. f. M. f. Bol. hauriend. desuper vin. absinth. calid. possent addi gr. ij. l. i. laud. op.* In forma Pulveris. *x. Ebor. f. ign. p. p. l. unisorum ver. cryst. pp. mag. corall. an. dr. i. smaragd. p. p. ser. i. M. f. Pulo. cui & laud. op. addi potest, cujus dosi detur ex aq. ment. & cinnam.* Valet etiam *decoct. plantag. & portulacæ* cum syrupo *cydon;* & confessione de *hyacint. tinctur. corall. tart. bezoartica, mixtura simplicis animon. diaphoretic. lapis. bezoar. lapis de goa, crocus mart. adstring. diascord. campborata, aq. mastichina, allium coctum cum ruha* pro rusticis est expertum. *Spiritus nitri dulcis, spiritus C. C. Trallianus* multos solò *vino calido* salvavit, *Pulvis ex sanguis salicis* est expertus, in *vino rubello.*

In Cholera ex abusu malorum perficorum, vel ovorum barbi, arsenico vel mercurio, vel alio veneno, convenit *opiat. bezoar. Tim.* ex *vin. calid.* item in quavis maligna, *Diaseord.* vel *Ther. smaragd. cum lap. bez. & laud. op.* In Cholera ab hypercartharsi *iber.* cum *vin. generos. l. absinth.* In assumpto veneno, præmittis oleosis, & pinguibus: ut *lact. ol. amygd. d. butyrum recens &c.* similiter alexipharmacis, & absorbentibus.

V.

Etiam extrinsecis sistentibus & roborantibus utendum, ut: *Empl. de crust. pan. malax. cum bals. peruv. & ol. mastich. vel dropax expic. cum ol. cyd.* qui vomitum illud sistit. Item *pan. rost. in vin. adst. vel acer. dif. cum pulv. menth. mast. caryoph. ros. balaus. &c.* Maximè etiam conducit *spir. vin. campb. theriac.* cum pan. I lintheo multiplic, quàm calidè æger ferre potest, regioni Epigastrii admotus.

Oo 3.

Vel

Vel ꝛ. *Tberiac. unc. i. extr. torment. dr. ij. terr. fig. unc. ℞. spir. Vin. camph. q. s.* extend. super alut. vel ꝛ. *Diafcoꝛd. sberiac. rec. an. dr. ij. ol. nuc. mosch. expr. scr. ij. dest. mens. scr. ℞. M.* alia etiam suprà in Vomitu laudata hic profunt, & speciatim *pan. tost. vin. gen. vel spir. vin. camph. humect.* & pulv. arom. conspers. plura externa vid. tit. de Vomitu.

VI.

Dieta: aër sit temperatus: cibis paucus, coctu facilis, & analecticus, ex iulculis acidulatis, *gelatin. contus. consumat. pane vino. gran.* aut *Cyd.* intinct. à potu quantum possibile abstinendum, hinc os saltem colluatur liq. acidulo; bibatur *Emuls. amygd. d.* parat. cum *aq. extimēt. aur. vel decoct. C. C. ust.* vel *decoct. C. C. cum rad. scorz.* vel *syꝛ. corall. tind. ros. vel Julep. ex. aq. cum syr. vel succ. gran.* vel *Cyd.* aut *oxyfucc. aceros. cur.* vel *Vitrum* fumo ex *accenso mast.* replet. *aquâ* repleatur, hinc inde circumagitando, *Trallianus* test: ut mox antè dixi. Multi ex *sola vini portione* (nè quid obfiter) præter spem, mortis periculum effugerunt. Dilui potest *vin. gran.* vel *Cyd.* Quies & somnus optimum cruditatum remedium. Motus animi, & corporis excedentes vitentur. Plura vid. tit. de Diarrhoea, & Vomitu.

CAPIT X.

Dolor Ventriculi, seu Cardialgia, Cardiognus, Cardiaca passio, Dolor Cordis, Ardor, seu Soda Ventriculi.

I.

Nomen: Dolor Ventriculi, germanicè *Magen-Wehe.*

II.

Definitio: est tristis & dolorifica sensatio Ventriculi, dependens à solutione continui, confestim, & violenter facta, & gravia Symptomata inducens.

III.

Genus: est Symptoma sensus tactus depravati.

IV.

Subiectum: est Ventriculus quoad omnes suas partes, maximè autem quoad sensibilissimum ejus orificium superius, seu Nervorum quoddam reticulum, maximè sexti paris, sibi que vicinum cor trahens
in con-

in consensum. Unde *Helmantius* in hac parte cum *Aristotele* posuit sedem Animæ, seu Archæi.

V.

Differentia: Alius Dolor est *continuus*, alius *periodicus*, per intervalla rediens, seu statuto tempore revertens: alius *remissor*, si fundus, & latera ventriculi magis afficiantur, & tunc dicitur Colica ventriculi; alius *intensior*, & magis acutus, ac dicitur Cardialgia, Cardiognus, Cardiaca, morbus cardiacus. *Hertzgespann*, estque Dolor Ventriculi, & præsertim superioris ejus orificii, acerbus, mordicans, & sæpius compressivus, *das Magen-Zucken*, quia circa Scrobiculum Cordis, subinde etiam circa dorsum, & ultimas pectoris Vertebrae percipitur, subinde etiam intrâ scapulas œsophagi ductum sequens; & quidem nunc sine, nunc cum anxietate, & angustia circa præcordia, inquietudine, sudore frigido, lipothymia &c. Si dolor obtusus: dicitur magis Cardiaca: undè *nota:* Cardialgia à Cardiaca distinguitur: imò quod in Cardialgia magis partes Nervæ, in Cardiaca partes Carnosæ afficiantur: 2^{do} quod in Cardialgia sit dolor acutus & acerbus, in Cardiaca dolor obtusus; sed hæc distinctio est tantum secundum magis & minus, quæ non est tanti momenti: Si levior ejus species, & magis vaga, dicitur angustia & anxietas præcordiorum, *so den Kranken angst und bang*; dum ægri conqueuntur de quadam angustia, & inexplicabili molestia circa præcordia, cum inquietudine, uti contingere solet in imminente vomitu, ab assumpto Vomitorio. Item in febb. malign. & instante, vel præsentè paroxysmo febrium intermitt. in hypochondriacis vel hysteriacis. Item Dolor Ventriculi alius est *idiopathicus* seu primigenius, seu essentialis; alius *sympathicus*, seu per consensum aliarum partium; alius *humoralis* ab humoribus; alius *statulentus*: alius est per se, seu *solus*; alius cum aliis morbis *junctus* cum Epilepsia, convulsionibus, deliquis &c.

Quæres: Quomodo Cardialgia differat à Colica? R. imò quod sæpè cum ea confundatur. R. 2^{do} Differre tamen per locum doloris, in Cardialgia enim dolor ut plurimum sursum magis protenditur: in Colica magis deorsum, versus lumbos, & renes descendit. Huc quoque spectat Ardor stomachi s. Soda, *der Sod*; estque ardentis cujusdam doloris sensus in Ventric. & gula, urendo quasi molestant, dependens vel à bile volat. aut sulfuris particulis volatilibus: gulam versus delatis, membranaceas partes ferientibus, & ardorem excitantibus, vel halitibus elevatis, ex vitiosa effervescencia acidæ cum salino oleoso: hinc frequens est iracundis & hypochond. præsertim si assumant mellita, vel saccharata aut aromatica.

VI. *Ca-*

VI.

Causa Immediata Cardialgia, est orificii superioris insignis erosio & irritatio, subsequente contractione convulsivâ.

VII.

Causa mediata Interna: vel morbi Ventriculi, aut essentielles, ut inflammatio, tumor, Vlnus, ulcus &c. aut per Consensum, in Nephritide, vel status in Ventric. vacuò oberrantes, vel inclusi, ex potenti utriusque Orificii structura, uti accidit in hypochondriacis & hysteriacis præsertim, si corripiantur quâdam febre intermittente. Vel particula biliofa acres, alcalinæ, fixiviosæ, aliæque heterogeneæ, fibrillas nerveas divellententes; vel pituita seu lymphæ acido viscida, vel admodum frequenter contenta porracea & æruginosa, gravissimas anxietates & Cardialgias inferentia, ob latens acidum, plus minus austerum, bili junctum, vel salta volat. acria, caustica, maligna, ut in Peste & febribus malignis. Vel tandem etiam vermes, calculi, sanguis concretus in Ventriculo, vel alia ingesta heterogenea, corium, calx, limus, aciculæ, Nuclei, nummi, nodi,

VIII.

Causa Dispositivæ: Juvenes biliofi, pichrocoli, hypochondriaci, hysterica, & quibus acutus orificii sensus.

IX.

Externæ: Cibi pravi nutrimenti, & mox corruptibiles, acres, flatulenti, nimia copiâ assumpti, lac in Ventric. coagulatum, fungi, purgantia, seu alia medicamenta fortiora, Venena corrosiva, aliæque varia deglutita, ut aciculæ, vitri frustula &c. Vini intempestiva ingurgitatio, maror, tristitia &c.

X.

Signa Diagnostica: ex Definitione & Causis desumenda, per propria signa,

XI.

Prognostica: Cardialgia ex se leve malum est, si tamen sit atrocis, & diutius protrahatur, non contemnendum, ob periculosa supervenientia symptomata. Hâc magis periclitantur, qui os Ventriculi admodum sensibile habent, ac sunt raræ & teneræ texture, propter maximum Cordis consensum. Res periculô non caret, si ægri in Cardialgia frigeant, aut lypothymia vel syncope, aut convulsiones super-

superveniunt. In febribus, ait Hipp. 5. aph. 65. circa ventriculum vehementer æstus, & Cardiognos malum. Pessima & desperata est, orta ex inflammatione, ulcere, veneno &c. hinc quæ fit à bile porracea, vel æruginosa, vel vermibus, contumacior, sed minus molesta, orta ex pituita viscida acida. Cardiognus in febre non lethali signifi- catur bilis vomitum. ex Hipp. lib. 3. præfag. 30. Cardialgia orta ex Intemperie habituali status generante, facile transit in Hydropem siccum, unde Hipp. 4. aph. 11. ait; quibus sormina Ventris adsunt, & circa umbilicum cruciatus, ac lumborum dolor, qui neque medicamen- tis, neque per alia remedia solvitur, in siccum Hydropem firmatur: Si Cardialgia laboranti, vesicula, vel tumor in dextro oboritur crure, lethale. Hipp. 7. aph. 22. Cardialgia, quæ fit à vermibus, vel flatibus, ut plurimum minus periculosa, quia causam minus rebellem, & parti minimè infixam habet. Si tamen vermes in Ventriculo contenti, eumque mordentes, gravissima Symptomata excitant, ex quibus ægri repenti intereunt. In Cardialgia extremorum frigiditas, mor- tem proximam præannuntiat.

XII.

Indicationes: Variæ pro varietate causarum: causa nempe morbifica tollenda, irritatio sistenda, dolor placandus, ac Ventriculus roborandus & præservandus, nè malum recidivet.

I.

Curatio fit In affectu per essentialiam, ex contentis humoralibus, excitando Vomitum, si febris absit. Hinc Hipp. 4. aph. 18. dolores, quæ sunt supra præcordia, dummodo purgatione egeant, medicari oportere per superiora: quæ verò infra subsistunt, per inferiora. Verum si febris copuletur, nec infra nec supra purgatio securè locum habet: nè forte ab Erysipelate inductus dolor exasperetur, & mortem inferat. & 4. aph. 17. non febricitanti c. bi fastidium, cordis dolor, vertigo tenebrosa, per superiora purgatione opus esse significant. Purgantia itidem ex usu sunt, præsertim opiatia mixta, cum & ipsa Ventric inimica, & quasi corrosiva, malum possent exasperare: den- tur autem in majori dosi, cum vis eorum à narcoticis infingatur: Veteres exhibent Diaphan., cum phlon, rom. Recentiores v. g. pil. B. Mass. pil. Alcôphang ser. 1. troch. alb. gr. vij. laud. opiat. gr. j. cum f. q. ess. absinth. M. f. Pil. vel R. Resin scammon. gr. xij. merc. d. ser. B. laud. op. gr. 1. vel 1. B. ol. cort. aurant. gut. ij. M. f. Pulv. vel R. Tart. vitr. gr. XV. scam. sulph. gr. Xij. laud. op. gr. ij. ol. dest. carv. ij. M. f. Pulv. Clysmata quoque maximè profunt, præsertim

si oriatur à flatibus, vel effervescencia humorum in Intestino duodeno, ut in paroxyf. febb. intermitt. in paroxyfimo Hyster, hypochond. &c. parantur vel ex brod. & sacch. vel lacte & mel. vel carminat. ut in Inflatione stomachi.

H.

V. S. per se nihil juvat, nisi suspicio sit inflammati Ventriculi, ego dico: etiam in hoc casu Venæ sectionem esse melius omittere, quam admittere; quia materia in cavitate Ventriculi contenta per sanguinis missionem non detrahitur. Hamorrhoidum verò apertio à quibusdam laudatur, interim tamen existant exempla ab Hippocrate, Galeno & aliis, Venæ sectionem in dolore Ventriculi ab inflammatione, multum præstiffesse.

III.

Si à flatibus, conveniunt decoct. cham. ol. ejus dest. sapphirin. eff. ment. abstint. pulv. cors. arant. vin. decoct. sabv. spir. vin. anisat. Mixtura ex sp. nitri dulcis. cum sp. anis. que præstantissima est. Si ardor simul percipiatur vel sp. sal. armoniac. anisat. cum ess. op. vel sal. volas. oleos. vel Mixtur. sequens: R. Ag. ment. fenic. an. unc. ij. elix. vit. M. unc. i. sp. sal. dulc. gust. xx. ol. anis. gut. vj. laud. op. gr. y. syr. de ment. unc. B. M. item R. Ag. chamom. unc. ij. cinnam. cardor. unc. B. elix. ment. dr. ij. ol. dest. cham. gut. vj. laud. op. gr. ij. syr. de cinnam. dr. ij. M. Dos. cochl. ij. iij. R. Ag. physagon. cinnam. an. unc. ij. zeduar. unc. ij. M. datur in ol. amygd. am. rec. expressi cum vin. alb. aut matvat. vel ol. amygd. d. rec. cum sperm. cet. ex juscul. galin. olea distillat a subinde efficacissima observata: ut dest. carv. fectin. &c. item pulv. stomach. Quercet cum potu caphee. Valet etiam oleum macis, tinctura bezoartica, tinct. anodyna; ziberica Venæ, theriacæ caelestis, liq. C. C. succinat. tinct. succini, &c. de byacinth. diamb. diamoschi, lapis bezuar, lap. de Goa, essentia Carminativa Wedelii.

IV.

Si oriatur dolor à contentis biliosis & acris, acidis, æruginosis, aut poraceis, exhibeantur emul. julap. clyst. anod. ol. amygd. d. acidum destruentia, & absorbentia ut pulv. absorb. Wedel. R. Vitriol. mart. gr. vj. conch. p. p. ocul. canc. pp. corall. rub. pp. antim. diaphor. cinnab. antim. an. scr. B. laud. op. gr. i. M. f. pulv. Divid. in 6 part. æq. vel R. Ocul. canc. p. p. corall. rub. unicorn. ver. an. dr. i. antim. boct. Poter. dr. i. B. cinnab. nat. antim. an. scr. B. extr. castor. scr. i. croc. gr. xv. M. f. pulv. Potest etiam admisceri aliquid de laud. op. vel R. Cryst.

R. Cryst. pp. dr. i. corall. rub. p. p. C. C. ust. an. dr. B. laud. op. gr. ij. iij. M. f. pulv. pro aliquot dos. vel R. Specifici stomachici Potery ʒB. conchar pp. cinnab. nativ. pp. an. ʒj. croc. mart. saccharum ʒB. laud. op. gr. i. mis. pro duabus dosibus: vel tinctura castorij mixta cum tinctura anodyna, vel laudano liquido ad x. vel xv. gut. est efficacissima: in bilioso affectu. R. Crystall. pp. ʒj. corall. rub. pp. C. C. usi an. ʒB. laud. opiat. gr. ij. Mis. Divid. in dos. Num. iij. est efficac & specificus, quia crystallus habetur pro summo specifico. Sic in febris quoque possunt exhiberi corall. ocul. ʒs. C. C. ebur. f. ign. lap. bez. laud. op. &c.

V.

Inter Extrinseca locum habent Ventosa, Ventriculo adnotabatur. aq. tepid. vel decoct. herb. emoll. saccul. ex aven. crud. replet. & in sartag. calefact. vel ex milio, furfure & fale decrepito inunct. ex ung. cardiac. Schröder. ol. stom. Cras. dest. cham. mac. carjoph. &c. Emplast. ex tacam. p. ij. cum bals. peruv. p. i. vel ex ladan. tacam. vel carann. v. g. juxta Thonner. R. Ladan. el. gumm. tacamach. an. dr. vj. extend. super alus. profund. & emplast. cerat. de cumin. de ladan. vid. prax. Gaukes saccul. ex st. cham. rom. abstint. major. sem. anis. san. carv. dauc. bacc. junip. contul. &c. Placenta ex ov. frix. cum abstint. ment. & o. cham. Fo. us cum pann. calid. foment. Forcst. f. otus cum lapid. serpentino calido, vel opercul. terre. calido &c.

VI.

In ardore Ventriculi, conveniunt ocul. ʒs. cryst. pp. lac. lun. corall. cret. C. C. nux. mosch. syr. de succ. portul. summit. querc. sitig. crem. zars. quò ardor Vetric. desperatus jam fuit sublat. lap. prun. in aq. st. sambuc. diss. spec. & morsul. Diacres. Myrs. vel seq. R. Spec. diacres. Myrs. dr. vj. ebor. ust. dr. i. ocul. canc. pp. unicornu foss. corall. rub. pp. an. scr. y. nuc. mosch. dr. i. M. f. pulv. vel cum sacch. in aq. portul. sol. f. q. M. f. Morsell. Tragæa seq. etiam utilis: R. Nuc. mosch. pulv. N. i. mag. ocul. canc. matr. perl. succin. p. p. C. C. ust. pp. an. scr. i. sacch. cand. alb. unc. y. fol. aur. N. vj. M. Utilis etiam mucil. sem. cyd. cum cryst. pp. aq. frigid. ante somnum hausta, butyr. rec. manè commest. cum sacch. l. fale; quibusdam usitatum est lateres pulverisatos propinare, qui potenter præcipitant, quamvis in stomacho effervescenciam: siliqua Ceracea commetta est ægregia: Extrinsecus ung. ex ung. pom. cum serv. birç. experium est: præterea in foda adhuc laudantur sequentia: Cremor bordæ Magnesia neri an. ʒj. qd. ʒij. Vesperi in aq. sumpta: vel limonada medica ex aq. fons an. lb. v.

crem. tartar. ʒj. sacchar. finiss. ʒv. cortic. flavor. citri unius pomi est excellens. Pro præservatione multum præstant Acidula, & Therma.

VII.

Dietæ: Aër sit temperatus: Cibi sint facillioris coctionis, boni fucci, & non flatulenti, vitetur jejuniùm, à pastu in usum veniat *trag. stomach.* Pro potu sit *vinum merum*, cum *absinth.* nî quid obset, vel *decoct. sassapar. cum cinnam.* vel *decoct. chin.* addendo in fine *cort. unius cit. rec. & cinnam.* vel *decoct. hord. pass. anis. &c.* Somnus convenit largior. Vitentur motus, & vigilie; alvus respondeat naturæ legi. plura vid. tit. de Inflatione Ventriculi.



CAPUT XI.

Inflammatio & Ulcus Ventriculi.

I.

Nomen: Inflammatio Ventriculi, german. *Entzündung*, oder *Magen-Apofsem.* Ulcus Ventriculi, *Magen-Geschwür.*

Licet Ventriculo, sicut omnibus aliis partibus omnia tumorum genera contingere possint, nos tamen hic tantum de Inflammatione, seu phlegmone, quæ frequenter est, agemus; reliquos tumores ejusdem, cum rarissimè contingant, iique more aliarum partium curari soleant, hic omittimus.

II.

Definitio: Inflammatio Ventriculi est ejusdem à sanguine p. n. in tunicas ejus effuso, stagnante, ac putrescente intumescencia, cum febre ardentissima, plerumque lipyria, dolore vehementi, ac aliquali tumore ad regionem Ventric. nausea, & ingestorum vomitu, sitin-explebili, corporis jactatione, vigilis, subindè etiam deliriis, & motibus convulsivis. Ulcus Ventriculi est ejusdem exulceratio, seu soluta unitas, dependens vel ex abscessu post inflammationem rupto, vel ex materia acri, erodente, seu assumpta, s. ibidem genita, s. aliundè affluente, affligens dolore pungente, ardente, & ulceroso, ad ingestionem præcipuè alimenti calidioris, acrioris vel frigidioris, excretionè puris, s. Saniei, & Sanguinis. s. per Vomitum s. per Alvum s. per utrumque.

III.

Genus: Inflammatio est morbus auctæ magnitudinis, cum intemperie calida. Ulcus, solutæ unitatis, cum diminuta magnitudine.

IV. Sub-

IV.

Subjectum: est Ventriculus.

V.

Differentia: Alia phlegmone propriè dicta: alia *erysipelatosa*, *adematosa*, *scirrhusa*.

VI.

Causa & signa: In Definitione proposita omnia.

VII.

Prognostica: Inflammatio est affectus periculosus, & ut plurimum lethalis, præsertim si totum Ventriculum, aut superiorem ejus partem occupet, nimirum propter Ventriculi essentiam, & dignitatem, ex quibus magna mala, & pericula possunt exoriri; unde *Gal. lib. 10. Method. cap. 5.* hunc affectum vocat malum mortiferum, eò, quod homini alimentum denegeret. Si abscessus aperiat, melius est, ut intrà rumpatur, quàm extra: si intus, evacuari potest, si extra intestina, aut aliam partem, gangrænâ afficiendo ægrum interimere solet.

VIII.

Indicatio: *Ut in aliis Inflammationibus.* Vide: Inflammatio in genere, & de Pleurite.

I.

Curatio: fit administrando quantocumque V. S. eamque parè, sed pluries repetendo; utilis etiam, præsertim in auctis, apertio *hemorrhoid. cucurbit.* etiam scapul. & dorso applicandæ.

II.

Purgatio non convenit, nisi in declinatione; bene tamen *chymata* emoll. & refrig. sæpius injicienda ex *jure pull.* vel *decoct. malv. viol. &c.* cum *r. ss. ol. ros. viol. sacch. & visell. ov.*

III.

Interna contemperantia, & æstum ac fervorem demulcentia exhibenda, ut *emuls. sem. meli. & papav. alb. decoct. hord. cum syr. viol. juscp. ex aq. plant. papav. err. card. ben. cum syr. papav. err. nymph. portul. r. b. berb. &c.* Convenit etiam *nit. ant. monias. antisept.* *Pos. sacch. sar. &c.* omnia nitrata, pap. rhead. & ex hoc parata remedia,

Extrinsicus ungu. ros. infriq. Gal. cum sacch. sat. foment. ex aq. ros. plant. cum sacch. sat. vel decoct. cham. ros.

IV.

In Ulcere Ventriculi conveniunt *Juscul. alterata* herbis refriger. & moderatè adstringent. *hordeat. amygdalat. cum sacch. ros. parat. lac rec. sumptum* cum sacch. & tantillo mellis, tandem *chalybear. fer. lact.* quoque pro absterfione prodest, vel *decoct. hordei hyss. cum mell.* prodest etiam *terebinthina* cum aq. scabiose cocta; etiam si febris adfuerit. *Decoct. Chim.* per 20. aut plures dies sumptum, leviter sudores provocando: Si Tabes metuatur *decoct. in juscul. Gallin. vel Columb.* cum *horde.* & herbis *Vulnerariis* prodest & *bals. Locasell.* in omnibus Ulceribus, & *Vulneribus internis* accommodatus, qui sic componitur: *℞. Cer. Flav. puriss. unc. iv. ol. Hyperic. unc. x. Vin. Hispan. unc. ij. ℞. coq. lent. ign. ad vin. Consumpt. col. per lint. add. terebinth. ven. unc. iij. bals. peruv. unc. ℞. pollin. sans. rub. dr. ij. M. f. Bals.* In diuturniori ulcere prodest potus *aquarum mineral. viar. ferrat. aut aluminosarum;* tandem ad ulceris occlusionem dandi pulv. troch. vel Elect. ex *bol. arm. terr. sig. corall. lap. ham. sang. drac. gum. arab. trag. thur. hypocist. sarcocoll. sacch. ros. &c.*

V.

Diaeta: in Inflammat. Ventriculi vid. Pleurit. In ulcere vitanda arom. acid. falsa, dulcia, spir. vini, quidquid cibi, vel potus ingeritur, sit tepidum; pingua præ cæteris conducunt. Potus in hoc morbo sit *aqua fontana,* in qua *bolus armena,* vel terra sigillata maderit. Plura vid. tit. de Phlegmone in genere, & de Abscessu:

FINIS LIBRI QUARTI.

LIBER QUINTUS,
DE
MORBIS INTESTINORUM,

CAPUT I.

Dolor Colicus.

I.

Nomen: Dolor Colicus, Colica, germ. Grimmen, Darne Gicht.

II.

Definitio: est tristis & dolorifica sensatio intestinorum, & præcipuè Coli (à quo etiam nomen habet, quod est longum & anfractuosum stercorum & flatuum receptaculum) orta ex irritatione & spasmódica fibrillarum corrugatione. Hoc affectu colico primus affectus fuit Cæsar Tiberius.

III.

Genus: est symptoma sensûs tactûs depravatû.

IV.

Subjectum: Sunt intestina, præsertim Colon, præcipuè circa ejus valvulam, & regionem intestini cæci, in latere dextro: Sa pius etiam ex observatione *Baubin. & Guil. Fabric.* in latere sinistro, cum ibi colon sit angustius, adeo: ut ibidem dolor fixus, ab aliis nunc rebus, nunc tamen non sine fallacia adscribatur. Subinde etiam pars affecta est mesenterium, cum plexibus suis nervis, præsertim in colica convulsiva.

V.

Differentia & Causa Interna: alia est *continua,* alia *interposita & subinde periodica,* quæ statuto tempore recurrit, alia *benigna,* alia *maligna & epidemica,* quæ universaliter grassatur, alia *endemica* certis locis vinosis vernacula, alia *levi,* & *accidens* aliis, alia *habituatis & jam radicata,* alia *insistans dolore cerebrans & fixo:* alia

alia *disiudicante* & disrumpente; alia *gravativo* & contudente: alia *rodente*: alia *pulsante*; de his dolorum differentiis vid. caput primum de Dolo in Genere. Item Colica alia dicitur *stercoraria*, orta à facibus induratis, tum ex sui visciditate & crassitie, tum ex acido austero coagulante: alia *fluitans*, exorta à flatibus, qui distendendo partes affectas, intensissimum dolorem efficiunt, alia *nephritica*, seu calculosa, de qua dicemus in signis, quomodo hæc à vera colica distinguatur; alia *humoralis*, orta vel ex pituita vitrea seu acido-viscida plus minus austera, seu materia biliola, nunc in substantiam intestinorum, nunc in membranas eorum vel duplicaturam peritonæi effusa, quæ posterior Antiquis Colica *notha* s. spuria, Recentioribus autem *Convulsiva* dicitur, ac non provenit à contentis intestinorum, sed à convulsione mesenterii, ejusque plexus nervosi, à materia acri biliola vel acida, in plexus mesenterici locaque vicina membranosa deposita, ibique pertinacius hærente. Infestat hæc dolore contorquente, lacerante, lancinante, & abdomen nunc contrahente, nunc in duritiem tendente, nunc fixo, nunc vago, nunc inchoante in dorso, & regione lumbari, ubi annexum mesenterio: hæc vel est *scorbatica*, in qua dolor contumax, mox abdominis, mox artuum dolores excitat, cum alvo pertinaciter clausa, & umbilici introrsum retractione, vel *hysterica*, in qua præter immanem abdominis dolorem contorquentem, simul jungitur faucium contractio, & quasi suffocatio, vel per consensum, in colica *nephritica*, doloribus parturientium, vel post partum &c. Alia est *verminosa*, alia tandem oritur ab ipsis intestinorum affectibus, ut: ulceribus, inflammationibus abscess. glandul. mesent. & pancreatis, qui teste *Barthol.* tormina abdominis contumaciora, licet non semper æquè atrocia pariunt.

VI.

Causa Dispositiva: Sunt biliosis, hypochond. hyst. viscerum intemperie, intestinorum angustia præditi, aut bilis stimulantis defectu laborantes: hinc icterici etiam colica patiuntur tormina, ob contenta intestinorum acida vel viscida, ex defectu bilis.

VII.

Causa externa: Aër nimium calidus vel frigid. vel Epidemicus, aut particulis mercurialibus corrosivis turgidus: hinc colica etiam metallaris frequens, cibi styptici, difficulter digestibiles, flatulenti, & facile corruptibiles, ut legum. pisces, caseus, ostrea, fructus horati, saccharata, pinguis superingesto potu frig. vel acidulo, cerevisia novella,

vel, mustum, vina acida, abdominis & pedum refrigeratio, potus glacialis, venena, purgantia, ira, alvi stypticitas, vita vitiosa, & sedentaria.

VIII.

Signa diagnostica: Per se sunt clara; jungitur dolori colico nunc sensus ardoris, & aestuationis, tum ex impetu & motu sanguinis & spirituum, ratione doloris: tum ex effervescentia bilis cum succo pancreatico acidiore: nunc sensus algoris, ab eodem succo nimis acido vel austero occurrente, bili pauca vel obruta, à materia viscida, Vomitus quoque infestat, qui graviore sunt in colica convulsiva, minus in humorosa, nisi intestina superiora sint affecta, vel ex occasione assumptorum, alvus etiam ut plurimum contracta est. In convulsiva, ex alvo aperta minus commodi percipiunt ægri, quam in humorosa, ut distinguatur à nephritide. Cum nephriticus dolor colicum sæpe mentiatur, probè consideranda sunt antecedentia, ut ægri constitutio, victus ratio, vitæ genus, morbi consueti &c. adjuncta seu essentialiter inahærentia, ut doloris ratio, & supervenientia symptomata: consequentia, ut mutationes in urina vel alvi excrementis; item juvenia & lædentia; in nephrit. dolor in lumbis & rene magis fixus per inguina ad pubem tendens, isque magis gravativus & profundus, cum ardore urinæ, ejusque majori mutatione, ut primò tenuis transcolata, nunc etiam plus suppressa, hinc cum p. n. sedimento appareat: in colica è contra, dolor magis vagus, acutus, tensivus & superficialis, medium sæpe ventrem occupans, qui à pastu statim exasperatur, quod non fit in nephritico, cum urina statim ab initio crassa, alvoque adstrictiori, quæ soluta majus levamen adfert quam in nephritide. Clarè dicam: distinguatur dolor nephriticus à colico, 1^o Ratione symptomatum, excretorum, & eorum, quæ admoventur, symptomatum omnium gravissimum est dolor, hic in colico vagus, in nephritico fixus est. 2^o Colicus ascendit, ob situm coli; Nephriticus descendit, ob ureterum continuitatem 3^o Colicus totum sæpe inferiorem ventrem occupat, Nephriticus exiguum occupat locum. 4^o Colicus epigastricam & umbilicalem, Nephriticus lumbarem magis regionem infestat. 5^o Colicus jejunò Ventrículo minuitur, Nephriticus exasperatur, è contra oppletò ventriculo augetur Colicus, Nephriticus mitescit, quod, nota bene, ita est intelligendum, ut semper vacuato ventriculo & intestinis mitescat colicus, non semper Nephriticus, quia adest Calculus, quin imò in quibusdam Nephriticis doloribus, assumptò cibo mitescit dolor, quia si calculus fixus sit in renibus,

præ pondere deprimitur, & hinc dolor; ingestò autem cibo tument intestina, quæ renes sustentant, & ita dolor mitescit: Sunt & dolores quidam Nephritici, qui augentur assumptò cibo, ut cum Renes inflammatione obsidentur, & dum distensio ventriculi & intestinorum eam inflammationem auget. 6^{to} Dolor Renum est gravis, ob mansionem calculi; Colicus autem lancinans, ob perpetuum intestinorum motum. 7^{no} In dolore nephritico crus è directo stupore torpet, non autem in colico. 8^o Ratione excretorum etiam distinguuntur, quia in colico magis retinentur excrementa, ut nè flatus quidem exire possit; In Nephritico supprimitur, magis, urinæ primum enim tenues mox crassæ excernuntur. 9^{no} Si erumpat flatus aut pituita, seu gelatinosa materia excernatur, mitescit & cessat dolor Colicus: Nephriticus autem non nisi calculi exclusione sedatur. 10^{mo} hæc quæ admoventur & assumuntur, utrumque dolorem distinguunt & detegunt. Colica biliosa subinde epidemicè grassatur, ac invadit juvenes biliosos, ætate præcipuè, cum dolore atrocissimo & intolerabili, intestina nunc fasciæ injectæ insit constringente, nunc eòdem in punctum collectò, eadem quasi terebello perforante, cum alvo pertinaciter clausa, & vomitu materiæ nunc subviridis, nunc flavæ, nunc insolito aliquo colore tinctæ. Colica hysterica biliosa similis, tum doloris acerbitate, quam situ, vomitùque humoris flavi vel viridis, jungitur eidem major animi dejectio, & desperatio, quam in ullo alio morbo, post diem unum vel alterum abit dolor, qui post paucas septimanas revertitur: imò facilimè ex levissima animi commotione recrudescit. Subinde lcterum comitem habet, sed intra paucos dies evanescentem, subinde dolorem nephriticum mentitur, cum tamen malum exasperetur ab enematibus & lithontripicis, subinde calculum vesicæ refert, subinde etiam afficiuntur fauces, coxæ, crura &c.

IX.

Prognosticæ: Colica ex se leve malum est, præsertim humoralis, stercoraria & statulenta; si levior ac remissior, nec diuturna, aut fixa, alvusque non omnino clausa sit. Convulsiva periculosior, præsertim contumax vel non ritè tractata, quæ non raro sit habitualis, & facile in Epilepsiam, passionem iliacam, vel parefin, contracturam, aut arthritidem transit, ut in locis visiosis, v. g. Austria, Franconia, Moravia &c. Si in Colica urgeant vigilæ, dolor capitis, vomitus, singultus, delirium, frigus extremorum, cum ejusmodi sudoribus, mors præ fortibus est; eodem modo dolor colicus, epidemicus, & malignus ut plurimum lethalis, uti & ortus ex inflammatione Intestinorum.

Colica

Colica orta ex acido viscido, contumax est, cum ægrè dissolvatur, quin remaneant particule fermentales, ingesta in sui naturam cogentes. In Colica biliosa succedit frequenter aphonia, vox rauca, quæ per totum serè morbi decursum apparet, ac febribus biliosis quoque familiaris. In Colica pertinaci, si sudor copiosus & universalis superveniat, brevi paralysis expectanda; Dolor colicus diuturnus, qui nunquam mutatur, in lethalem abscessum intestini coli abit, teste Hipp. 7. aph. 22. & *venenis dolore diuturno suppuratio*; Bonum in colica, si excrementa non retineantur, dolor locum mutet, intermittat post fecum aut flatuum emissionem. Dolor Colicus quandoque transit in Abscessum, quandoque in Hydrorem, Parefin, Paralysisin. Colica in Senibus, Gravidis, Puerperis, aut in ægris, ab alio morbo contractis, plerumque mortis periculum infert.

X.

Indicationes: Sunt causam morbificam corrigere, evacuare, iritationem ac sensum dolorosum sistere, motusque convulsivos appropriatis impugnare, & partes affectas roborare.

I.

Cyratio: Colicæ duplex est, in paroxysmo, & extra paroxysmum; in paroxysmo fit *Chysmatibus*, quæ in toto paroxysmo, legitimè applicata, plurimum sunt proficua, malò præsertim hærente in intestinis crassis, vel ubi simul ventriculus gravius affligitur, vomitibusque magis vexatur, ut sint veluti stimulus revulsorius, tam ratione causæ irritantis, quam motus spirituum; injiciuntur pro diversitate causarum, sed semper in minori quantitate, nunc Emollientia, Incidentia, & Evacuantia, v. gr. *Herb. mercurial. malv. pariet. rut. an. mj. fl. cham. melal. aneth. an. m. B. sem. anis. fenic. carv. an. dr. j. rad. alb. unc. B. coq. in f. q. ag. font. in col. unc. x. dissolv. Elect. cathol. dr. vj. diaphan. benedict. laxat. hier. f. an. dr. ij. ol. chamomill. aneth. an. unc. B. vitell. ovor. N. i. sal. gemm. dr. B. M. nunc carminativa, vid. Inflat. stomach. nunc refrigerantia, emoll. & anodyna v. gr. *Re. Lact. vaccin. rec. lib. i. B. sem. carv. mj. coq. ad lib. i. dissolv. sacchar. rub. l. mell. crud. unc. i. B. ol. anet. chamom. lin. an. unc. i. sal. dr. B. M. f. Clyst. Re. Crem. bord. l. decoct. emoll. cum M. i. bord. parat. vel lactis vaccini recent. B. j. diss. sacch. rub. unc. ij. vel Elect. lenitiv. d. acathol. an. dr. vj. ol. chamom. anet. an. unc. j. B. vel lenit. unc. i. cum vitell. ov. & sal. M. f. Clyster. Clysteres ex terebinth. etiam maximè proficui, præ-**

Qq 2

lertina

fertim in Colica nephritica, v. g. *Rad. alb. dr. iij. bord. malv. pariet. melilot. an. ij. sem. un. fenugr. an. dr. ij. seric. dr. i. incif. bull. in f. q. aq. ad consumpt. 3. p. in col. lib. i. dissolv. sacchar. rub. unc. ij. cereb. vitell. ov. sol. a dr. ij. ad vj. ol. viol. chamom. an. unc. i. cum pauco sale. M. f. Clyster. Terebinthina enim balsamica & anodyna est; bonum etiam est Clysteribus addere *salia volatilia*, C. C. *urina*, vel *psam urinam*. v. g. *Urina pueri lib. i. cereb. vit. in vitell. ov. solut. 3i. vel 3iβ. M. f. Clyster.* sequens clyster mihi mira fecit in quacunq; Colica. *Decoct. malv. bus malv. chamom. veronic. lib. i. sacch. thom. unc. ij. terebinth. venet. in vitello ov. solut. dr. ij. B. sal. gemm. dr. i. B. castor. scr. B. M. & reiteretur si opus. vel sequens valde probatur:* *Herb. menth. m. ij. origan. flor. chamom. an. vj. M. & coq. in aq. comm. 3. Flu- jus decocti unc. x. axung. castor. unc. β. vel unc. i. Misce nunc acrius stimulantēs, præsertim in humorosa, alvo pertinacius clausa, vel quando clysteres leviores non sufficiunt, aut post propinata purgantia non sufficienter respondet alvus. Parantur vel ex *decocto coccyur.* in pet. ligat. cum *sacchar. vitell. ov. & sal. comm.* vid. *Apo- plex.* vel *ex jure pisurum*, vel *carnis cum ag. ben.* vel *infus. croc. met- zall.* vel *extract. esul.* vel *styr. emer. A. S. v. g. brod. carnis vel jur. pisur. unc. viij. aq. bened. vel infus. croc. metall. unc. ij. vel iij. vel extract. esul. dr. i. B. vel syr. em. A. S. unc. i. M.* Clysteres enim antimoniales, nullibi magis efficaciore, quàm in Colica. Huc etiam refertur Clyst. paratus *ex sola aq. sunt.* cum manip. dimid. *sal. comm.***

II.

Utendum *evacuantibus per os*, si malum hæreat in intestinis tenuibus, quod eò magis præsumendum, si videamus clysteribus ac- rioribus malum non mitigari. Si verò ob doloris vehementiam & vomituritionem cathartica non operetur, vires ejus intendende, vel detur in forma pilul. ut minus vomitu rejiciatur; vel prius detur anodynum, & paucis horis elapsis catharticum, unde etiam magis conveniunt purgantia, dolore jam mitescente, & vomitibus non adeò amplius urgentibus, neque etiam sint fortiora, præsertim in convulsiva, utpote irritando malum exasperantia, exhibenda igitur v. gr. *Mann.* cum *ol. amygd. d. ex jus. gallin. calido aq. laxat.* nunc sola nunc plus minus acuta, *infus. sem. rhubar. passuli &c.* cum *man- na syr. ros. sol. de cich. cum rhubar. Elect. de tamar. &c.* Nota: Sequens evporiston nunquam faller, etiam in pertinacissima obstru- ctione, ubi omnia alia incassum sunt exhibita: *3. Mann. Elect.*

unc. i. β.

*unc. i. β. vel ij. ol. amygd. dulc. unc. ij. in jusculo gallina pingui cali- dissimè sumptum. vel 3. Ol. amygd. d. rec. express. unc. i. β. mann. el. unc. i. sperm. cet. dr. i. vin. malv. unc. i. syr. papav. alb. dr. ij. M. pro 2. dosibus; est secretum Cratonis, trium Imperatorum Me- dici. In materia crassa, viscida, fortioribus utendum, admixto *laud. op.* ut v. gr. p. l. *coch. vel exxiv. aur. sine quibus*, cum *Pulv. syr. mercur. dulc. laud. op. & aq. absinth. f. q. vel pulv. Cornach. &c.* Sydeham. opiata purgantibus non miscet, sed post purgationem velperi exhibet, nè novæ turbæ ciantur, quod ferè melius. Nota: Purgantia quæcun- que per os, in Colica convulsiva non habent locum, quia irritando malum exasperant; idem dicendum de colica cum inflammatione in- testinorum, quia ex irritatione inflammatio augetur & iliaca patlio excitaretur. Juxta *Celsum*, ab inflammatione, quò plus purgaveris, plus addes; idem etiam observandum est, si maligna sit Colica. *V. mitoria*, cum magna cautela usurpanda, neque necessaria, nisi ven- riculus & supernæ partes intestinorum magnâ repleta sint suburrâ, & cardialgia, nausea, vomitus imminant.*

III.

V. S. Locum non habet, nisi febris urgeat, vel adfit, aut metus fit, nè ex intenso dolore superveniat Inflammatio, aut Icterus. *Sydenham* eam omnium primò administat, exhibitò post 3. vel 4. ho- ras anodynò. *Baglivius* in Colica pertinaci & spasmodica, si adfit sitis, lingua ariditas, calor universalis, irritis aliis remediis, præstan- tiùs haud invenisse ait remedium, quàm *V. S.* in brachio, quâ adhibita sæpius vidit dolores velut in ovo suffocatos, & injecta enemata re- tenta, statim soluta fuisse.

IV.

Opiata hic maximè conveniunt, & inprimis in convulsiva, atque etiam in hac tutiùs, si ægri alvus priùs aperta, denturque mixta ap- propriatis anticolicis. In humorosa magis locum habent, ubi mate- ria tenuior & acrior, quàm viscidior, usus eorum non differendus, donec jam vires collapsæ, sed iis statim utendum, alvò reserata & causâ morbificâ ex parte evacuatâ. Præterea opiata in casu necessita- tis subinde antè purgantia propinanda, ubi nempe tanta est seu ven- triculi debilitas, seu vomituritio, ut nihil retineri possit. Peractâ catharsi, tamdiu repetenda pægorica seu dolore non minuente, mane & vespèri, donec vel cessaverit dolor, vel admodum fuerit mitigatus, hinc etiam, cum dolor hic facillè recideret, omnis revertendi causa anodynò bis quotidie exhibitò, ad dies aliquot præscribenda est,

Q 3

præter-

præsertim verò in Colica hysterica, à spirituum ataxia seu inordinato motu oriunda; profunt prædicta anodyna, quæ subinde sine purgatione & V. S. omnem absolvunt paginam, in formulis seqq. locum habere possunt: *℞. Aq. fl. chamom. unc. iij. syr. de mecon. unc. ℞. l. i. aq. cinnam. dr. ij.* addi etiam potest de laud. op. gr. viij. *℞. Laud. op. gr. iij. extr. castor. gr. vj. vel extract. lign. abies castor. zedoar. an. gr. iij. cum syr. de papav. M. f. Pilul. vel ℞. Laud. op. gr. ij. confect. alker. dr. ℞. l. mithrid. op. confect. alk. compl. an. ser. i. cum sacch. f. Bolus.* Valet quoque *tinctura anodyna, laud. opiat. Myns. pulvis anodyn. sberiac. celest. diacod. Montan. requies Nicol. laud. liquid. compl. vel incompl.* Sequens Haustus est expertus: *℞. Vin. generos. vel malv. ꝑ℞. ag. vise Matthiol. ꝑ℞. ol. amygd. dulc. ꝑ℞. laud. op. gr. ij. vel tinct. opii gutt. vj. camphor. gr. ij. sal. card. bened. ꝑ℞. M. detur.* Vel *Tinctura Castor. ꝑ℞. tinct. opii ꝑ℞. M. dosis gutt. x. plus minus, vel extract. castor. gr. ij. laud. opiat. Mynsicht. gr. i. M. f. Pilul. pro dosi.*

V.

In Colica biliosa, præmissis universalibus evacuationibus, per epispasin, *clyst. lacteis &c.* Præstanteum & præstantissimum remedium sunt *acidule*, vel etiam usus *seri lactis* imò in hac Colica ab omnibus calidioribus, tam in quàm extrinsecis sedulo abstinentium, quæ malum multum exasperare, parestin accelerare, subinde etiam inflammationem excidare valent. In Colica biliosa, *Acidule* summum sunt remedium præsertim calidè potæ, possunt tamen frigidè bibi. Multum etiam in Colica biliosa valet, *Emulsio laxativa Mynsichti. Aqua frigida*, cum quadruplicato limteo toti abdomini applicata, miraculi instar sedat dolores, & tormina ventris, teste *Franchimont Zacusus Lusitanus*, etiam *nivem* applicuit, quod est expertissimum in biliosa colica. Valet etiam *Aqua nitri Regis Ferdinandi*. De Colica quæ in Parestin degenerat, vide titul. de Parâsi.

VI.

Utendum anticolicis appropriatis, aromaticis nempe, carminativis, & acidis absorbentibus, ut *veron. cum myrrh. in vin. decoct. decoct. chamom. ex aq. vel cerevisia* calidè sæpius haustum, quod est instar omnium in omni Colica, item *aqua & oleum ejus carul. f. saphirinum*. Item *ol. amygdal. dulc. rec. expr. ad unc. ij. cum sperm. cet. ex jusculo* vel *vin. malv.* laudatur etiam *decoctum scilar. seu horman.* Item *rad. allii*, hinc multis ex usu *juscul. cum allio &*

oleo

oleo calidè hausto cum *vin. opt. dimidia parte.* *Cort. flav. arant.* quàm maximè anticolici sunt; seu usurpetur eorum pulvis, unâ cum *zed. ocul. canc. succin. sal. lepor. mandib. luc. pisc. &c.* quæ ultima acidum corrigit, s. *essent. & tinct.* eorum *spir. vin. extract.* cum *an. spir. nit. l. ol. destill.* laudatur etiam *vin. decoct. absinth* præsertim in Colica ex febrium reliquiis orta, vel *rad. eleyen* cum *cort. arant.* item *Mithrid. iber. cum pulv. cort. arant. castor. laud. op. & ol. cort. arant.* Egregia etiam est *gentian.* pulv. rustici utuntur ejus *spir. sem. 4. calid. maj. in vino bull.* teste *Helm.* sunt solamen pauperum: hinc etiam utilis ol. eorum *destill.* uti etiam *ol. menth. cort. arant. angel. zedoar.* imò *zedoaria* egregium est carminativum quoad pulv. *ess. Hartm. aq. zed. mixt. cum physagon. & spir. mac.* huc etiam spectant *Essent. carmin. Wedel. aq. vit. juniper. spir. zerebinth. spir. carm. de tribus spir. nitri. dulc. anticolicus dictus, præsertim si conjunctæ vagæ phlogoses & æstus.* Prodest etiam *spir. urinos. fuliginis*, vel *salus armon. Castoreum* quoque in quavis colica proficuum. Veteres illo usi sunt in haustu vini calidi; Recentiores utuntur vel ejus *Tinctura* cum *spir. sal. arm. & ess. op. j.* vel *extract.* ejus cum *laud. op. & ol. cort. arant.* in pilul. anticolicas redacto. *Stercus lupi*, sic etiam *pulvis Intestini lupi vino* propinat. dos. ꝑij. ad ʒj. ab omnibus habetur pro decantato remedio, Speciale præsertim in convulsiva est, *stercus equi avenâ passî*, cujus *succus express.* cum vehiculo debito calidè propinatur. Laudatur etiam *succus sterc. columb. express.* Item *sordes aur. human. Pulv. testic. equi cum sem. anis.* est remedium laudatissimum *Fosseca.* item *pulvis* cum paucis *croc. ex aqua lithor. alb.* est Experiment. *Zurvesfer.* profunt etiam *flor. sulph. ex vin. calid.* Ex his varia parari possunt formulæ: *℞. Bezoard. min. gr. ℞l. croc. gr. v. camphor. gr. ij. laud. op. gr. ij. aq. Card. bened. ꝑ℞. syr. papav. ꝑ℞. M. pro dosi.* Laudatur *spir. fuliginis C. C. sal. arm. succin. Aurum sulmin. ad gr. vj.* item profunt *sterc. decoct. Forest. species symp. dialib. Fern. decoctum Galli veteris vel decoctum Dolaï.* *℞. Vini generos. ꝑ℞. Elix. vit. Matth. unc. ℞. ol. amygd. d. ʒj. laud. op. gr. ij. camphor. gr. iij. sal. carduib. ꝑ℞. croc. gr. vj. spir. sal. arm. arom. ꝑ℞. syr. papav. ʒj. M.* pro una vel duabus dosibus; valet etiam *decoctum. C. F. vel tinctura anodyna seu paregorica Dolaï* extracta, *℞. Spir. rosmar. ʒ℞. spir. lumbricor. ʒj. spir. C. C. ʒj. sal. vol. succin. volat. viper. an. ꝑ℞. M. & digere.* Dosis gutt. xx. bis in die. Valet etiam *opo balsamum verum.* Sequens *pulv. meus anticolicum* in Colica mesenterica est efficax, absorbet acidum, bilem ferventem

serventem mitigat, dolores sedat & vires restaurat. *℞. Pulv. lumbor. scor. est. opt. pp. ʒʒ. C. C. pp. unguil. alciū pp. an. ʒj. crystall. mont. pp. semin. aquileg. an. ʒʒ. lapid. bezoard. or. gr. xv. ambr. gryf. gr. ij. mosch. or. gr. j. ol. nuc. mosch. express. ʒʒ. sacchar. albiss. ʒʒ. M. f. Pulv. dosis ʒj. ad ʒʒ. in aqua flor. rii. desuper bibendo juscalum vel decoctum specificum. Jusculum in declinatione Colicæ. *℞. Rad. chir. elect. sarsaparill. elect. an. ʒʒ. sansal. sib. ʒij. viper. venet. N. i. rasur. ebor. ʒij. incisa dentur pro jusculo.**

VII.

Inter extrinseca laudantur in flatulenta cucurbita magna umbilico affixa; applicatus *Lap. serpentin.* vel *magnes calefact.* tegula aut opercula ollæ calefactæ, linteo involuta. Sacculi ex arena vel avena repleti & calefacti, vel parati ex milio, sale, sem. cumin. fl. cham. samb. bacc. laur. &c. Inunctiones ex *ung. carmin. ol. laur. chamom. dest. cumin. rut. angel. antis. mac. &c.* ex galbanet. *Parac.* ex *ol. dest. succin. cum ol. spic.* ad umbil. *Paracelsus* feliciter usus fuit zibeto umbilico illito, alii subigunt zibet. cum *ol. nuc. mosch.* addito *ol. mac.* alii utuntur *bals. de zibet. Myrs.* vel *apopl. ol. mac.* acuat. ex *Emplastris* hic usitat. *empl. de galban. malax. cum ol. succin.* item *sacham.* vel *carann.* vel *empl. de baccis laur. cum cacam. ol. cham.* & *aneth.* Sequens meum est efficax. *℞. Olei anagallid. ol. rut. ol. laur. an. ʒʒ. coque in his oleis cum ovis placentiam,* & calidam umbilico appone. vel *℞. Chamom. mij. Hyosyam. mij. coque in lacte & applica,* vel *orbes lignei cum lacte calefacti.* & multis oleis imprægnati & applicat. *Balneæ* à quibusdam etiam laudantur, vel *hordæta,* vel *aq. dulc.* vel parat. *ex decoct. marr. origan. calam. rut. flor. cham. melior. summit. aneth. sem. lin. fenugr. bacc. junip. &c.* Verùm hæc pluribus suspecta sunt, tum quia non solent prodesse nisi absit febris, cruditas in primis visis, nullaque pars principalis debilis sit, quod in Colicæ rarum: tum quia in biliosis viscera magis calefaciunt, & dolorem augent, tum quia carnem musculosam flaccidam, effoeminatam, & ad deteriorem metastasin recipiendam disponunt. Interim si omnia fuerint frustra tentata, & dolor non cessaverit, nihil obstat, quin agrum balneo insidere permittamus, & metastasin studio concitemus, ut morbus gravior per mitiorem curetur, & ex duobus malis minus eligatur, maximè cum semicupio dolor colicus ferè semper mitescat. Ultimò huc spectat, *ligatura ventris arctior* cum faciens mit einer Hand quell. *Cura prophylactica* seu preservatoria colicæ, seu extrà paroxysmum: causæ morbificæ tollendæ, laxantibus, vom-

vomitoriis, Sang. missione, postea absorbentibus, in regno animali, vegetabili & minerali, *sero lactis, acidulis, rhermis, succo betule &c.*

VIII.

Dietæ: aer sit purus, tenuis, omne frigus in Colicæ fugiatur, præsertim Ventris & pedum; Cibus evchymus & coctu facilis. Videntur flatulenta, fælsa, acida, dulcia, fructus horæi. Viterur frigus ventriculi & pedum; hinc calidus fatus, & potus, optime profunt. pro potu detur *decoctum chin.* cum *pass.* vel *chin. sarsapar. cin. &c.* vel *decoctum C. F.* bibatur prohibui, quò plus, eò melius. In causa frigida *vin. absint.* vel aliud mediocre, ut *neccarin. rben. mosell.* In biliosa nocent omnia vina. Motus & quietis servetur æquilibrium, imò in Colicæ biliosa pertinaci, teste *Sydenham,* maximè prodest *exercitium equo vel curru factum.* Somnus vigilas superet, animus sit tranquillus, alvus servetur laxa, *clyster.* vel *vin. passulæ. &c.* post passum in usum veniat *Trag. stomachalis.*

CAPUT II.

Passio Iliaca.

I.

Nomen: Passio Iliaca, Ileos, ab intestino Ileo, Volvulus, quasi intestina volvuntur, convolvantur & circumgirentur. Chordapsus etiam dicitur, quod Intestina manum admoventi, chordæ quasi tenæ & convolutæ speciem representent. Miserere mei vocatur à Barbaris, quod miserabile sit malum, & ut plurimum lethale, atque adeo miseratione divina opus habeat. Distinguitur hic affectus à Colicæ, intestini utriusque situ, ut mox dicetur. Germanicè *das Darmwinden,* oder *Berwicksten.*

II.

Definitio: Est motus intestinorum peristalticus inversus, seu gravis intestinorum convulsio, ac præcipuè Ilei & Cæci, affligens crudelissimo dolore ventris, præcipuè supra umbilicum, perfectè stercoreum & flatuum cohibitione (nisi quandoque aliquid excernatur in principio, de fecibus infra intestinum affectum subsistentibus;) anò introrsum retractâ, nausea, singultu, vomitibus chylosis, pituitosis, biliosis, tandemque etiam stercoreis; subinde etiam febre, û plurimè

mùm lypiria, & extremorum frigore, difficultate spirandi, urinæ sup-
pressionē, anxietate magna, lipothymia, sui perpetua, sudoribus frigi-
dis, imminentibus convulsionibus &c. Nota: sicut omnis motus
naturalis intestinorum est, quò Chylus & fæces ad inferiora propel-
luntur, & peristalticus dicitur: sic iste motus verè inversus fit, dum
à causis mox dictis, ad superiora, seu Ventriculum, & non ad Alvum
pelluntur fæces & excrementa, unde quòd Vomitus est in ventricu-
lo, hoc est Ileus in intestinis.

III.

Genus: est symptoma expultricis intestinorum irritata, motus-
que eorum depravati.

IV.

Subiectum: sunt Intestina, ac sæpiùs finis Ilei & principium Coli,
non exclusò etiam cæcò, ex observ. *Bartholin.* Ileum enim est omnium
intestinorum longissimum, viginti palmos adæquans, (palmus vulgò
facit quatuor Zoll seu quatuor digitos in latitudine.)

V.

Differentia: Alia est *exquisita*, in qua totalis fæcum retentio:
alia non *exquisita*: alia *vehemens*, alia *levior*, alia *periodica*, ter-
tio quovis die recurrens, ex observ. *Forest.* alia *essentialis*, seu ldiop-
athica, materià in intestinis contentà, alia *symptomatica*, seu per
consensum aliarum partium, alia *ex hernia*, alia *ex convulsione in-*
testinorum, alia *ex adstrictione Ilei* ad instar farciminis luancici, vul-
gò *Bratwurst*, alia *ex descensu intestini* unius in cavitatem alterius,

VI.

Causa immediata: est Intestinorum spasmodica irritatio, motus-
que intestinorum peristalticus inversus, quò mediante non solum
omnia sursum inclinant, sed & illis per inferiora via præcluditur.

VII.

Cause mediate: sunt intestina, vel retentis indurantis infarcta,
vel inflammata aut gangrænata, vel quò frequenter accidit, mutuo
ingressa, aut coarctata, aut ulcerata, vel quò in eodem sæpè contingit,
hernia transcolata vel convulsa.

VIII.

Dispositio: sunt ætas pueril, conformatio vitiosa, coli valvula,
alvi conspitiatio, fæces indurata.

IX.

Externæ: depravata victus ratio, ut esus pyrorum crudorum,
teste *Forest.* Cydoniorum teste *Zacut.* Brassicæ, teste *Roslin.* casei,
teste *Helwig.* fructuum horariorum immaturorum, spirarum, faba-
rum, pisor, mespil. castan. venena. purgantia, vulnera, & herniæ in-
testinor. refrigeratio ventris, anni tempus. *Hipp.* 7. *aph.* 22. potus
frigidus, hæmorrhoides, menses, lochia suppressa, ira, tumores, lum-
brici, abscessus.

X.

Signa diagnostica: in desin. expressa. *Gal.* 7. *aph.* 20. asserit,
proprium & inseparabile hujus morbi signum esse, nihil per inferiora
descendere; *Hippocrates* tamen *Epid. sect. 2. text. 7.* dicit: aliquas
dejectiones tenues & crudas fieri: Hæc contradictio facillè combinari
posset, dicendo: à principio hujus morbi fieri posse, ut aliqua ex-
crementa per inferiora pellantur, cum intestina nondum plene sunt
affecta, in morbo autem confirmato, & factò jam prorsus inversò
motu, nihil amplius per inferiora emittitur. Signa autem causarum,
ex propriis capitibus eruenda sunt,

XI.

Prognostica: Ileos omnis est periculofus, est affectus peracutus;
cui stercoris vomitus primò chylosus & mali odoris, biliosus vel pi-
uitosus, postmodum sæculentus aut niger supervenit; ù plurimum
exitialis est, & à quo pauci convalescunt; si tamen ex hernia super-
veniat vomitus, non ad eò desperatus est, quàm ex aliis causis; or-
tus igitur ex hernia, vel fæcibus induratis, nunc plus, nunc minus
periculofus est. Arabes quatuor gradus Ilei constituerunt; 1. Perico-
losissimus est, quando stercus vomitu rejicitur. 2. Si sudor ex toto
sit foetidus. 3. Cùm spiritus, qui respiratione emittitur, est foetidus,
& Cùm per alvum crepitus foetidus exit. In Ileo ex inflammatione
& gangræna, res desperata est. Qui ex mutuo intestinorum ingres-
su oritur, curabilis est, si ingressus fiat per ascensum, non autem si
per descensum; ex usu opiatorum, succedens quies atque somnus,
& doloris remissio, spem salutis promittit: secus, res desperata est.
In Ileo dolor acutissimus, subito sine causa manifesta deficiens, gan-
græna signum. *Hipp.* 7. *aph.* 10. ab Ileo, vomitus, vel singultus,
aut convulsio, aut desipientia, malum. & 6. *aph.* 44. quibus ex
stranguria volvulus supervenit, intra 7. dies pereunt, nisi sebre
superveniente, urina satis fluat. Sudor vel ructus, aut crepitus

ventris multum fetidi, ex observ. *Foresti*, malum. Sudor frigidus, mortis prodromus est. Mortis etiam imminenti signum aliquibus dicitur, superveniens furditas, est enim signum extincti caloris. Si symptomata remittant, & medicamenta, vel alimenta, ore assumpta, per inferiora descendant, salus expectanda est. Quandoque in Ileolithali, ante mortem alvi excretio supervenit, quæ tamen potius malum, quam bonum signum, resolutæ scilicet facultatis animalis; hinc jungitur ut plurimum ludor frigidus, intestinorum indolentia, cum pulsu debili. *Hipp. in coac.* inquit: si obsurdescant biliosi, & obtumescant, in iis emortui caloris est signum. Nota: hoc morbo extinctus est *Herodes*, unde verissimum est: Ileosorum mortem esse crudelem & obsecnam.

XII.

Indicationes: sunt irritationem intestinorum sistere, dolorem urgentem mitigare, excretionem contentorum naturalem promovere, causas remorantes tollere, & inflammationi, si adest, occurrere.

L

Curatio: fit *Chysmat.* in quorum legitimo usu potissima consistit spes, sunt tamen emollientes, hinc etiam fortius stimulant. Primi generis parantur ex decocto *malv. alb. viol. cham. mel. sem. lin. fenugr. &c.* vid. *Dol. Colicus.* vel ex *ol. comm. solo*, vel simul cum 3 partib. *butyr.* vel *ol. lit. alb. amygd. d.* vel ex decoct. *intestin. & oment. vervec.* cum *butyr. & sale gemm. & Tinctur. Castor. adgust. xx.* vel simul stimulant, ex decoct. *colocynth.* in petia ligat. vel decoct. *emoll. lib. B. Elect. diacathol. unc. i. Elect. hier. pier. Gal. unc. B. Syrup. emet. unc. i. M.* vel cum *Rulando*: *R. Ol. sem. lin. unc. vj. troch. alb. dr. i. B. bull. parum,* vel *R. Ol. rapar. unc. v. lin. unc. iij. diacolocynth. Quercet. dr. vj. M.* si oriatur ex inflamm. intestin. convenit *Clyster* ex *crem. bord. vel lact. unc. i. mucilag. sem. psyll. & dr. i. nitr. pp.* si ex hernia, *R. Decoct. carmin. unc. viij. ol. cham. amygd. d. aunc. i. B. laur. unc. i. mell. anthos. unc. i. B. Elect. diacath. dr. vi. M.*

II.

Purgantia in Ileo, s. leviter stimulantia, multo minus fortiora per os exhibita, non conveniunt; cum semper evadant vomitoria, malum exasperantia, nisi ubi jam sedata omnis irritatio, & motus inversus restitutus, ibi enim necessaria, cum æger securus non sit, nisi sequatur alvi profluvium, aut sponte, aut arte procuratum. *Quæ-*

res:

res: utrum *acida* conveniant Iliacis, quia adversantur intestinis? *Acida* cum grano salis sunt accipienda, grata enim aciditas, quæ citrà morsum agit, non facit dolere Intestina, sed potius gaudere, uti sunt poma granata, acido-dulcia. *Cremor tartari*, cum habeat insignem aciditatem, non adeo tutus est, nisi modicè usurpatus.

III.

V. S. non convenit, nisi in inflammatione intestinorum.

IV.

Per os exhibenda, *juscula gall. decoct. cham. cum ol. amygd. d. succ. decoct. rap.* vel decoct. earum tam crud. quam prius affatar. *succo pom. borsdorf. purradorum*; item pro compescendo veniri, *sal absinth.* cum *succ. lim. aqu. menth. sberiacalis &c.* vel *Potio Ettmülleri* experta. *R. Aq. menth. unc. ij. sal. absinth. dr. B. sber. sberiac. simpl. dr. i. B. Syrup. de spin. cerv. unc. i. M.* detur sæpius, vel *R. Saponis Veneri dr. iij.* plus minus detur in sero lact. vel detur *Theriac. scr. j.* in haustu. *Vini generosi*, dummodo absit inflammatio.

V.

Opiata hoc in morbo irritationem quidem sistunt, sed alvi excretionem impediunt, unde quod magis urget considerandum, & præratione hujus, hæc vel illa anteponenda. Exhibeantur autem viribus adhuc robustis existentibus, & præsertim, si ob continuum vomitum, reliqua omnia sint irrita; in Inflamm. intest. iis abstinendum, cum ad Gangranam magis disponant.

VI.

In pertinaci alvi clausura, prioribus non sufficientibus, exhibent nonnulli *gubulos scolopetorum* deglutandos, si sunt majores N. iij, si parvi N. xij, sed præmissio prius usu *ol. amygd. d.* Alij *mercur. viv. purgat. ad unc. 2. 3.* applicando simul extrinsecus *fomenta*, vel *balnea*, vel ægrum movendo ac agitando in curru, exhibendo etiam post ejus fluxum *ol. amygd. cum ol. destill. anis.* Alij *Acidulas* in quantitate haustus commendant, licet primis vicibus per vomitum rejiciantur. Notandum tamen: *Mercurium* & similia locum tantum habere, si malum oriatur à fecibus remorantibus, vel ab ascensu intestini inferioris in superior. Secus, si oriatur ab inflammatione. Veteres in hoc casu, quod intestina à copioso stercore fuere repleta, unà cum præsentia flatuum, applicato folle, ventum copiosum in intestina injecerunt, ut eadem distenta, à scybalis fecederent; injiciendo postmodum

Rr 3

dum

dum *Cyst. emoll. cum trochif. alband.*, quod etiam locum habet, si intestina superiora ingressum fecerint in inferiora.

VII.

Extrinfecus conveniunt *balnea emollient. ex aq. ol. lact. &c.* in-
 unction. abdom. ex *ung. dialyb. cum pinced. sax. ol. dest. cham.*
 & *ol. laur. galban. Par. cum ung. de arshan. & ol. chamom.* ap-
 plicando desuper lintea calefacta. *stercus vaccin. rec.* abdomini im-
 positum quoque prodest, item *omentum vervecin. rec.* exempt. vel
 in *aqu. fervent.* calefac. item foment. ex *fil. linament.* *Stränge*
Saen. in lacte decoctis. *Castulus viv.* abdomin. impositus, *exuvie*
ferpent. in *ol. ros. coctæ & illitæ.* Sunt aliqui, qui intestinum per
 anum folle inflant, ut eò facilius faeces descendant, sed hi plus no-
 cent, quam profunt, quia induratae faeces, folle moveri non possunt,
 & etiam inflammatio accersiri solet, vel per frigus, per follem im-
 missum, faeces magis indurescerent. *Arcanum meum* saepius proba-
 tum: *x. Consect. Hamech, ʒ ss. ung. popul. ʒ ss.* misc. exactè, & im-
 pone chartæ caruleæ magnitudine soleæ pedis, prius fricando solem
 pedis utriusque pannis lineis, ut bene incalcescat, & postea impone
 calidè, & desuper impone calida lintea. *Barbette*, in extremo casu
 suadet Abdomen aperire, & Intestinorum situm manuali applicatione
 corrigere: sed hic labor hoc opus est; & revera hominibus ita vi-
 ventibus mori beatum est, Medico autem, alicui homini mortem in-
 ferre, nefas ducitur.

VIII.

Diata: In hoc affectu sit tenuissima, sumendo bis vel ter de die
 aliquot cochl. *jussul.* vel *panasell.* imò satius est in
 principio 24. horis ab omni cibo abstinere, potus quidem facilius
 transit, sit tamen paucus, nec ullo modo frigid. sed omnia calida as-
 sumenda, ex *decocto hord. & liquoris.* Convalescentes etiam tanquam
 puerperæ tractandi, ut neque in victu peccent, vitando frigida, cru-
 da, flatulenta, salsa, pinguis, &c. nec frigido aëri se exponant; cor-
 di alia etiam in usu sint, ob virium debilitatem, & juncta animi de-
 liquia, infectis à fetore spiritibus.

CAPUT

CAPUT III.

Inflammatio Intestinorum.

I.

Nomen: Inflammatio Intestinorum, german. *Entzündung der Gedärm.*

II.

Definitio cause, & signa: Est eorundem à Sanguine in iis stagnante
 ac putrescente intumescencia, sequens quandoque pertinacem, & quasi
 iliacam alvi obstructionem, vel herniam, vel dysenteriam immediatè
 & præmature suppressam, vel externam læsionem, ut contus. vul-
 ner. &c. affligens dolore acuto, indicibili, fixo, distendente, subinde
 plus minus pulsatorio, tumore rotundo ac renitente, ut intestina chorde
 instar convoluta deprehendantur: hinc etiam affectus Chordapsus
 dicitur; ut dixi de Cardialgia & Iliaca passione, febre typhica, alvo
 arctissime oclusa, & intorsum retracta, inflatione ventris, respira-
 tione difficili, urinæ suppressione, vomitibus assiduis.

III.

Genus & Subjectum: est morbus auctæ magnitudinis, cum in-
 temperie calida in intestinis, seu dyscrasia calida.

IV.

Differentia: Alia in intestinis *seniibus*, de qua dictum superius,
 titulo de Inflammatione in genere. Alia in *crossis*, in qua vo-
 mitus non ita continuè durat, dolor non ita acutus, hypochondria
 magis affligens; lumborum quoque adest gravitas, nec tanta stoma-
 chi distensio, spiritus angustia, ac tormina in partibus superioribus;
 Alia *per se*, seu ab intestinis orta. Alia *ab aliis partibus* & morbis
 v.g. Herniis &c.

V.

Prognostica: Affectus hic est malum periculosum, brevissimè du-
 rans, & non rarò intra bidden cursum absolvens, subinde eam Gan-
 græna sequitur, cognoscibilis, ex subito cessante omni dolore; saepius
 sine Gangræna in Ileum lethalem terminatur.

VI.

Indicationes: Ut in aliis Inflammationibus in genere.

VII.

Curatio: Fit tractando hunc affectum leniter, ne iritentur crabraones. *V. S.* quàm primum administranda, sanguisque iteratis vicibus, tum ex brachio, tum ex pede, mittendus, *cucurb. scarific. applicandæ, clyst. emoll. & refriger. anjciendi, ex oxycrat. crem. bord. lact. vel decoct. bord. cum mell. ros. sacch. mir. depur. ad dr. i. ij. vel ex lact. cum succ. plantag. vel succ. aut decoct. cano. flav. &c.* vel *g. Rad. alb. unc. ij. fol. malv. violar. an. mj. sem. cucurb. unc. B. lin. psyll. an. dr. ij. stor. ros. nymph. an. p. j. cham. p. B. f. decoct. in f. q. ag. font. in col. dissolv. ol. ros. unc. ij. cass. rec. extract. unc. i. M. f. Clyster.* Purgatio omnino periculosa, magis proficua *juscul. alcerat. acetos. borrag. &c.* Julep. cum exigua saltem dosi laud. *ap.* quibus si dolor success. remittat, & sequatur somnus, salva res est, si non, & delirium sequatur, mors certa. Extrâ fiant inunct. *ex ol. viol. cham. amygd. d. cum mucil. sem. lin. fenugr. psyl. ping. gallin. anat. &c.* Cataplasma discutiens in *lact. vel sero lact. coct. vel ex farina. bord. sem. lin. in oxycrat. coct. cum ol. ros. præ cæteris laudatur oment. vervecin. rec. extract. & impositum.*

VIII.

Diaeta: ut in aliis Inflammationibus.

CAPUT IV.

Alvi Adstrictio, seu Retentio.

I.

Nomen: Alvi adstrictio, constipatio, retentio & suppressio, *germ. Leibs Hårtigkeit, Mangel der Leibs-Öffnung, oder Stuhlgang.*

II.

Definitio: est Excrementorum in Intestinis contentorum, & per alvum excernendorum, ultra ordinarium tempus accidens retentio; vel est difficilis & tardior eorum egestio. Unde notandum: nos hic per Adstrictionem Alvi non intelligere, omnimodam suppressionem, quâ nihil per inferiora dejicitur, qualis in Ileo fit, sed tantum pigram & tardam alvi dejectionem, vel cum magno conatu, rarius & minus factam. Hinc Alvus verè adstricta dicitur, quando eò modò fit, ut in definitione diximus; cum autem magna sit latitudo, quòd quidam homi-

Homines sint, qui singulis diebus semel alvum exonerant, quidam bis, vidam non nisi altero die, quidam tertio die, unde si horum quid mutetur, tum demùm dicendum esse morbum. Non igitur Medicinâ opus ille habet, cui consuetum est, intra biduum vel triduum alvum deponere, sed qui ultra consuetudinem, imò per plures dies, vel hebdomadas, alvum non solvit; quamvis noverim unum, qui intra 24. dies à juventute alvi beneficium non sensit, & tamen sanissimus exstitit, nulloque unquam usùs remediò. Plura talia exempla vid. apud *Paracelsum, Marcellum, Donatum, Schenckium. Sylvium &c.*

III.

Genus: est symptoma in retentis præter naturalibus.

IV.

Subjectum: Intestina, potissimum crassa,

V.

Causa interna: Quærendæ vel in contentis, vel in intestinis. In contentis, dum vel deficient ex inedia, aut alimentis paucis assumptis, vel ad motum sunt inepta, s. ob excitationem, & indurationem, ut in febribus ardent. crebrioribus exercitiis, convalescentibus, in quibus liquidi uberior intra corpus fit distributio, calore p. n. viscerum, defectu feri, ad alias partes translati, nimis parcè bibentibus &c. seu ob visciditatem fecum alvinarum, ex assumptis copiosis viscidis alimentis, vel iisdem, ex vitata digestionem in macrum viscidum transmutatis, ut in Hypochondr. vitam sedentariam agentibus &c. seu eorum coagulationem & condensationem, à bilis defectu, vel ejus inertia, & lympa pancreatica nimis viscida, austera, aluminosa, ut in Ictericis, Hyster. Hypochon. &c. *Intest. norum* vitio, alvi excretio plus minus tollitur, s. quando nimis sunt coagulata; ut in Inflammat. Gangran. Excrecentiis &c. seu quando deficient in suo motu peristaltico, ob affectionem paralyticam, ut in Apoplexia, Paralyti, vel convulsivam, quâ iisdem irritatis, sequitur pertinax fibrarum contractura, ut in Nephritide, Colica &c. sic etiam Homines robusti, minus dejiciunt quàm teneri, quia illi melius digerunt & egerunt.

VI.

Causa dispositiva: Spleneticis, Nephriticis, Hyster. Arthrit. Hypochond. Literatis, Puerperæ, & diu Decumbentes.

VII.

Cause externa: cibi tenacem suppeditantes succum, ut spiræ, ova indurata, mespil. ceras. cum nucleis, castan. cyd. fructus horæi, tenaci pellicula obducti, ut uvæ crisp. vit. &c. inedia, potus parcior, assumpta diuretica, sudorif. salivantia, mora dejiçendi ob negotia, exercitia violenta, continuus in lecto decubitus.

VIII.

Signa diagnostica: in definitione & causis sunt deducta.

IX.

Signa prognostica: ex Hipp. ventris torpor, omnium confusio. Interim alvi adstrictio pro causarum varietate plùs minùs periculosa, contumacior Colicam vel Ileum, anxietates, animi deliquia, & alia mala inferre valet, alvus obstructa semper augere solet capitis symptomata, hinc libera sit in vobstr. Cap. cephalalg. Melanchol. & affectu hypochond. In omnibus morbis salutare est, si alvus respondeat, plùs tamen diarrhœa infert periculi, quàm alvi adstrictio. In morbis Puerperarum statim à partu, varolis, & febribus malignis, interdum nimia alvi adstrictio in causa est, ut ægri malè habeant in hypochond. sinistro, ex retentis ibidem scybalis, ob colon angustius, ut ægri falso habeantur pro spleneticis. De hujus affectus prognosi, videatur Hipp. 1. apb. 2. *qua judicantur & judicata sunt perfectè, nè movent, neque innovato, sive purgantibus medicamentis, sive aliis irritamentis, sed finito.* 2. apb. 20. *Quibus per juvenutem alvi sunt humida, iis senescentibus exsiccantur, quibus verò in juvenute alvi sunt sicca, iis senescentibus humectantur.* 2. apb. 53. *quicunque alvos humidus habens, si quidem juvenes fuerint, melius degunt, quàm siccas habent. At in senectute desertius degunt, nam senescentibus ut plurimum siccantur.*

X.

Indicationes: sunt variae, pro causarum varietate, imprimis feces emolliendæ, & fluxiles reddendæ, intestina stimulanda, angustia vel irritatio, aut alia quævis causa, è medio tollendæ.

I.

Curatio: prohibet purgantia fortiora, nè iliaca passio fortè delitescens, excitetur; sed mitiora admittit per os assumpta. ut v. g. semel vel bis in septimana Cass. rec. extr. cum crem. tart. vel in forma Elect.

Elect.

Elect. de tamarind. vel lenit. vel sequens Burrhi: R. Mann. cl. unc. ij. Syrup. de alt. Fernel. ros. viol. sol. pom. redol. cass. recent. extr. pulp. tamar. pulv. fol. fenn. an. unc. i. M. f. Elect. vel R. Elect. lenit. unc. ij. pulv. rad. mechac. dr. i. B. syr. ros. q. s. M. f. Elect. dos. magnit. nuc. mosch. horà unà ante prandium. His addi vel substitui possunt, pulp. tamarind. pass. cass. diacarb. pulv. rad. galap. scam. sulph. cryst. tart. &c. huc spectat Elect. Puerile Reobberger: R. Cass. rec. extr. pulp. tamar. an. dr. vj. mann. elect. cum ag. viol. solut. unc. i. B. pulv. fol. fenn. dr. y. B. cum syrup. ros. solut. M. F. Elect. dos. dr. iij. In forma Potionis. R. Mann. calabr. unc. i. ij. diss. in brodio carnis col. vel Tinctura fenn: R. Fol. fenn. s. f. dr. i. ag. calid. unc. ij. sal. tart. gr. vj. stent per noctem. m. filtretur, vel R. Fol. fenn. s. f. scrup. iv. liquir. ros. scr. i. cinnam. scrup. ij. contus. affund. ag. ferv. lib. x. stent per dimid. horam col. sine express. add. syr. viol. unc. i. M. dos. unc. iv. frigidè. R. Fol. fenn. sel. unc. i. passul. min. unc. iv. cinnam. dr. ij. fl. viol. mj. crem. tart. dr. ij. his superaffund. ag. ferv. lib. 4. stent per noct. col.

Quàm maximè laudatur vinum passulat. Timei, quod sic habet: R. Passul. min. mund. unc. ij. ceras. nigr. exsicc. unà cum nucleis unc. i. contund. in mort. marm. ad past. affund. ag. font. lib. iv. coq. ad restan. s. iij. in col. ferventiss. infunde fol. fenn. s. f. dr. vi. fl. viol. p. j. cinnam. acut. dr. y. stent in loc. calid. per 4. hor. col. & filtrer. per chart. empur. Vel R. Passul. maj. min. an. unc. iij. fol. fenn. s. unc. i. cinnam. acut. dr. iij. contus. ad pastam affund. vin. Rhen. ops. lib. iv. stent per diem & noctem, colper char. empur. vel panacea ex nitro sol. ad dr. i. sol. in aqu. vel acidul. vel emuls. amygd. vel in forma prun. passul. laxat. dentur aliquot pruna laxat. hora ante prandium vel canam potissimum, cùm sic manè operentur, quod tempus egerendi commodissimum. R. Fol. fenn. s. scrup. ij. z. z. incif. scr. i. sacchar. unc. B. ligata in linteolo coq. cum prun. dulc. N. xij. in f. q. ag. adde. in fin. mann. elect. dr. iij. vel R. Prun. lax. N. vj. pulv. syr. gr. vj. M. cum cochl. i. B. brod. conservat. vel cochl. i. pass. laxat. vid. Dispensator. vel in forma Pulv. ut crem. tart. 5j. vel tart. vitriol. ad scr. i. vel solus vel acuat. gr. iij. vel iv. scam. sulphur. ex brod. vel pulv. diafenn. Montagn. vel Wierij. R. Fol. fenn. s. tart. alb. an. unc. i. sem. avis. caryophyll. cinnam. galang. an. dr. i. di-agryd. dr. ij. M. F. Pulv. dos. à scrup. B. ad dr. i. B. Potest etiam vino infundi. Vel pulv. cholagog. Hoffmanni R. Ocul. canc. p. p. nitr. pur. iss. rhubar. cl. à dr. i. M. f. pulv. divid. in 3. p. æq. vel in form. Pilul. ut pil. aloet. Aquapend. F. F. aliquot horis ante canam sumpt. vel ut

plus operentur, tribus vicibus continuis assumptæ, ita ut prima dosis sumatur à parca cæna, altera manè sequente, & tertia eodem die versperi, interim *pilul. aloes.* obesis magis conveniunt, quàm gracilibus & hypochondr. in quibus pro nunc quidem juvant, sed in futurum nocent, nimium exsiccando & calefaciendo.

Nonnulli sequens laudant: *℞. Aloës succotrin.* à resinosa parte separat. *gumm. ammon. vin. solut. an. unc. ℞. diagyrd. sulph. troch. aleb. an. scrup. ij. tart. vitriol. dr. ij. M. f. Pilul.* de quibus gran. x. l. xy. dentur post cænam. Huc quoque spectant. *pilul. cremosæ Morton.* vel *pilul. meæ sine custodia.* vel *aurum fulmin.* ad gr. vj. cum *extr. ellebor. nigr.* in pilul. datum, item *limonada meæ ex aqua font. lib. v. crem. tart. zjj. sacchar. zvj. & unius pom. cur. cori. flav. vel ol. amygd. d. ad zj. vel. iij.* sumptum in jusculo. vel *butyr.* copiosè sumptum, si ventriculus ferat, aliorumque. Vel in forma *Enematum*, quæ vel ter in septimana in usum vocanda, cavendo tamen, nè iis natura avalescat, sic v. g. *Clyst. domesticus* paratur ex *brodio carnis non salit. lib. i. sacch. unc. ij. ol. oliv. unc. ij.* cum *vitell. ov. & pauc. sal.* vel *℞. Brod. carn. lib. i. mell. crud. cochl. v. vel vj. ol. oliv. cochl. viij. sal. dr. i. M. ℞. Matv. m. ij. chamom. m. j. sem. carv. dr. ij. coq. in l. q. aq. font. vel lact. vacc. in col. dissolv.* ut supra. Vel *℞. Decoct. emoll. lib. i. l. rad. alth. dr. iij. matv. viol. pariet. bord. mund. an. m. j. sem. lin. fenegr. an. dr. ij. incif. coq. ad consumpt. z. p. in col. lib. i. dissolv. elect. diacath. dr. vj. vel lent. diacath. an. dr. vj. sacch. rub. vel mell. viol. vel ros. vel mercurial. unc. i. vel unc. i. ℞. vel mann. syrup. ros. solut. unc. i. ol. viol. amygd. an. unc. i. vitell. ov. N. i. cum sal. M. f. Clyst.* in contumacia obstructione profunt Clyster, ex *ol. oliv.* & *butyr.* vel *sem. lin. rapar.* si talibus non solvatur, acriora simul adduntur, ut *sal. gemm.* vel *Clystma* ex *colocynth.* vel *antimon.* vid. Colic. Quod si pertinacior fuerit induratum sæcum anfractus, ad *mercurium vivum* tanquam sacram anchoram confugimus, de quo vid. Cap. de Iliaca passione.

II.

Post Clysmata in usu etiam sint *Suppositoria* parata ex *sale & melle* cum *pulv. muscerd. elleb. nigr. &c.* vel fortiora, ex *melle cum sal. gemm. & troch. alband.* vel ex *alumine* in formam suppositorii formato; sunt etiam *globuli pilular.* major. instar, ex *vitell. ov.* ad duritiam coct. cum *fell. bov.* liquid. & *pauc. sale*, quos *Wind. Kugel* vocant, & eos ano intrudunt. Item in usu sunt, *globuli sacchar. moschat.* *Bisam. Kugel.*

III. In

III.

In Sæcum retentione ex calore & fervore viscerum, excellit *serum lactis tamarind.* vel *passul.* vel *citrat.* uti etiam *acidula.*

IV.

Extrinsicus convenit *balm.* vel *femicupium* frequens, inunct. plantar. ped. & umbilici, quæ magnam cum intestinis habent amicitiam: ex *ung. de arbanit.* malax, cum *ol. diacolocynth.* vel ex *ung. popul.* cum *hier. pic.* vel ex *ung. dialth. ping.* anser. *butyr. majal. ol. amygd. d.* cum *spec. hier. diagyrd. colocynth. sal. gemm. &c.* vel applicetur *arcanum meum* ad pedum soles tit. de Iliaca passione descriptum. Rustici nudis pedibus humi ambulanti, & sic ventrem pertinacem solvunt, quod Remedium etiam magnus ille Medicus *Savonarola* suavitè Duci Ferrarienti Borfio, cui iussit, ut in pavimento marmoreo frigidò ambularet, gravi alvi adstrictione detento, ex quo poterat deiecit, & *Savonarola* Medico, centum aureos donavit.

V.

Dieta: victus ratio sit refrigerans & humectans, proscriptis fùmò induratis, in muria maceratis, salis: in usu sint *juscula hordeat. aven. decoct. bet. pom. coct. cum sacchar. & prun.* per horam antepandium, superbibendo parùm *vini tympar. ov. sorbitia* in prandio sumpta, *butyr. recens*, nucis quantitate per horam antepandium sumpt. superbibendo *vin. tymp. mic. pan. tost. ol. oliv.* irrorat. & manè deglutita, utilis & *pulpa pass.* sine addito alio, potus fit copiosior, diluatur *vin. infus.* vel *decoct. cicbor. acetos. agrim.* sumatur subinde *vin. passul.* sollicitetur & sæpius tentetur alvi depositio.



CAPUT V.

Lienteria & Coeliaca.

I.

Nomen: Lienteria, levitas intestinor. Diarrhoea assumptorum, seu fluxus Chylosus, Diarrhoea Chylosa. germanicè, *Rosher Speiß Durchlauf.* *Wagen-Nuhr.* *weiße Ruhr.* Nota: Medici dicunt: qui bene ingerit, bene digerit, & bene egerit, sanus est. Horum unum vel alterutrum, si lædatur, varii oriuntur alvi fluxus quorum tres potissimum

tiſſimum ſunt ſpecies, 1^{ma} Lienteria, ſeu Diarrhœa aſſumptorum, 2^a Cœliaca paſſio ſeu Diarrhœa Chyloſa, vel fluxus chyloſus, 3^{ia} Diarrhœa propriè dicta, de qua ſequenti capite.

II.

Definitio: Lienteria eſt celer per ventriculũ eſculentorum, potulentorumque tranſitus, quò talia inconcocta ſeu immutata rejiciuntur, qualia fuère aſſumpta. Cœliaca paſſio eſt alimentorum crudorum, & imperfectè crudorum, per alvum dejectio, ſeu quando alimenta fermentata quidem, ſed adhuc conſuſa, per alvum rejiciuntur. Unde nota: quod Cœliaca ſit minor, Lienteria verò major gradus indigeſtionis, unde iſti duo affectus tantum inter ſe differunt ſecundum magis & minus.

III.

Genus: eſt ſymptoma facultatis retentricis & concoctricis ventris & Inteflinorum læſa.

IV.

Subjectum: Ventriculus, maximè quoad pylorum, ſubinde & tenuia inteflina coaſſiciuntur, teſte Galeno 4. aſporiſm. 12.

V.

Differentia: alia legitima, ex retentricis infirmitate orta; alia spuria, orta ex ulcerosa diſpoſitione, irritante ad præmaturam excretionem; alia conſummata, alia remiſſa; quò ſpectat affectus ſeu Fluxus cœliacus, Diarrhœa chyloſa, quibusdam die veſſe Ruſſy dicta, quæ nempe eſt alimentorum nonnihil, & leviter in ventric. concoctorum, Chyli ſpecie per alvum deſluxus, dependens, vel à chyli diſtributione læſa, ab obſtructione venarum lactearum, à mucilage viſcida tenaci, ſeu compreſſione à glandulis ſtrumofis induratis, & in hiſ cauſis excrementa ſunt liquida, plùs minus flavefcentia, ob commixtionem bilis, & excrementorum cum chylo; vel à chyli ſecretionelæſa à facibus, ob defectum bilis, vel ejus inertiam & aquoſitatem, atque in hoc caſu excrementa ſunt gryſea, plùs minus albicantia. Hic nota: non intelligimus aſſumpta quæcunque & omnia ita immutata abire, ſic enim totum corpus contabereret, ſed tantum potiorum ex parte.

VI.

Cauſa interna: Lienteria, eſt tonus, ſ. facultas retentrix & concoctrix ventric. & inteflinor. læſa, vel ex temperie frigida & humida, vel ex igni debilitate, uti accidit poſt Dyſenteriam, nam teſte Hipp.

Hipp. 7. aph. 72. Dyſenteria ſupervenit Lienteria, vel ex fermento ſtomachi digeſtivo, aut deficiente aut inertis, aut à variis contentis obruto, & impedito, vel à toni & pylori nimia laxitate, accedente leni moleſtia & irritatione ſtomachi, ſeu ab ulcerosa ejus diſpoſitione, ſeu à humoribus acribus mordacibus.

VII.

Cauſa diſpoſitiva: præditi Ventriculo frigido & imbecilli.

VIII.

Externa: ſunt alimenta cruda phlegmatica, copioſè & jejune aſſumpta, ut fructus horarii, fungi, venen. refrigerat Ventric. affectio ſcorbutica, ob aciora ſalia tam cum ſaliva, quàm per membranam ſtomachi glanduloſam, ad Ventriculum delata & irritantia.

IX.

Signa diagnoſtica: ex definitione & cauſis patent, & præterea ſunt evidantia.

X.

Prognofica: Lienteria diu perſeverans periculosa eſt, vires proſternens, & vel ad Atrophiam & Tabem, vel ad Cahexiam & Hydropem diſponens, teſte Hippoc. 2^{mo} de morbis. Idem dicendum de Cœliaca. Lienteria ſuperveniens gravioribus morbis, ſeu acutis ſeu chronicis, ut plurimum lethalis. Senibus eſt funeſta. Ruſtus acidus, ſiuxibus acutis ſuperveniens, bonum. Hipp. 6. aph. 1.

XI.

Indicationes: ſunt humores vitioſos evacuarè, irritationem ſi quæ adſit ſistere, ac ventriculũ & inteflina, adſtringentibus, aromaticis, & moderatè acidis roborare.

I.

Curatio: ſit Evacuantiſ per inferiora, & quidem per ea, quæ præter viſum laxativo-abſterſivum, ſimul nonnihil adſtringunt, ut Rhab. roſt. inſuſ. Rhab. myrob. cheb. agaric. 2. z. ſen. roſ. rub. in vin. abſin. b. pilul. maſtich. alciophang. Emanel. Aquapend. Francofurt. &c. rob myrob. lanor. coch. x. vide Diarrh. & Dyſent. Unde moment ſamoſi Præctici à fortioribus & magnâ doſi eſſe abſtinendum. Vomitoria, in præſentia excrementorum ventric. pituitoſorum, aliorumque vitioſorum retentorum, convenire poſſunt, ſed mitiora, cum fortiora tonum

tonum ventriculi magis laxent, aut certè malum irritent. sic etiam *clysteres* parum conferunt, nisi adstringentes & roborantes, aliàs plus irritant & stimulant.

II.

Internis *stomachicis* utendum, ex quibus simpliciora & paratu facilliora, hic sæpius plus præstant, quàm composita, ut v. g. z. z. *condit. præm. mosch. conât. cyd. condit. elix. vitæ. Myrs. propr. præsertim sine acido, missp. condit. ess. & rân. absinth. aq. cinnam. cum syr. corall. item tinct. corall. omnia ex mastiche parata, ut aqua spirit. de mastiche T. m. pulv. mastich. ex vin. vel ov. forbil. cum nuc. mosch. vel in pilul. cum succ. absinth. vel in bol. cum conf. menth. laudatur etiam expositum *Forest.* ex vitell. ov. super tegul. ignit. affato, & pulv. unius nuc. mosch. conspers. vel illud *Helm.* ex z. vitell. ov. induratum & aceto intinctis, prodest & vin. absinth. chalybeat. vin. infus. absinth. ment. meliss. &c. item panis bis coctus, in spiritu vini maceratum ac *theriac.* illius, myr. cydon. aromatiz. cum pauca terr. sigill. item *theriac. diacord. Fracast. decoct. ad lienter. Quercet. Elect. Amat. Lusit.* à pluribus commendatum, & parat. ex conf. ros. rub. sber. opt. spir. vitriol. & myr. cyd. arom. f. q. vel *Elect. ex conserv. menth. vitriol. dias. vel theriac. terr. sigill. ol. dest. cinnam. & succ. cydon. f. q.* valet etiam pulvis ex tunicis ventriculi gallinarum, vel *perdicum.**

III.

In metu vel suspitione Veneni, eodem per debitas vias evacuato, dentur alexipharmaca, mixta adstringentibus, quæ etiam locum habent in Lienteria, excitata à fungis vel fruct. horæis &c.

IV.

Inter extrinseca conveniunt inunct. ex ol. dest. nuc. mosch. express. ol. dest. ment. absinth. fenic. juniper. &c. vid. Vomit. item crust. pan. malvas. ebria, & spec. diacum. vel arom. ros. conspers. item Empl. sypri. Myrs. vel parat. ex sacam. mastich. cum ol. mastich. Vel Saccul. ex absinth. ment. ros. rub. mast. nuc. mosch. caryoph. z. zedoar. &c. vel Cat. aplasin. ex ferment. cum aromat. &c. aliaque in Vomitu propofita.

V.

In Coeliaca p. p. ex usu sint abstergentia, aperitiva, amara, stomacho simul grata, ut *ess. absint.* cum tinctur. chalyb. vel tari. vel *antimon.* item *spir. carm. de trib. ex aq. menth. vel vin. absint. spir. salis. arm.* cum spirit. cochlear. mixt. sal. vol. oleos. liq. C. C. succin. qui

qui paratur ex unc. i. *ss. C. C. & dr. ß. ol. succin. alb.* item remedia parata ex *menth. absinth. agrim. rad. aperit. cich.* cujus amaror absterfivus egregius est; quàm maximè etiam hic profunt *acidule.* vide obstruè. Epat. Scirr. &c.

VI.

Dieta: Aër & victus causæ contrarietur, vinum in causa frigid. generosius vel absinth. in calidiori oligoph. convenit, cibi adstringentes præcedant. Somnus & quies omnes fluxiones sistunt, & coctiones adjuvant. Post cibum fumatur pulv. pept. reliqua vid. in cap. sequenti &c.



CAPUT VI.

Diarrhœa.

I.

Nomen: Diarrhœa, Alvi fluxus, Alvi profluvium. Germanicè, Durchbruch, Durchfall.

II.

Definitio: est frequens immoderata ac diuturna variorum liquidorum, plus minus, aut corruptorum excrementorum, excepto sanguine vel alimentò crudò, per alvum excretio, dependens, ab irritatione expultricis intestinorum s. ab assumptorum copia, seu qualitate vitiosa. Diarrhœa differt à Lienteria & Coeliaca, quia in his alimenta semicotta, aut semi-cruda ejiciuntur; differt à Dysenteria, & Tenesmo, quia in his sanguis cum humoribus excrementitiis commisceretur: eodem modo differt à fluxu Hepatico & hæmorrhoidali. Hic etiam notandum: quòd supra de Alvi retentione diximus, iterumque à contrariò monemus, non omnem fluxum alvi esse morbum; siquidem quidam sunt, qui singulis diebus aliquoties alvum deponunt, & optimè habent, quia aucti sunt, tunc enim ista consuetudo pro morbo vel Diarrhœa reverà habenda non est, cum ista consuetudo sit altera natura; sed ut propriè dicatur Diarrhœa, debet esse fluxus alvi immoderatus, & frequens, ac fluidior, frequentior nempe, quàm naturalis consuetudo requirit, copiosior solito, respectu ad assumpta, ut plura deiciantur quàm assumantur, fluidior, id est, nec mediocrius, nec solidæ, sed fluidissimæ substantiæ.

III.

Genus: est symptoma in excretis, toto genere p. n.

Tt

IV, Sub-

IV.

Subiectum: principale sunt Intestina, quoad eorum fibras & glandulas, irritatas & spasmodicè contractas, non excluso Ductu pancreatico & choledoch. Minus principale, s. subiecta causâ, & partes mittentes plures sunt, ut ventric. hypoch. uter. & sæpiùs tota M. S.

V.

Differentia: Alia est *artificialis*, instituta per medicamenta: alia *naturalis*, ipso naturæ motu concitata: hæc est vel *spontanea*, accidens s. ob errorem externum, ut v. g. ex assumptis fruct. horæis, refrigeratione corporis nocturna, seu ob internam materiæ metastasin, seu ex mutata diæta in peregrinationibus, seu in mutationibus anni temporis, ut in diarrhœis spontaneis vernalibus, vel autumnalibus; vel *non spontanea*, & quidem nunc *critica*, accidens in declinatione morborum, quæ cum euphoria iusto tempore fit, nunc *symptomatica*, accidens in principio v. g. febr. malign. Huc spectat *colliquativa* sic dicta, quia ros partium nutritivus ac ipsa M. S. ex textura mutatione ita fatiscunt, ut instar liquaminis serosi foetidi, copiosè per alvum evacuentur, cum junctâ mactatione & virium debilitate: contingere solet hæc in febr. malign. hecticis, phthysicis, quos aliquandiu ante mortem præcedit, eosque saltem ab Hydropsæ præservat: item alia est *benigna*, alia *maligna*, epidemica plus minus contagiosa; item ratione variorum excretorum, alia dicitur *biliosa*, cum excrementis flavis, per vasâ choledocha copiosius transcolatis, alia *serosa*, excretis aqueis per vasâ pancreatica uberius effluentibus: alia *melancholica*, cum excretis nigris, alia *pituitosa*, cum excretis viscidis minus tinctis: alia *stercoraria*, foetida, alia in qua excreuntur *cineris*, alba vel pinguis, & *sebacea*, ut in phthysicis, item ratione partium mandantium alia dicitur *epatica*, *splenetica*, *stomochalis*, *hysterica*, *cerebralis*, de qua ait Hipp. 7. aph. 30. *quibus per Diarrhœas spumosa sunt alvi excrementa, ius è capite sit defluxio*. Tandem alia est *accidental*, alia *habitualis*, diu & ad longum tempus perseverans, ventriculo ac intestinis, ex vitio fermenti stomachici, & bilis, adèd irritabilibus, successivè evadentibus, ut levissimò objectò v. g. potu ordinariò, ad sui contractionem irritentur.

VI.

Causa immediata: est Glandularum & Fibrarum nervearum in intestinis irritatio.

VII. *Mediata*

VII.

Mediata: humores acres, nunc biliosi & alcalini, ex acrimonia sanguinis lixivialis geniti, nunc sapius acidi, pancreatici, salini, lymphatici, volatiles, acres, vel invicem mixti, vel etiam maligni, vel minima saltem præcordiorum humorum fermenta, nunc intestina solum irritantia, unde humorum transcolandorum uberius affluxus, nunc etiam fermentando, & colliquefaciendo M. S. speciatim chylum quasi musteum, nec adèd perfectè sanguini adhuc assimilatum, ea in liquamen excrementitium convertentia.

VIII.

Causa dispositiva: Debilis constitutio viscerum coctioni intervenientium, præsertim fermenti stomachici deficientis vel inertis, & bilis acrioris, unde chylus acris, falsus intestina stimulans; item magis dispositi sunt, qui densæ sunt texturæ, & cutim habent spissam. Item temperamentò serosò præditi, infantes dentientes, senes balbi, qui teste Hipp. 6. aph. 32. maximè alvi profluvio corripiuntur, propter debile eorum genus nervosum.

IX.

Causa externa: sunt assumpta facile effervescebilia, aut corruptibilia, ut fructus horæi, juxtâ illud:

Autumni fructus, caveas, nè sint tibi luctus, mala persic. melon. cucum. prun. fungi, must. rec. cerevis. non defæcat. aër hybernalis autum. vernal. epidem. purgantia fortiora, venena, maror. timor, ira &c.

X.

Signa diagnostica: in defin. dicta, & oculis patent, jungitur sæpius alvi fluxui appetitus urplurimum dejectus, sitis è contra aucta. Subinde simul vexant ructus, flatus, interdum etiam tormina aut borborygmi; immediatè excretionem præcedentia, signa etiam imminents Diarrhœæ sunt, teste Hipp. in coac. & apboris. ructus, flatus, strepitus, ac elevationes ventris, hypochondrior. murmura, ac lumbor. dolor.

XI.

Prognostica: Diarrhœa critica est optima, & illa, quæ ob materiæ metastasin, vel spontaneum humorum motum, accidit cum levamine, & facili tolerantia, de quibus Hipp. 1. aph. 2. ait: *inurbationibus alvi & vomitibus, qui spontè fiunt, si qualia oportet purgentur*.

gentur, confert & facili serunt; si minus contra, hinc etiam Cels. l. 4. c. 19. ait: uno die alvum fluere, saepe pro valetudine est, atque etiam pluribus, dummodo febris absit, & intra 7. diem quiescat. Præsertim autem Diarrhoea haud nocet, quamdiu appetitus & coctio ventriculi in salvo sunt. Diarrhoea symptomatice, si non semper, saltem ut plurimum mala, tum impediens coctionem, tum vires prosterrens, tum sequens ut plurimum colliquationem. In febris malig. cum cæteris malis signis; plerumque lethalis; dejectiones sinceræ in morbis acutis pessimæ, denotantes exustam omnem humiditatem ab æstu febrili, dejectiones pingues, viscosæ, paucæ, graveolentes lethales, colliquationis indices; malæ in febr. acut. dejectiones spumosæ, denotantes vel summum caloris incendium, vel flatuosum spiritum humori commixtum. Copiosior alvi dejectio in quolibet morbo mala, præsertim, si conjuncta cum ventre subitudo, ob calorem debilem, flatu & cruditatem generantem. Pauca dejectiones quoque malæ, vel quæ statim ubi inceperint, sistuntur. Dejectio liquida, quæ cum acuto morbo incipit, & cum eodem perseverat, mala, denotans magnam materiæ morbificæ copiam, vel malignitatem; Pleuritide aut Peripnevmoniâ detento, Diarrhoea superveniens malum, ex Hipp. 6. aph. 16. intellige, si accidat in principio, vel viribus summè debilitatis, & morbi hi valde graves sint. id. 6. aph. 17. ait: *ophthalmiâ laborantem, alvi profluvio corripit, bonum; ob revulsionem causæ morbificæ.* id. 6. aph. 15. ait: *longo alvi profluvio detento, vomitus spontè superveniens, morbum solvit.* & 7. aph. 29. *si leucophlegmatia detentio, fortis Diarrhoea superveniat, morbum solvit.* item 6. aph. 14. *Hydrope corruptio, si aqua è ventre in ventrem defluerit, solvitur morbus, viribus autem laesit & fractis, mortem inferit.*

Malæ sunt excrementa alvi vitellina, viridica, æruginosa, variegata, valde fetida, livida vel nigra (nisi in splenicis, vel ex assumptis martialibus) ex Hipp. in progn. unde etiam Galeus lib. de atra bile ait: *quibus nigra vel per alvum, vel per vomitum in morbis gravibus secedunt, omnes moriuntur.* Hipp. in super 7. aph. 6. ait: *in morbo diuturno cibi fastidium, & sinceræ dejectiones, malum.* item 2. aph. 14. *in profluvio alvi, mutationes excrementorum juvant, nisi ad mala mutatio fiat.* Malæ quoque, præsertim in acutis, dejectiones albæ, indices vel Icteri, vel colliquationis, vel bilis aliò delectæ. Quibus Capilli de capite defluunt, iis Diarrhoea superveniente, in propinquo mors est: teste Hipp. 5. aph. 12. Item 5. aph. 14. *Tabæ laboranti, profluvium alvi superveniens, lethale.* Mala dejectio liquida, quæ non sentientibus effertur, delirium aut caloris nativi exfo-

lutio.

lutionem ostendens. Mala excrementa alvi fluida, cum dolore aut laboriosa & frequenti dejectione excreta, vel si inter excernendum superveniat animi deliquium; significat enim maximum humorum acrimoniam, quæ intestina vellicat, & erodit, & in Dyfenteriam abit, teste Hipp. 7. aph. 75. Bona sunt alvi excrementa liquida, quæ in progressu morbi sensim crassescunt. Hydropicos Diarrhoea affectos, sæpè evadere, sæpè etiam mori, observavit Plater. A maleficio orta, raro curatur, sed doloribus consumptos, Tabæ plerumque perire facit, teste Mercat. Mulieri uterum gerenti, si alvus multum fluat, periculum est, nè abortiat, test. Hipp. 5. aph. 34. quia alimenta foetui subtrahuntur, vires dejiuntur, ligamenta uteri relaxantur, foetus & uterus debilitatur.

Hoc nota: intelligendum de forti & primis statim mensibus egrediente; nam observatur sæpius, nonnullas Mulieres tota gestationis tempore, Diarrhoea cum bona tolerantia fuisse detentas, & ego observavi, tales plerumque gestare puellas; rationem hujus curiosi relinquo, ego hanc credo esse: quod pueri à natura fortiores, plus sugant humiditatis à matre, quam puellæ, utpote debiliores; præterea pueri ad potum & potationem magis inclinant, quam puellæ. Sed hæc ratio non firmo stat talo, novi enim Puellas & mulieres, Pueros & viros in potione superantes; novi tres Venulas, quæ uno vespere, urnam cerevisiæ amaræ epocilârunt, desuper adhuc pinetam vini Hispanici exhauserunt; novi duas sorores, quæ omnes viros inebriârunt. Bona est Diarrhoea, quæ in gravidis ultimo tempore partum reddit faciliorem, vel quæ sequitur lochia retenta, post 9. vel 10. partus diem. Mala dejectio crocea, rubiginis ferri dissolutæ, aut lateris rubri non ab similibus, Hipp. 4. aph. 21. perniciosæ sunt Diarrhoeæ in morbis pectoris, in puerperis, in infantibus febre maligna correptis. Diarrhoeæ ex mænore & animi pathematibus exortæ, sunt ferè incurabiles, si causa mæroris persisterit, supervenit enim etiam febris erraticæ, ac atrophia, cum interitu ægri.

XII.

Indicationes: sunt acrimoniam humorum seu fermenti peccantis temperare, corrigere, excrementa vitiosa abstergere, irritationis sensum sistere, intestina & ventric. roborare, & si malignitas adest, ei alexipharmacis, & sudoriferis prospicere, crititum vero in suo esse relinquere.

I.

Curatio: fit primò, naturæ motum considerando, quamdiu non excedit, neque lædit appetitum & coctionem ventriculi, neque parit defectum bilis, aut ejus corruptelam, neque causat intestinorum atoniam, seu languorem, vel nimiam irritabilitatem, hinc *adstringentia* quæ talia, in principio vitanda, nè lupus includatur in stabulo, ac periculosa ad alias partes fiant metastases.

II.

Utendum *abstergentibus*, tam per os assumptis, quam per alvum injectis, præsertim cum excernenda varia, vel in primis viis congesta, vel ad hæc loca aliunde moventur, vel quando ex fructu horæis malum recens natum est. Abstergentia per os assumpta, sicut *Rhabarbarina*, ut in forma Pulv. & *Rhabar. tost. dr. i. vel scr. ij.* ad chartam. & *Rhab. leviter tost. dr. ß. myrob. cit. scr. ß. nuc. mosch. gr. vij. M. f. Pulv.* vel & *Rhab. tost. scr. iv. l. dr. ij. Pulv. lig. aloës, scr. i. ol. mac. gutt. v. misc. f. Pulv.* dividatur in 2. vel 3. p. æq. in forma Potionis. & *Aq. laxar. unc. ij. ß. l. ij. rhab. tost. pulv. dr. ß. syrup. ros. sol. l. de cich. cum rhab. syrup. de myrob. c. rhab. à dr. vj. aq. cinnam. dr. ij. M.* & *Rhab. el. dr. i. l. ij. myrob. cit. dr. ß. sans. citr. scr. ß.* alii etiam addunt *tamarind. infus. in aq. plant. f. q.* in express. dissol. *Rhab. pulv. dr. ß. syrup. ros. sol. l. de cichor. c. rhab. unc. i. crem. tart. scrup. i.* vel dissolv. *Mann. el. unc. i. ß. pulv. rhab. dr. ß. syr. myrt. unc. i. M.* vel *rob myrobalanorum cochl. i.* In forma Clyst. absterg. parantur illi vel ex *brod. carn. cum sacch. rub. mell. ros. & vitell. ov.* quandoque pro acrimonia temperanda, ex *lact. chatyb. vel Decoct. hord. lib. i. mell. ros. col. unc. ij. l. iv.* vel & *Hord. integr. p. ij. surfur. macis. ros. rub. an. pug. i. liq. rap. passul. an. unc. i. coq. ad lib. i. in col. dissolv. sacch. alb. unc. i. vitell. ov. N. y. M.*

III.

Vomitiva convenire possunt teste *Hipp. 4. aph. 17.* cum maximè urgent Stomachi symptomata, & exinde diuturnior evadit affectus, prout ait *Hipp. 2. aph. 15. longo alvi profluviò detento, vomitus sponte superveniens, bonum.* Hinc etiam laudatur quàm maximè, in contumacia Diarrhœa *radix Brasiliensis Ipecacuanba*, vomitum movens & alvum sistens, teste experientiâ.

IV.

V. S. non convenit, nisi recementa fermentescibilia ex sanguine deponantur in intestina, & febris accedat, vel si jungatur dolor aut inflammatio, etiam si nulla plethora compareat.

Sed dices: *Galenus* ait: alvo fluente, venam non secabis, præterea dices: nullum est indicans Venæsectionis, sed Purgationis, quia nulla adest Plethora. & *Galeni* præceptum valet, in patiente debili, non autem robusto & 2do negando Venæsectionem indicari à sola plethora, sed etiam à motu sanguinis, quem Venæ sectio mitigat, & indirectè indicat.

V.

Diaphoresis pro viribus conservanda, imò interdum promovenda, præsertim in epidemica; sudor enim Diarrhœis superveniens, morbum sistit. De Diaphoreticis vid. tit. de Febre maligna, valet etiam *tinctura bezoardica.*

VI.

Opiata, hic maximè proficua, utpote sensum irritationis sopientia, ut *Ther. Diascord. laud. op. tinctur. anodyn. laud. liquid. pulv. mecus anodyn. theriac. caelestis.* seu sola, seu quòd melius, appropriatis mixta.

VII.

Veniendum ad *precipitantia*, absorb. *adstringent.* & ventriculorum, cujus in quovis alvi fluxu summa habenda ratio, *roborantia*, ex quibus inter simplicia excellunt: *pulv. rad. torm. ad dr. ß.* singulis 2. vel 3. horis exhibitus, vel ejus *extractum*, cum *laud. op. sol. plantag.* in juscul. coct. & speciatim *sem. plant. cydoniata* quælibet *coralliata, C. C. gelat. C. C. terr. sig. smaragd. p. p. cryst. p. p. mespil. cond.* aut quod præstat, *cruda* ex observ. *Forest. rob. sorb. nuc. mosch. mac. mastich. ov. vitell. indurata. & acetò ros. temperat. bol. arm. croc. mart. & c.* ex compositis exhiberi potest Mixture, v. g. & *Aq. menth. torment. plantag. an. unc. i. ß. cinnam. cydon. unc. ß. diascord. Frac. scr. iv. terr. sigill. scrup. ij. antim. diaph. scr. i. laud. op. gr. ij. iij. syr. cydon. unc. ß. M. Pulveres: & Trochus. de car ab. de spod. an. dr. ij. sem. plantag. scr. iv. M. f. Pulv.* cujus dosis dr. i. ex ov. sorb. vel & *Pulv. gran. alt. Quercus: corall. rub. p. p. serr. sigill. rub. C. C. ust. p. p. an. scr. iv. M. divid. in 4. p. æq. & Corall. rub. dr. i. rad. tormenthil. nuc. mosch. an. dr. ij. C. C. ust. pulv. dr. i. ß. M. Dol. dr. ß. bis in die cum vin. rub.*

rub. vel cydon. Electuaria. *℞. Conf. ros. rub. vet. unc. iij. diacydon. cum spec. unc. s. cond. cort. cit. unc. β. spec. arom. ros. dr. i. cor. rall. rub. p. p. ser. ij. lign. aloës ser. i. zerr. sig. ser. i. myu. cydon. q. f. M. f. Elect. vel opiat. Amas. Lusitan. ℞. Conf. ros. rub. unc. vj. tber. Androm. dr. iij. cum myu. cyd. f. g. M. f. El. dof. unc. β. nihil superbibendo. vel ℞. Conf. ros. vet. unc. xv. nuc. mosch. incis. N. i. pulv. rub. pannon. C. C. phil. p. p. corall. rub. p. p. sans. rub. an. dr. β. c. sfr. corall. & rub. id. f. q. M. F. Elect. Bolus v. gr. ℞. Conf. ros. rub. dr. i. tber. Androm. ser. i. laud. op. gr. i. M. F. Bolus addi etiam potest conf. alk. vid. Dysenteria.*

In Hypercathari conveniunt, *tber. Androm. cum aq. cinnam. item terr. sig. C. C. f. ign. p. p. antim. diaph. diascord. tber. laud. op. vin. gen. vel absint. Valet etiam tinct. corall. styptica. tinct. crocus catech. tinct. martis adstr. tinct. antipthibifica Garmann. crocus mart. adstring. gelat. C. C. & ebor. in decoct. rad. torment. facta opiat. D. Franchimont vid. tit. de Dysent. pulv. bezoard. Senn. Pulv. Dolæi expertus. ℞. Pulv. terr. sigill. lapid. smaragd. p. p. antim. diaph. cinnab. antim. terr. catech. an. ʒj. laud. op. gr. iij. ol. cinnam. gutt. i. pulv. viper. ʒj. Dosis ʒj. bis vel ʒ. de die. Specificus est muscus prunorum sive tber. in pulvere vel decocto. Experimentum Cardilucii. ℞. Theriac ʒi. lapid. hemat. p. p. ʒj. detur in decocto sol. quercus. vel duo vitell. ov. ad durit. coct. & acetō ros. temperata, addita modica nuc. mosch. sumpta, est experimentum. vel ℞. Conf. ros. antiqu. opiat. antidiens. an. ʒβ. laud. op. gr. i. vel ij. Jusculum diluens expertum vid. Dysent. Pulvis Grülingii expert. ℞. Pulv. sang. drac. tbur. mastich. mum. terr. sigill. an. ʒj. bol. arm. ʒi. β. carabes. lapid. hemat. an. ʒj. M. Dosis ʒβ. ad ʒj. Pulvis Mustiani expertus ℞. Pulv. terr. exanimata vitrioli. ʒij. croc. mart. adstr. pulv. pilosell. an. ʒi. terr. sigill. crystall. mont. p. p. oculatorum canc. pp. an. ʒj. ossium bum. calc. gr. vj. sem. plantag. ʒj. Succ. acat. insipissat. ʒβ. nuc. mosch. gr. xv. M. Dosis dr. i. in sfr. de symph. Nota: ex hoc Pulvere possunt fieri cum sfrap. cydon. pilul. Dosis dr. j. hic pulvis & pilulæ dantur manè & vesperi, & si illis addatur j. vel ij. grana op. l. laud. op. mira præstant.*

Nota: terra exanimata vitrioli, sic præparatur: *℞. Caput mortuum vitrioli.* & per varias solutiones *Aque dulc.* libera ab omni sale, & exficca. Dosis ʒj. ad ʒβ. est virtutis adstringentis, & emplastice, & potenter acidum imbibit, cum omni sale acido sit depauperata.

Clyst. ex lacte cum theriac. *℞. Corr. gran. unc. β. ros. rub. p. j. coq. in lact. vacc. f. q. in col. t̄β. dissolv. diascord. unc. β. vel tberiac.*

riac. Andr. dr. iij. M. si crebrius & parcius deiciant ægri &c. in Diarrhœa nocturna catarrhali p. p. locum habent *vesicat. & sonic.* in epidemica, misceantur *alexipharmaca* abforbentibus, & adstring. in habituali, conveniunt *tberma & acidula.*

VIII.

Inter extrinseca conveniunt *theriac.* ventricul. & umbilicali regioni imposita, vel sola mixta cum *anabalsam. peruv.* vel cum *ung. Comitris.* & *terr. sigill.* Inunctiones ventris *ex al. mastich. ment. absint. nard. nuc. mosch. express. ol. dest. ment. carvi. mac. Empl. stom. Harim.* pannō Scharlar. induct. *crust. pan. vin. aust. vel acet.* ebria ac pulv. nuc. mosch. conspers. vel *℞. Pan. secalin. unc. iij. cydon. unc. i. coq. in vin. rub. & acet.* col. consistit pult. add. *terr. sig. rad. torment. consol. m. à. dr. vj. M. vel mast. nuc. mosch. caryoph. vid. Vomit.* Suffitus ab infra suscipiendi, *ex tasp. barb. vol. sol. conyz.* aliaque in Vomitu & Cholera proposita. v. gr. *℞. Terebinth. coct. unc. β. tbur. mastich. an. scrup. iv.* contract. dentur ad chart. pro Suffit. possent addi *dr. β. lign. aloës.* Item *Theriac.* cum *pane tost.* ventricul. & umbil. calidè imposita. Apponatur etiam *cucurbitula parva* ventriculo, ut cibum diu hic retineat. Item *Cataplasm. contrà singultum Myusichs.*

IX.

Diatæ: aer sit temperat. vitetur frig. cibus sit paucus, moderatus, excarnis, ut *oryza* in *lact.* vel *brodio* coct. *pulsic. amygd. ov. in. dur. ov. srbil.* cum *pulv. nuc. mosch.* item *placentæ ex farina glandium* facta est experta. Vel *tragaç. cydonia coctæ* paulo ante cibum assumpta, *carnes volat. affæ &c.* aliàs nocet multus carniū esus, alvi fluxu laborantibus, videntur etiam cibi crudi, acidi, saliti, fumō indurati, legum. ob multum acidum, pingua & humida omnia. Pro potu convenit, si febris abit, *vin. absint.* vel *rub. stypt. aq. chalyb. dilut.* vel *cerevisia medicoris*, in jecto *pane tost. nuc. mosch.* conspers. vel *decoct. mastich.* vid. Vomit. Vel *vitrum. fumo mastich. accens.* repletum, postmodum *agua* repleatur, vel *decoctum C. C.* cum *cydon. siccat.* si febris addit cum vigiliis, detur *emuls. amygd. d. c. decoct. C. C.* Item aliàs in causa calida, *tinct. ros. vel aq. chalyb.* cum *succ. vel sfrap. gran. vel decoct. C. C.* vel *semen coriandr. scorz. torment. &c.* cum *sfrap. corall. gran. Myu. cyd. vin. gran. cyd. &c.* De cætero fomnus & quies optimum cruditatum & fluxionum sunt remedium, post partum *Trag.* in usum vocanda v. g. *℞. Sem. coriandr. p. p. unc. β. sans. rub. dr. j. nuc. mosch. dr. i. man. Christ. perl. unc. i. B. vel ℞. Confect. sem. anis. fenic. an. dr. j. cort. cit. cond. dr. i. marg. corall. rub. p. p. à dr. i. cinnam. acus. ser. y. sacch. ros. sabunc. iv. M. F. Trag.* Plura vid. seq. Capite.

CAPUT VII.

Dysenteria.

I.

Nomen: Dysenteria, Difficultas intestinorum, *Celsus* latinè exprimit per verbum *Tormina*, unde dysenterici dicuntur torminosi, quia torquentur. Germanicè, die *Ruhr*, oder *Das Fersch*. Hic Nota: Inter omnes alvi fluxus hæctenus recensitos, primatum tenet Dysenteria, difficultatem intestinorum significans.

II.

Definitio: est Diarrhœa, seu dejectio alvi frequens, plùs minùs cruenta ac torminosa, dependens, ab irritatione & exulceratione intestinorum, ab humore acri erodente.

III.

Genus: est symptoma in excretis præter naturalibus.

IV.

Subjectum: sunt Intestina, cum suis nervis, glandulis & vasis, nunc conjunctim, Ventriculo subinde etiam in consensum tracto.

V.

Differentia: alia est *cruenta*, die *rothe Ruhr*, alia *incruenta*, seu alba, die *weiße Ruhr*, ubi excreta, vel sola sunt mucosa, vel saltem cruorem exsuperant: alia est *benigna* sporadica: alia *epidémica*, contagiosa, seu *maligna*, plures eodem tempore inficiens & sæpius interficens: alia est *primigenia* seu essentialis, seu per se, seu *idiopathica*, quæ fit intestinis primariò affectis; alia *symptomática* seu per consensum aliarum partium, v. gr. Hepatis, lienis, uteri &c. orta nimirum ex earum evacuationibus ordinariis suppressis, vel etiam ex ulceribus præmaturè occlusis. Alia est *cum febre*, alia *sine febre*; alia *in intestinis tenuibus*, dolorem habens intensiorem, quasi cultris intestina discinderentur, locus doloris est circà umbilicum & magis in regione hypogastrica, ubi tardior post tormina contingit excretio, sanguis etiam & mucus magis permixta sunt excrementis, ac ad vomitum & anxietates magis stimulantur ægri; alia *in intestinis crassis*, in qua dolor remissior, & obfusior, infra & juxta stomachum, ac circa latera, celer post tormina fit excretio, sanguis & mucus minùs confusa

confusa sunt cum excrementis, minor ad vomitum est stimulus, ac minùs malè se habent ægri; alia est *remissa*, & magis recens, orta ex simplici irritatione intestinorum, quæ spasmodicè contractâ, motu quasi vermiculari se torquent, ac nunc mucus, nunc simul sanguinem fundunt, & exprimunt, quia talis sanguis ex vasis, vel anastomosi vel diarrœsi apertis, absque exulceratione intestinorum prodit; non enim ulcus semper adesse ex eo patet, tùm quia tam citò curari non posset, cum aliarum partium membranarum ulcera sint hæc incurabilia: alia *intensa*, gravior & diuturnior, conjuncta cum exulceratione: alia *dolens*, alia *indolens*, in qua usque ad extremum habitum nullum ægri percipiunt dolorem; qualem *Bartholin.* observavit 1669. & ex qua omnes pene mortui, seu ob majorem malignitatem, seu intestinorum gangranosam constitutionem, sensum omnem excludentem. Hanc & ego aliquoties ità deprehendi; alia est *incipiens*, seu in primo gradu, dum exulceratio est in superficie intestinorum, ac mucosum quid exiguo cruore mixtum excernitur, alia *ingravescens*, & in secundo gradu, dum fibræ & ramenta intestinorum cum sanguine excernuntur; alia *confirmata* & in tertio gradu, dum veluti carunculae seu frustula substantiæ intestinor. excernuntur, quæ tamen potius videntur esse glandulæ tumefactæ & separate, de hæc loquitur Hipp. 4. aph. 26. si *Dysenteria laboranti, veluti caruncula deiciantur, mortiferum.*

VI.

Causa immediata: Est intestinorum vellicatio, irritatio, excoriatio & exulceratio. His enim positus ponitur Dysenteria, & his ablatis cessat Dysenteria.

VII.

Mediata: Humores summè acres, corrosivi, biliosi, acidi, falsi, maligni, intestinis specificè inimicissimi, vel horum minima ac subtilia fermenta profapiæ antimonialis, elleborinæ, esulinæ, vel colocyntidæ, quæ acrimoniâ ac specifico suo sapore intestinis insensissimò, vellicando & irritando Dysenteriam excitant.

VIII.

Causa Dispositiva: Etas juvenil. pueril. viril. homines lentiginosi, id est, qui lentiginibus, vulgò *Sommer-Flecken* und *Leber-Flecken* laborant, humoribus valde mobilibus, fluidis & acris præditis, & quibus oscula venarum levi negotio in intestina hiant & sanguinem effundunt.

IX.

Causa externa: Aër æstivus, autumnalis, epidemicus, variæque ejusdem anomalia, nam ex Hipp. 3. aph. 1. *mutationes temporum parium morbos*, & 3. aph. 11. *si hyems plus justo frigidior & sicior extiterit, ver autem pluviosum, & austrinum, estate futuras esse Dysenterias*, & 3. aph. 12. *si hyems admodum austriua fuerit & pluviosa, ver autem sicum & aquilonium, Dysenteria producenda tempestates illas esse maximè idoneas*. Esculentia & potulenta sinistro syderum influxu, malaque aëris dispositione inquinata, vel per nebulas & pluvias insalubres infecta, præsertim fructus horæi, seu fructus præmaturi, das Früh- oder Sommer-Obst, ut pruna varia, mala perfica, cucum, melon &c. fructus immaturi, esus uvarum, potus musti, dulcia, saccharata, mellita: item aquarum corruptela & infectio, inunctio mercurii, purgantia, venena, suppressio mens. hæmorrhoid. contagium, quatenus nempe miasma Dysentericum per larrinas, vulgè loca secreta, ab infectis frequentata, & ab iis infecta, vel quo cunque modò, & locò intra corpus admisum, fermentationem quandam in humoribus efficit; quâ moti & peculiarem malignitatem adepti, unâ cum miasmate ad intestina ruentes, eadem exulcerant. Ulcera pedum antiqua præmature clausa, pulvis Adamantis sumptus, Dysenteriam causat.

X.

Signa Diagnostica: Dolor torminosus, & quoties dejecit alvus, ingens cruciatus & intestinorum depressio, cum dolore & molestissimo viscero omnium quasi descensu, dejectiones non sunt stercoreæ, sed nunc simpliciter mucosæ, nunc intermixtæ sanguineæ, nunc simpliciter sanguineæ. Mucus autem iste aliud non est, quàm ex intestinorum innumeris glandulis expressa, & ab acido coagulata lymphæ, quæ aliàs in statu naturali, diluendo chylo & excrementis promovendis, nè intestina lædant, intersit, unde mucus iste non est sanies, aut pus, ut talia in graviore & diuturniori dysenteria esse possunt, nec pituita naturaliter obliens parietes intestinorum, ob nimiam ejus copiam, quæ excernitur, sed narium eorum proximum, non ritè assimilatum, atque ex his successive plorans, nunc sub forma mucæ, nunc feri cruentæ; adest subinde febris plùs minùs intensa, lingua subalbida, mucilagine dense obsita, & si vehementiùs æstuet corpus, nigra etiam & sicca; vires insigniter prosternuntur, agri sunt anxii, inquieti, insigniter sitientes, Dysenteria laborantes, subinde sanguis

guis sincerus confestim effluit, ex corrosione majorum vasorum. Quandoque Intestina inflammantur & Gangrænâ incurabili afficiuntur; interdum Aphæ fauces obsident, præsertim si intempestivè suppressantur, successivè etiam simul afficitur intestinum rectum, hinc dolorosissimus Tenesmus.

Nota: si Intestina tenuia afficiantur, ut dixi in differentiis, dolor est supra umbilicum, ut vulgus credit, sed est falsum, cum & tenuia & crassa intestina, ad partem superiorem & inferiorem circumagantur, sed veriùs dici potest, si intestina tenuia afficiuntur, dolor est acutissimus, quia sunt magis membranosa, si crassa sunt affecta, dolor est minus vehemens, sed diuturnus. In tenuibus affectis post tormina non statim alvus deponit, in crassis autem affectis, post tormina, statim alvi fit excretio.

XI.

Signa Causarum: ex propriis signis erui possunt, uti etiam ab excrementorum colore, quatenus vel sunt citrina, alba, nigra, flava viridia &c. purulenta, saniosa, & cruenta &c.

XII.

Prognostica: Dysenteria malum laboriosum, magnum, lethale, fœdum, fatidumque, quò magis in ea tenuia afficiuntur intestina, & præsertim, teste Aëtio, jejunum, eò periculosius laborat ager; nam ex Hipp. 6. aph. 24. *si quod gracile intestinum divisum fuerit, non coalescit, & è contrâ. Vomitus biliosus in principio morbi periculosus*, Hipp. 4. aph. 24. ait: *difficilis intestinorum, si ab atra bile inceperit, lethalis*, ob ulcus nempe cancerosum. id. 4. aph. 26. *si ei qui difficultate intest. laborat, veluti caruncula per inferiora exierit, lethale*. id. 6. aph. 3. *in longis intestinorum difficultatibus, cibi fastidium, malum, & cum febre pejus, à difficultate intestinorum henteria intestinorum supervenit*. Hipp. 7. aph. 76. Dysenteria, in quibus excreta viridia, nigra aut varia, aut admodum graveolentia, & cadaverosa, pessimæ: Convulsiones ac deliria, & vigiliæ immodicæ supervenientes, mortem indicant. Dysenteria indolens, sæpè mali ominis est, necrosim offendens, quâ moriuntur. Dysenteria quæ cum vomitu affligit, & quæ fere jungi solet cum singultu, pessima est, cum periculum sit, nè & ipse stomachus sit affectus. Est autem singultus admodum malus, qui in progressu morbi supervenit, cum in principio non adest sit finestus. Dysenteria si est symptoma febris malignæ, aut variolarum periculosa, & fere lethalis. Dysenteria

lenteria superveniens febris, aut si quæ aderat, intendatur malum, ostendens inflammationem, aut insignem intestinorum corruptelam. *Lienteria superveniens Dysenterie, admodum mala 7. apb. 76. Hipp.* Aphæ Dysenteria superveniens, ut plurimum lethale indicium. Si in dysenteria post aurem sinistram vel dextram nigra macula, vel tubercula appareant, æger citò moritur.

Gravidæ Dysenteria laborant, sunt in summo abortûs periculo, si verò partus legitimus superveniat, eadem subinde liberantur. Quoties in Dysenteria Tenesmus adest, cum hiatu ani, ut clysters injecti statim elabuntur, aut cum tanta adstrictione alvi, ut nihil intro-mitti possit, plerumque mortis signum est, cum hic tumor inflammatorius, & illuc adest paralytica dispositio. Qui ex Dysenteria intereunt, præcipuam mortis causam habent Gangrænam, & Sphacellum intest., quod observatur plerumque, triduo ante mortem, ubi sitis & dolor non amplius urget, & extrema frigent, pulsus fiunt debiles, exiles, inæquales, paucisque ante mortem horis delirant. Senes & pueri ex hoc morbo sæpius pereunt, quàm in media ætate constituti, ex Hipp. in prognost. Periculosior est Dysenteria, in qua floridus ex-cernitur sanguis, imò qui cruorem purum fundunt, cum continuus & ferè momentaneis sedibus, cum vigilis, anxietate cordis, siti intensa & sudore frigidò, mortem incurunt. Dysenteria aliquando intra 14. dies absolvitur: subinde etiam ad 6. septimanas se extendit, & tamen ægri moriuntur.

Si Dysenteria ructus superveniant, vel crepitus ventris bonum signum est, redeuntis nempe fermenti digestivi. Dysenteria pariter bona est, si Mania superveniat. Hipp. 7. apb. 15. etiam splenicis morbis si superveniat bona. Hipp. 6. apb. 45. sed si in his diutius duraret infert hydropem. Hipp. 6. apb. 45. Hydrops superveniens Dysen-teria, lethale signum, teste Hipp. Si adest lingua inflammatio & deglutiendi difficultas, malum absolute lethale, uti etiam raucoed & vocis deperditio. Summè periculosa est Dysenteria, in laborantibus suppressione mens., opiata antidysentericis mixta, si præmissis præmit-tendis exhibeantur, & prima nocte effectum ediderint, ita ut æger sentiat levamen, curabitur, si verò nullum, morietur. Infantum Dy-senteria, quæ fit cum vomitu, & vermibus, plerumque lethalis, jun-cta imprimis cum febre acuta. Malum in Dysenteria, si lumbrici si-mul infestent, si extrema frigeant, si torsiones nullis aut brevibus in-tervallis sint intercise, vel si derepentè altum sileant. Sinistri insu-per omnis est dejectio glutinosissima, qualis ex vesica calculosa ex-
cerni

cerni solet; item si excrementa rubiginem ferri dissolutam repræsen-tent. Si post usum opiatorum, altero mane color oculorum ægri sit immutatus, non superabit æger morbum ex observat. nonnullorum, secus reconvalecet. Podagricis & Lienosis superveniens Dysenteria, bonum. Hipp. 2. prognost. sed hoc magis est intelligendum de Diarr-hœa aut levisima Dysenteria. Ex Dysenteria intempestivè suppressâ, supervenire possunt inflammationes Menterii, Melancholiæ, Insa-nia, Pleuritis, Sanguinis vomitus, Epilepsia & Hydrops.

XIII.

Indicationes: sunt fortes & causam morbificam abstergere, irri-tationem intest. sistere, dolores & tormina inde orta sedare, salia acria temperare, malignitatem infringere, miasma contagiosum eliminare, noxamque intestinis illatam restituere, eaque roborare.

F.

Curatio fit abstergentibus, per os exhibitis, mitioribus tamen & adstringentibus mixtis, & statim à principio morbi, si corpus caco-chymicum, vel malum ortum fuerit ex fructibus horais, & Dysen-teria sit benigna, secus enim & in maligna cautius his utendum. Dari potest vel *pulvis Rhabar. tost.* cum *mirabol. cit.* & *nuç. mosch.* Rha-barb. enim tostum si sit, vis illius cathartica corrigitur & ligatur, ne-que humores ita commovet. Vel *aq. Plantag.* aut *laxat. cum pulv. Rhab. & syrup. ros. sol. de mirab.* cum *Rhab.* vel *Tinct. rhab.* aut *insuf. rhei in aq. plant.* aut *decoct. amar. mirab. &c.* cum *syr. ros. de cich.* cum *rhab. de mirab.* vid. Diarrhœa. item *rob. myrobal. cocchl. vel ij.* vel *ii. Elect. discord. ij. pulv. rhab. ij. rob. myrobal. ʒij. M.* Ex R. R. aliqui admiscunt unum vel dimid. gr. *laud. op.* nè hyperca-tharsis augeatur, alii è contra hoc intermittunt, & vesperi post operationem purgantium laudanum exhibent, ut fluctus excitati sopian-tur; exhibenda autem bis vel ter ejusmodi purgantia absterforia, interpositis aliquibus anodynis. *Nomistoria* suspècta, nè materia inte-stina superiora & ventric. versus trahatur, convenire tamen possunt, si oriretur à pharmaco maligno, aut veneno, vel si æger sit nauseabun-dus, vel facilis & admovendum aptus, & humor in ventriculum res-tagnare videatur; imò R. R. Rhabarbari locò exhibent, *Brafitensem radicem ipecacuanham* seu *Hypocuannam*, quæ vomitum utpluri-mum ciet; & intrâ triduum ferè affectum hunc curat.

Circa usum hujus radices Nota imò eam per 3. dies successivè ma-nè exhibendam, *ad ser. i. vel dr. ß.* ex *brod. calid.* vel *cerevis.* vel *Thee,* hinc horâ elapsâ præter propter, vel piruitam, vel bilem, vel acidum

acidum aliquid vomitu reddi. 2^o Illos, quibus primis statim morbi diebus propinatur, certius auxilium habere, quam alios diuturnitate magis enervatos. 3^o Ubi gravior impetus morbi, radicem vesperi reiterari: imò in malo gravissimo ter de die sumi posse, si præsertim prima vel altera vice non fuerit secutus vomitus. 4^o Remedium tutissimum esse, ut granum ejus infantulo semestri dari possit. 5^o Mali ominis esse, si post ejus usum nulla sequatur anxietas, nausea, vel vomitus. 6^o Eam etiam exhiberi posse in forma portionis, cum syrup. & aq. propria, vel in bolo cum conferva, vel in pilul. cum mucilag. irag. vel insusè ad zj. 7^o Si inter initia die uno aut altero dolor & alvi fluxus non cedat, radici non esse addendum laud. op. cum angustiam majorem excitet, sed intra illud manendum esse vel usum rad. torment. interpolandum. 8^o Radici substitui posse rad. torment. cum gr. ß. l. j. tart. emet.

II.

Clysteribus agendum, qui licet nimius eorum usus suspectus sit, ob aliquam iritationem fibrar. nervearum, necessarii tamen sunt, tum in benigna, ubi eluendæ sordes, tum ubi temperanda acrimonia, tum quando malum est in intestinis crassis, tum quando nimis affliguntur intestina tenuia & pylorus, ut sint quasi per modum stimuli revulserint. Sint igitur non adeò frequentes, ac in minori quantitate injiciantur, parati nunc ex detergentibus, ut v. gr. ß. Decoct. hord. lib. i. mell. ros. col. unc. ij. M. ß. Hord. tost. m. i. flor. ros. rub. verbas. an. m. ß. furfur. part. i. coque ex aq. f. q. in col. lib. i. dissolv. mell. ros. dr. vj. sacchar. rub. unc. i. vitell. ov. N. i. M. ß. Lact. chalyb. unc. x. mell. ros. unc. i. cereb. ven. vitell. ov. dissol. unc. ß. nunc contemperantes lenientes & anodyn. v. g. ß. Lact. chalyb. vel in quo aurum, vel silices, vel lateres, vel chalybs extinguitus est, unc. x. mell. ros. dr. x. sev. cerv. dr. vj. vitell. ov. Nij. M. ß. Lact. chalyb. decoct. hord. an. unc. iv. mell. ros. unc. i. mucil. sem. cyd. unc. ß. cereb. vitell. ov. dissol. unc. ß. sacch. sat. dr. ß. M. ß. Decoct. summit. hyper. cum pedibus vervecin. aut mesenterii unc. ij. theriac. dr. ij. ol. hyper. unc. i. ß. M. vel ß. Decoct. capit. vervec. cum rad. torment. unc. ß. & ß. hyper. m. j. fact. unc. viij. mell. mentib. ros. an. unc. i. ß. M. Sydenham, in torminibus ficcis, & Dysenteria, indolis magis subtilis & spirituosa, usus est Enemate ex fero lactis tepido sine sacch. sæpius repetito, ita ut rejecto 4^o Enemate, viderit semper cessare tormina, & dejectiones cruentes, ab eodem subfrigidè per os exhibito; nunc adstringentes & consolidantes, v. gr. ß. Rad.

consolid. m. torment. an. unc. ß. herb. plantag. potig. sanic. an. m. j. flor. verbas. ros. balausl. an. p. i. sem. plantag. dr. i. ß. coq. ex lact. chalyb. f. q. in col. unc. x. dissolv. sev. hirc. dr. vj. bol. armen. terr. sigill. à. dr. ß. ol. ros. cydon. an. unc. ß. M. Addunt alii vel substituant in decoct. rad. bistort. herb. burs. past. consol. hord. tost. nuc. cup. myrtill. in dissol. bals. peruv. ad dr. i. in vitell. ov. dissol. mucilag. iragac. succ. plantag. millefol. polyg. pulv. acac. hypocist. sang. drac. terr. sig. &c. aliqui sequenti utuntur. ß. Rad. bistort. torment. an. dr. ij. cort. gran. fl. balausl. an. dr. ij. alum. crud. scrup. i. coq. ex aq. comm. col. ad unc. x. inserviat pro Enemate.

Nota: in Dysenteria cavendum, nè pingua oleosa & salina Clysteribus admisceantur, quia acidum & corrosivum in sinu gerunt, neque etiam opium securum est, quia ægri plerumque Apoplexia corripuntur.

III.

V. S. convenit, si corpus plethoricum, si ex dolore vehementi metuenda sit inflammatio, si febris continua sit juncta, vel consueta sanguinis evacuatio suppressa, vel sanguis copiosè per alvum evacuetur. Si verò vires sint debiles, adsit anxietas, malignitas, à venæ sectione abstinendum est. Sydenham, cum affectum hunc credat esse febrem sui generis, in intestina intertroveram, curam à Venæ sectione inchoat, propinato noctu paregorico seu anodyno, ac sequenti aurore portione lenitiva, bis vel ter repetenda.

IV.

Sudorifera maximè utilia, si adsit malignitas, imò statim in principio exhibita, ita ut interdum purgantibus omissis, ad ea confugiendum sit, aliàs etiam in omni Dysenteria optimum est, ut æger per æqualem continuum calorem, ad sudorem disponatur.

V.

Narcotica, licet à multis damnentur, & dicantur necrotica, debite tamen exhibita, sacra sunt anchora, omnemque implent paginam. Willis ait: se quolibet vesperi, & insuper in quibusdam casibus etiam interdum, laudamini dosin satis magnam exhibuisse sine damno. Sydenham post V. S. & purgationem, vesperi semper exhibet laud. ut excitatus motus sufflamminetur. Idem præmissis præmittendis, exhibuit illud manè & vesperi, donec omnino convalesceret æger, nec vel minimùm incommodi à tam frequenti narcotici exhibitione expertus est: imò plures se novisse ait, qui in morbo contumaciori, eodem usi fuerunt ad aliquot septimanas. Exhibentur tutiùs & consultiùs

sub noctem, cum de die raro agant, felicitus verò operentur noctu, præsertim etiam cum ordinario circa noctem exasperetur Dysenteria; exhibentur vel sola, ut *laud. op.* & alia opiatam vulgò nota &c. vel quod melius, mixta absorbentibus, præcipitant. adstringent, aut alexipharmacis v. g. *℞. Conf. ros. rub. vet. ʒij. confect. alk. scr. i. laud. op. gr. ʒ. M. ℞. Ther. vel Mishrid. dr. ʒ. confect. alker. scrup. i. laud. op. gr. ʒ. ij. vel ʒij. M. F. Pil. N. vj. Confectio alkermes est efficac, uti in aliis, ita maximè in omni Dysenteria, teste Hildano. Sequens opiatam p. p. expertissima inventa est: *℞. Conf. ros. ves. unc. i. Ther. ves. diascord. à dr. i. terr. sigill. corall. rub. p. p. sem. plantag. an. scr. i. ʒ. C. C. phil. p. p. scr. i. lap. bez. occid. gr. vj. laud. op. gr. ʒ. iij. vel ʒ. cum f. q. syrup. de ros. sic. M. F. Elect.* singulis 4. horis nuc. jugl. magnitud. assumentum vel opiatam antidyfent, *Fransschimon: ℞. Pulv. rad. tormentill. terr. sigill. bol. arm. corall. rub. p. p. C. C. ust. priap. cerv. mandib. luc. cum dentib. ocul. canc. hematir. sperm. cet. croc. crystall. mont. p. p. semin. lapat. acut. sem. plantag. an. ʒj. gumm. tragac. ʒij. s. gener. myrobal. parum tostor. an. ʒij. M. F. Pulv. Dosis ʒj. ad ʒʒ.* Nota: si vis opiatam formare: *℞. Fluvis Pulv. part. i. syrup. Myrtill. triplicem M. F. Opiata.* Dosis dr. i. vel scr. iv. Nota: si vis formare Pilulas: *℞. Extr. tormentill. gr. iv. theriac. calest. gr. ʒ. M. F. Pilul. N. vi.* pro dosi. Valet etiam *Pulv. meus anodynus gr. ʒ. iv.* vel *laud. liquidum ad gutt. x.* vel *tinctur. anodyn. ad gutt. ʒj.* plus minus. *Pulvis & pilul. anti dysenterica Musitanæ* vid. supra tit. de Diarhœa.*

Clyster, ex lact. lib. i. cum ther. Andr. unc. ʒ. singulis diebus injici potest, si necesse. Huc quoque spectant reliqua anodyna, & epiceraftica, seu acrimoniam obrundentia per os exhibita, ut *ol. amygd. d. rec. expr.* si febris absit, & corpus bene priùs sit purgatum, *lac chalyb.* cum incoct. *rad. tormens. symph. maj.* vel cum *pul. terr. sigill.*

VI.

Veniendum ad *anti dysenterica specificis* appropriata, & *adstring.* quæ tamen non exhibenda nisi diebus 4. vel 5. circiter elapsis & præmissis laxativo-absterfivis in benigna, ac alexipharmacis in maligna, dolorèque ex parte sedato. Ex specificis internis sunt *priapus raur. cerv. & cet.* in pulv. *gelat. C. C. rasur. cran. hum.* vel ejus *usnea dens hippopotam. unicolor. ver. torn. vel sang. leporis, epar serpent. & viper.* præsertim in maligna *ungul. equi, pulv. alb. græc. pom. vel mal. cydon. excavat. cera & gumm. arab. replet. ass. & comest. pulv.*

pulv. suber. combust. vel torm. rub. fl. sulf. sacch. sat. alum. propinatam vel lact. vel vin. rubr. Huc spectant quoque *plant. pimpin. sanguisorb. fol. querc. lysimach. burs. past. millefol. consolid. maj. bistort. ros. balaustr. fl. papav. err. bellid. hyper. nux. mosch. lap. ham. bol. arm. terr. sigill. crist. smaragd. p. p. succin. croc. mari. adstr. rubric. fabrid. patam. ov. os sep. &c.* Ex compositis in usu sunt: *pulv. gran. aët. vel ʒ. Terr. sigill. dr. ʒj. C. C. f. ign. p. p. rasur. priap. cerv. an. unc. ʒ. pulv. rad. tormens. corall. rub. p. p. an. dr. i. ʒ. M. F. Pulv. Dof dr. i. vel ʒ. Corall. rub. p. p. dr. ʒ. C. C. ust. p. p. succin. p. p. bol. arm. p. p. nuc. mosch. an. dr. i. sacch. ros. tabul. unc. i. M. F. Pulv.*

Substitui vel addi possunt *pulv. rub. Pannon. rad. contrayerv. croc. mari. rad. bistort. gumm. trag. trochisc. de carab. sem. plantag.* In forma Jusculi v. gr. *Jusculum carnis vituli* optimè ulcera lenit. Jusculum diluens in Dysenteria & Diarrhœa inveterata, expertum in multis; accipitur *gallina* seu *pullus*, decoq. in ʒ. mensuris *aq. font.* ità ut vix carnis sapore referat, hujus jusculi aliquot haustus ager modicè calide faciat, eodemque tempore bona ejusdem quantitas pluribus clysteribus successivè injiciendis infervit, donec tam per os quàm per alvum tandem intrà tres vel quinque horas omne jusculum abstumptum & rejectum fuerit, sic enim humores acres foras eliminantur, & residui diluuntur. Pro coronide postea sequens datur: *℞. Aq. paralyseos ʒj. aq. menth. ʒj. laud. liquid. gutt. ʒj. Misc.* Valet etiam *tinct. corall. terr. catechu. succus bader. terrestr.* expertus est. Vel *Gelatin. mea C. C.* cum *ras. Ebor.* in decocto *rad. torment.* & decoct. *priap. cerv. fact. lib. ʒ.* detur cochlearium in jusculis. Valet etiam *muscus prunorum sylvestr.*

Dolus laudat centies probatum sequens: *Ol. amygd. a. rec. expr. cum succo citr. sæpè datum, & per aliquot dies continuatum, præmissis rhab. soft. Vel Pulvis Hoffmanni.* *℞. Pulv. croc. maris adstring. ʒʒ. C. C. ust. p. p. ʒj. rad. bistort. torment. an. ʒj. cinnam. elect. ʒʒ. sacch. saturu. ʒj. M. Dosis ʒj. ad ʒʒ. vel ʒ. Ther. opt. ʒj. lapid. hemat. ʒj. laud. op. gr. ʒ. M. Argilla furnaria est mirabile remedium ad intro datum, & etiam Clysteribus admixtum. In forma Mixture: *℞. Aq. plantag. unc. ʒj. cinnam. unc. ʒ. acet. ros. dr. ʒij. diascord. Irac. dr. i. trochisc. de carab. de terr. sigill. an. dr. ʒ. ocul. canc. p. p. scr. ʒj. syrup. myrr. dr. ʒj. M. potest etiam addi gr. i. vel ʒ. laud. op.* In forma Emulsionis noctu sumenda: *℞. Amygd. d. excort. unc. ʒ. sem. papav. alb. dr. ʒij. 4. frigid. maj. an. dr. ʒ.**

aq. plantag. fol. querc. an. unc. i. dysent. Dorn creull. Unc. ij. M. F. Emuls. adde C. C. ust. p. p. corall. rub. p. p. à. ser. i. man. Christ. perl. dr. y. jul. ros. unc. i. spirit. rub. id. ros. an. dr. B. M. In forma Elea Etuarii R. Conserv. ros. ves. unc. y. condis. carn. cydon. unc. i. ff. citr. arant. an. unc. B. bol. arm. terr. sigill. an. dr. i. tragac. dr. B. corall. rub. p. p. marg. p. p. an. ser. i. smaragd. p. p. ser. B. c. f. q. vin. gran. M. F. Elect. ter. de die fumend. quant. nuc. jugl. R. Conf. ros. rub. vitriol. unc. y. ther. Andromach. unc. B. pulv. rad. torment. constrayeru. corall. rub. p. p. margarit. p. p. à. dr. i. syrup. de ros. sicc. q. f. M. F. Elect. quarta quaque hora quant. nuc. castan. exhibend. desuper superbibendo Julapii seq. unc. ij. R. Ag. ment. meliss. cinnam. cydon. an. unc. iv. theriacal. epidem. an. unc. ij. marg. p. p. dr. i. sacch. unc. i. M. Huc spectat Elect. Sorbais. item supra descripti. inter narcotica. In forma Pilul. R. Extr. torment. dr. B. ther. calestis ser. B. laud. op. gr. v. M. F. Pilul. N. xxxv. Dos. N. v.

Si malum mitigatum, pro restituendis intestinis, in declinatione morbi conveniunt, remedia vulneraria, inter quæ eminent Balsamus Peruvian. vel in forma Pulv. cum saccharo & corall. mix. vel in viscel. ov. ad dr. B. dissol. & calidè propinat. vel Clyst. additus. Huc spectat Potio & Decoct. vulner. v. gr. Herb. beder. terrestr. Mij. achymil. plantag. an. mj. summit. hyper. p. iv. ras. C. C. unc. s. b. coq. in suffic. q. ag. in col. dissolv. syrup. corall. de symphyt. Fernel. an. unc. i. M. fumatur ter. de die haustus, cum vj. gust. bals. sulph. zereb. vel anis. vel R. Hord. mund. unc. i. rad. bistort. torment. cort. gran. an. unc. B. fol. querc. plant. sanc. pimpin. alb. an. mj. cap. papav. alb. N. ij. passul. min. unc. iv. aq. font. lib. iv. coq. ad med. Chalybeatæ etiam intro data, & in Clysteribus & Potibus mixta, sunt efficacia, acidum absorbendo, & vulnera consolidando.

In usu horum dictorum antidyfentericorum observandum, tum ut nunc calida nunc frigida eligantur, pro conditione humoris peccantis, tum, ut frigidis aliquid subinde calidorum coctionem adjuvantium addatur, ut nux mosch. ment. absinth. &c. cum in tota cura summa ratio habenda sit stomachi, non secus ac in aliis alvi stutibus, tum ut exhibeantur sæpius, & in parva quantitate, tum ut post V. S. & catharsin, per totum morbi decursum fumantur cardiaca, temperata, præsertim, in senioribus & phlegmaticis, ut spiritus, magna dejectione vitium prostrati, erigantur.

VII.

Inter extrinseca, conveniunt inunctiones ex ol. hyper. absinth. menth. nard. nuc. mosch. item theriac. cum terr. sigill. an. vel croc mart. applicat. vel ung. Dysenter. vel Comitiss. vel R. Ung. Comitiss. dr. vj. terr. sigill. dr. y. ther. Androm. dr. ij. cer. par. M. F. Empl. Convenit etiam emplastr. de bol. de mastich. stypt. Myrs. contrarupt. vel emplastr. de crust. pan. vel terr. sigill. cum theriac. & pane costo calidè Ventriculo & umbilico apposita. Cucurbitula parva ventriculo imponatur, ut cibum diutius detineat. Vel R. Empl. de crust. pan. unc. i. ung. Comitiss. dr. ij. ol. nuc. mosch. dr. ij. mastich. q. f. M. F. Empl. umbilico applic. Omentum castrati seu vervecis rec. mastici calidè applicatum, & reiteratum, vel argentine solium plantis pedum admotum, mira præstat. Cùm adstringentia hæc externa vix interiora penetrent, Fomenta sub formul. Saccul. & Cataplasm. præstantiora sunt: v. gr. Fol. querc. fursur. an. m. ij. flor. cham. verbasq. an. m. y. ex his concis. repl. 2. facculi quorum unus rotundus major umbilico, alter oblongus minor ano applicetur, acet. calido incoct. Cataplasm. ex mic. panis secal. unc. ij. & cydon. unc. i. in vin. rub. coct. cum pulv. mast. nuc. mosch. ros. rad. torment. caryoph. &c. alii applicant seq. R. Bol. arm. unc. i. alum. usc. B. farin. fabar. unc. i. B. album. ov. N. i. acet. q. f. Suffitus quoque egregii sunt, vel ex zereb. aut colophon. vel ex acet. vel ras. C. C. vel z. z. succin. mast. &c. vel R. Succin. cit. mast. thur. an. ser. iv. ff. lavend. p. ij. ros. pugill. i. zereb. coct. ad pondus omnium, contract. dentur ad scat. pro Suffitu. vel R. Zereb. coct. unc. B. thur. mast. an. dr. i. B. M. alii etiam Balneis & Insestibus utuntur, præsertim in pueris ex decoct. teneror. germin. Querc. baccar. vivid. Cypress. strob. Pin. &c. sed necesse est, ut corpus non sit cacochymicum, nec Dysenteria maligna sit, nec febrem comitem habeat.

VIII.

Dieta: Aër sit temperatus, purus. Victus expers omnis acrimonia, aciditatis & falsedinis, simulque adstringens, dentur cremor hordei, juscul. avenac. vervec. vitul. panisell. oryz. in lact. coct. pulv. amygd. carn. ass. aviculi. per d. turt. lepor. vitell. ov. in aur. &c. abstinendum à carnibus, saltem in principio: in declinatione possunt convenire assæ. Potus sit Emulsio amygd. d. cum decoct. C. C. parat. vel tint. ros. quâ solâ copiosè haustâ, multi curati fuere, vel aq. agitat. cum conf. ros. vel aq. auro ustulat. cum syrup. cyd. de ros. succ.

sicc. vel *aq. font.* in qua bona pars *lateris igniti* extincta est, &c. vel *Rad. tormen.* C.C. *ust. an. unc. 1.* coq. in *aq. chalyb. mens. 1.* & ad 3. p. adde in fin. *cinnam. acut. 5j.* addi possunt *sem. coriand. fenic. carv. cyd.* exsiccat. *prun. sylv.* subinde dilui potest cum *styr. rub. id. corall. vin. gran. styr. acetos. cit.* prodest & *decoct. mast.* in Vomitu *propof. aq. chalyb.* aut in qua *later. ignit.* extinct. immerso *pan. tost. pulv. nuc. mosch.* perfrict. Potus sit parvissimus, nec siti respondeat, ab eodem frigido, quantum est possibile, abstineat æger. Hinc *juscul. gall. calida* sapius sorpta, licet minus grata, sunt tamen summè proficua. Vinum, utpote egregium stomachicum, in Dysenteria, præsertim conjuncto vomitu, & absente febre, quandoque profuit, sed cum acoris ratione summè suspectum sit, cautissimè cum eò procedendum, præsertim eodem carere, vel non nisi *vin. gran.* aut *aq. chalyb.* diluto uti. Somnus optimum solarium, uti & quies ac vitatio omnis corporis jectitationis; hinc qui statim à morbi principio decumbunt, nec dedignantur in lecto super lineata dejicere, violentiam morbi facilius superant. Sedulo etiam caveant ægri, nè corpus refrigerent, & præsertim pedes, sed illud pro viribus calidum & blandum madore irroratum conservent. Excrementa in loca sanorum nè rejiciantur. Facibus inspergi potest *pulv. sympacher. Digbaï.* vel alvum expediat æger, super *caput mortuum virriol. mart.* habet enim vim magneticam, Vel *R. Frustulum ligni vulnerarii seu fraxini,* intinge illud excrementis cruentis, ut undique sit imbutum; tum fige illud in frustulum lardi, & relinque usque quò æger convalescat. Animi pathemata graviora facessant. Coitus evitetur, licitus tamen, tanquam expertum remedium, consulitur ab *Aetio,* & *Paulo & Amato Lusitano & Riverio.* Pulvis etiam digestivus in usum trahi potest, v. gr. *R. Sem. coriand. p. p. unc. 1. sant. rub. dr. ij. confect. man. Christ. perl. unc. 1. B. M. F. Tragaëa,* sumatur cum *pan. tost. vin. rubello chalyb.* imbut. vel *R. Lamin. pan. alb. vin. malv. mac. & exsic. unc. ij. sem. avis. fenic. an. unc. 3. cort. ext. cit. condit. sicc. unc. 1. corall. rub. p. p. marg. p. p. an. dr. ij. succin. alb. p. p. dr. 3. amb. gris. dr. 1. cinnam. dr. 1. sacch. ad pond. omn. 1v. iij.*

CAPUT VIII.

Tenesmus.

I.

Nomen: Tenesmus, à tensione dicitur: Germanicè, Zwang zum Stuhlgang.
II. *Defini-*

II.

Definitio: est assidua per alvum dejiciendi cupiditas, in qua vel nihil, vel pauca mucosa & cruenta dejiciuntur, dependens, ab irritatione Intestini recti. Nota: quod in superioribus intestinis est Dysenteria, hoc in intestino recto est Tenesmus; ordinariè enim Dysenteriam Tenesmus sequitur, unde Tenesmus dicitur Dysenteria species.

III.

Genus: est symptoma expultricis irritatæ.

IV.

Subjectum: Intestinum rectum, cum ejus musculo Sphinctere.

V.

Differentia: Alius est *per essentiam*, seu idiopathicus, id est, affecto per se intestino recto; alius *per consensum*, s. sympathicus ut in nephritide calculo vesic. par. &c. propter vicinitatem istarum partium. Tenesmus à Dysenteria differt. 1^{mo} in Tenesmo assidua est egerendi cupiditas, in Dysenteria interpolata, & dilucida habens intervalla, 2^{do} in Tenesmo post impulsum egerendi, prodit mucus exiguus, modo sanguinolentus, modo purulentus; in Dysenteria, & excrementa, & humores qualibet dejectione excernuntur, 3^{to} Tenesmus sæpè est sine Dysenteria, Dysenteria raro sine Tenesmo. Nota 2^{do} Tenesmus differt à Hæmorrhoidum dolore (licet in utroque idem sit symptoma, nempe intestini recti & ani dolor) tamen loco differt, quòd Hæmorrhoides proprie sint in ano, Tenesmus in fine recti intestini.

VI.

Cause irritantes: vel sunt tales per essentiam, ut irritatio ab intestini recti refrigeratione, aut à muco viscido, acido, ut in Dysenteria, aut à purgantibus, tum ob excreta acriora, tum ob resinofas purgantium particulas, intestino recto pertinacius affixas, aut ab ani inflammatione infestante, cum dolore, tumore, rubore loci affecti, idque non sine pulsatione, æstu, siti, difficili & dolorosa excretionem &c. aut ab ulcere, fistulis, hæmorrhoid. cæcis, ascariidibus &c. vel per consensum, ut in nephrit. sub motu calculi, calculo vesicæ, mulieribus partui vicinis, vermibus. Tenesmum etiam inducit, sessio supra lapides frigidus, maxime tempore hyemali juxta illud:

Mensibus erraticis, super lapidem nè sedeatis.

VII. *Signa*

VII.

Signa Diagnostica: per se patent.

VIII.

Prognostica: Tenesmus per consensum, absque periculo est, qui per essentiam, inferit subinde precipitentiam ani, vel ulcus aut fistulam. Aliàs Tenesmus est morbus gravis, ratione molestiæ & durationis ex Hipp. 7. aph. 27. *prægnantibus si Tenesmus superveniat, abortus causa est;* ob uterum vicinum simul irritatum, *Rectum intestinum inflammatum, facit Stranguriam.* Hipp. 5. aph. 58.

IX.

Indicationes & Curatio: pro causar. varietate variant. *Clysmata* conveniunt, in pauca quantitate, canalem etiam levissimè podici inferendo, sint nunc lenientia, nunc abstergentia, nunc glutinantia, præstantissimum est paratum sequens. *℞. Fl. verbasce. m. j. ros. rub. m. ℞. sem. psyll. fenugr. an. dr. ij. lumbr. concisor. unc. i. coq. in lact. rec. l. q. in col. lib. i. dissolv. sev. hirc. unc. i. mell. ros. dr. vj. M. F. Clyst.* pro duab. dosibus. Convenit etiam *brod. carn. aut capis. vervec.* cum *gutt. aliquot ol. dest. cer. vel balsam. peruv. vel ℞. Jur. castv. ping. non salit. unc. viij. tereb. vitell. ov. dissol. dr. ij. mell. ros. unc. i. M.* ex topicis appropriatum est *verbasce. in lact. coct. cum spong. vel linteis* multiplic. *vel decoctum sol. quercus,* cum *fursur.* in aq. *sabor.* linteis vel spongiâ applicatum. Vel Saccul. parat. *ex sol. verb. & absinth. in lact. decoct. v. gr. ℞. Fol. verbasce. absinth. an. m. vj. coq. in lact. recent. & includ. 2. Saccul. qui alter-natim ano & ventri applic. vel ex Flor. verbasce. cham. melil. sem. lin. fenugr. &c. vel ex fursur. & sol. querc. ex acet. vel aq. chalyb. decocti. vel Sacculus ex milio fursur. & sale,* calidè & siccè applicatis.

Prodest & vapor ex ejusmodi decoctis exceptus. Suffitus quoque egregii sunt, ut *suffit. de verbasce. Myns.* vel ex *tereb. & pulv. verb.* super laminam ferream, vel ex *aceto* infuso super laterem. vel ex *thure pic. coloph. &c.* carbonibus vivis injecto, vel sequens *Fo-vestli. ℞. Mast. dr. i. thur. scr. i. myrsill. dr. i. ℞. ros. rub. scr. ij. M. F. Pulv.* pro suffumig. vel *℞. Mast. dr. ij. thur. flor. cal. an. dr. ℞. j. verbasce. ros. rub. an. sc. ij. M.* vel *℞. Tereb. coct. unc. ℞. thur. mast. an. dr. ℞. M.* contract. dentur, ad chart. vel ex *sabin. in aq. & acr. cocti.* Suffumigium sequens miraculosè sistit Tenesmum. *℞. Mastick. ʒj. thur. ʒj. semin. myrsill. ʒj. flor. ros. sicc. ʒij. s. Pulvis* pro fumo,

fumo, post secessum in sella perforata excipiendo. Vel Unguentum mirabile ad dolores sedandos. *℞. Pulv. Litharg. amyli. an. ʒj. ceruss. ʒj. cere ʒij. butyr. ping. anat. an. ʒj. ol. jascini q. s. f. Ung. molle.* Nonnulli commendant Suppositoria ex *sev. hirc.* admixt. quandoque *sem. vel ol. hyosc. papav.* vel etiam *op. gr. i. in ol. amygd. dul. sol.* quæ omnia solvuntur, & in nodul. chartaceum Suppositorii forma effunduntur. Prodest quoque immixtus Nodus ex *mucil. sem. psyll. cyd.* cum *vitell. ov. & ung. popul.* item ununctio intestini recti cum *butyr. non salit.* cum *alcohol lapid. scissili.* In Dysenteria Tenesmus non oritur ab ulcere intestini recti, sed dum morbus hic diu excurrit, supervenit ex eo, quod natura & superiora intestina sese exonerent in intestinum rectum, quod ob spirituum inopium & tonum labefactatum, illud quod molestum est, foras eliminare nequit, atque in hoc casu potius *analeptici* utendum; cum erectentibus viribus, decrescat ejusmodi excernendi desiderium, & immixta topica plus irritent, quàm aliquid efficiant, ut adeo clysters, & topica quæcunque, molestiam magis augeant, è contra liquores cardiaci & analeptici, vires augendo, plurimum prosint.



CAPUT IX.

Fluxus Epaticus.

I.

Nomen: Fluxus Epaticus, Diarrhœa cruenta, Hæmorrhagia Intestinalium, vel Fluxus hæmorrhoidium interiorum, Dysenteria epatica: Germanicè, *Leber-Kuhr.*

II.

Definitio: est còpiosa & frequens, sanguinis tenuis & aquosi, loturæ carniùm similis, absque dolore per alvum excretio, cum colore rotius corporis pallidò, inflatione & tumore palpebrarum, & pedum &c. Hunc fluxum falsò hepaticum dixerunt Veteres, eò quod illi Hepar officinam sanguinis putarunt, hoc autem non esse, mox dicemus de subjecto hujus affectùs.

III.

Genus: est symptoma in excretis.

IV.

Subiectum: juxta Antiquos est Hepar sanguificans, quæ sententia à Recentioribus improbat, quia Cor est organum sanguificans, non Hepar, quòd non nisi perfecte vel depurative ad hoc opus concurrat; Contribuit tamen debilitas Hepatis aliquid ad hunc affectum, non depurando satis sanguinem: Juxta Recentiores sunt Vasa Intestinalia, & subinde tota M.S.

V.

Differentia: alius dicitur *verus* seu legitimus, ortus, ex imbecillitate & atonia seu languore epatis, alius *spurius*, ortus ex acrimonia sanguinis.

VI.

Cause: Juxta A.A. est deficiens sanguinis, seu potius hepatis sanguificatio, ob ejus atoniam & debilitatem. R. R. eum oriri volunt, vel à fluxu Hæmorrhoidum internarum, vel post curatam Dysenteriam, in qua ob depurperatam M. S. ac nimis hiantia intestinorum vasa, subinde talis Diarrhoea cruenta, ac Dysenteria habitualis oriri solet; vel ex hæmorrhagia intestinali exorta, vel discrasia sanguinis ejusque acrimonia, à salibus sylvestri, vel ejus colliqatione & nimia ferrositate, tonum partium simul labefactante, vel à sero copioso, depravato sanguini mixto, vel ex suppressa consueta evacuatione, vel à circulatione sanguinis impedita, ex insigniori obstructione in quodam vicere abdominis, ut contingit in Lienosis, vel à nimio potu aquæ, cerevisiæ, abusu spiritus vini, de quibus postea vid. tit. de Fluxu Hæmorrhoidum, quæ in causis ut plurimum conveniunt.

VII.

Signa diagnostica: dicta in definitione, quæ exinde colligenda sunt. Distinguitur fluxus Hepaticus à fluxu Hæmorrhoidum, quod in hoc facies post sanguinem excernatur, in fluxu hepatico sanguis post fæces excernatur. Nota: hic affectus est rarus, & raro Medico occurrit.

Quæres: cur in hoc affectu nullus sit dolor in intestinis, ut in Dysenteria, cum tamen serum seu lymphæ salsa sit, & acris? R. 1^o serum in hoc casu à cruditate fieri, non à corruptione, idè etiam mixte est, & non acre, nec mordax. R. 2^o hoc serum à permixti sanguinis bonitate demulcerur, unde etiam dolorem non facit. R. 3^o etiam

etiam in fluxu Epatico adesse aliqualem dolorem, sed tantum gravantem & quasi stupidum.

VIII.

Prognostica: Malum hoc in juvenibus difficulter, in senibus raro curatur, aliàs facile disponit ad Cachexiam, Hydropem vel Tabem. Prognosis eadem etiam est in hoc affectu, quæ in fluxu Hæmorrhoidum; si Dysenteria succedat, uti solet, lethalis est.

IX.

Indicationes: sunt sanguinis discrasiam corrigere, acrimoniam ejus temperare, serum copiosius & abundans evacuare, vasa aperta claudere, & organa sanguificationis roborare.

I.

Curatio: fit V. S. omitendo, nisi plethora vel consueta evacuatio suppressa, aut aliqua saltem revulsio necessaria sit, aut etiam adsit febris, tunc saltem ventilatoria locum habet.

II.

Abstinento etiam à *purgantibus*, nisi Rhabarbarinis, in sanguine seroso vel bilioso existente. Sic exhiberi posset *rhab.* cum *myrob.* Vel per longum tempus *scrup. i. rhabarb. Clysters* etiam ex *lacte chalybeato & leniter adstringentes*, nè intestina relaxentur, interdum injici possunt.

III.

Fonticulus, in brach. excitatus, magnæ poterit esse efficaciz.

IV.

Pro acrimonia sanguinis temperanda, utile *lac.* vel *serum lact. smaragdinar.*

V.

In copia materiæ serosæ nonnulli quoque propinant *decoctum chinae*. sudores enim alvi fluxum imminuere solent, rapta scilicet aliorum materiæ serosæ. Si æger fudet, & leviter id ferat, magna salubritas est spes, secus contrarium & noxæ epatis signum cum ejus imbecillitate. Scirrhus aut Obstructione detenti vix guttulam sudoris emittere possunt.

VI.

Reborantibus & adstringentibus, ex quibus excellunt *corallia*, eorumque *ssr. imit.* & *magist.* cum *succ. citr.* parat. *gelat. C. C.*

cum *aq. cinnam.* parat, *strochis. de carab. decoct. cichor.* cum *pass. unicorn. foss. ebor. f. igne, decoct. cydon. & agrimon. vel cichor. pim-pin. sanguisorb. acetos.* cum *syrop. corall. rib. berb. &c.* Vel *juscula* ex dictis herbis, quibus adde *plantag. fanicul. pulmentum ex fabis rubris* cum *lact.* factum, manè & vesp. sumptum. *Pulvis tarturis combust.* est specificus. Dosis ʒʒ. ad ʒij. per se vel in vehiculo, vel cum *cons. ros. antiq.* datus, idem facit *pulvis flor. Lysimachia lutea.* datus. *rob passul.* Ex compositis præscribitur postlunt, vel Pulveres v. g. ʒ. *Ebor. f. ign. p. p. dr. ij. epat. lup. p. p. dr. i. ʒ. spec. diarrion fantal. dr. i. M. f. Pulv. vel Tabell. diarrion fant. dupl. rhab.* Valet etiam *rimct. ros. flor. bellid. Timct. hamarit.* cum *anodyn. succ. urtic. rec.* expressus, ad ʒij. datus. *Pulv. Dolæ* specificus ʒ. *Croc. mart. ad rubed. calc. Vitriol. mart. ad albed. calc. an. ʒj. corall. rub. p. p. ʒiʒ. camph. gr. vj. fuligin. Vitriol.* in fundo cacabi ænei veteris derasi ʒʒ. *land. cydon. Hoffm. gr. v. Misf. Pulv.* à ʒʒ. ad ʒj. in vehiculo. Plura vide in Dysent. & Diarrhoea. *Passula varj.* in copia commestæ, sunt optimæ, quia laudabilem sanguinis crasin & fermentationem faciunt, ac discrasiam corrigunt. Vel Elect. varia v. g. ʒ. *Cons. rad. cich. unc. i. ros. vet. unc. ʒ. pulp. passul. Corinth. dr. vj. croc. mart. dr. i. corall. rub. p. p. ras. ebor. C. C. à. ʒj.* cum *syrop. de ros. succ. f. q. M.* in Elect. adde *spir. vitriol. scr. ʒ. vel ʒ. Passul. corinth. lib. ʒ. coq. in vin. veter.* ad pulvis consistentiam, trajic. per setacum add. *corr. cit. cond. unc. ʒ. spec. diarrion. sans. diamarg. frigid. an. dr. i. corall. rub. ros. rub. an. scrup. IV. jecor lup. p. p. dr. ij. M. F. Opiata.*

VII.

Extrinfecus pro inunctione hepatis locum habet, *ceras. sans.* cum *croc. mart. adstr. ol. cyd. abiss.* Epithema v. g. ʒ. *Aq. dest. cich. endiv. absinth. an. unc. iv. acet. ros. unc. ij. pulv. sans. rub. ros. rub. spod. à ʒʒ. M.* Fieri quoque potest *Fotus ex sol. querc. plantag. rad. torment. bistort. cinnam.* in saccul. inclus. in *vin. rub.* & acetos decoctus & applicatus.

VIII.

Dietæ in Cibis conveniunt *hordeat. amygd. oryza;* *epata animal.* ut *anser. gallin. testes pullor. pulp. pass.* item *juscula destillata* restituantia. *Gelatin. C. C.* cum *decoct. rad. torment.* fact. Pro Potu detur, *Timct. ros. vel decoct. cich. gram. acetos. &c.* cum *syrop. cyd. & spir. vitriol.* Plura vide de Dysenteria.

CAPUT

CAPUT X.
Lumbrici seu Vermes.

I.

Nomen: Lumbrici, german. *Wurm.* Nota: Vermes dicuntur à verrendo, vel vertendo, quòd in multas partes se vertant & torqueant, dum repunt, & se de parte in partem vertant, Lumbrici dicuntur, à lubricitate.

II.

Definitio: Sunt Animalcula lumbriciformia, toto genere p. n. in Intestinis genita, functiones eorum impediencia.

III.

Genus: sunt morbus materialis in numero aucto, sicuti Calculus, vel potius, sunt causæ morbificæ. Vel sunt symptoma in excæcis toto genere præter naturam.

IV.

Subjectum: Intestina nunc tenuia, nunc crassa, ut in ascaridibus, quamvis teste experientia, Vermes in aliis multis partibus generentur; sed frequentissimè in Intestinis. Præterea hic affectus nulli sexui & ætati parciat, familiarior tamen Infantibus, etiam in utero existentibus, ut testatur *Dolæus. Hollerius* se in foetu mortuo, mox à partu vermes invenisse, quin etiam in senibus octuaginta & ultra annorum, eosdem repenisse tradit.

V.

Differentia: Alii sunt *oblongi*, *vereses* seu *rotundi* die *Epulo Wurm*, qui frequentius generantur in intest. tenuibus, & sunt similes Lumbricis terrestribus, ac hi sæpius per os rejiciuntur. Alii *lati* dicti etiam *rania & fascie.* Tænia gracis fascia dicitur, & *cucurbitani*, die *Bändl-Wurm*, qui aliquando per tota intestina extenduntur. Alii *Ascarides* seu *rinca*, ventris parvi scil. verniculi, florum particulas referentes, iisque similes, qui in caseo & jumentorum excrementis observantur, die *Maden*; generantur hi in intestino recto, ejusque sphinctere. Lumbricus latus juxta aliquos est tantum receptaculum lumbricorum, quod tamen sensui repugnat; cum capite præditus sit, atque motum habeat, ad quem comparatæ illæ incisiones, seu genicula & internodia semen cucurbitæ plus minus referentia, ac mira

ferie sibi invicem coherentia. Hic Vermis longitudine sæpius aliquot ulnas æquat, quare alii hos dividunt in *longos & breves*, illos feminas; hos mares & *cucurbitinos* appellant.

VI.

Causa interna: Humor pituitosus, viscosus, crassus, & lentus, principium seminale sui generis, seu ovula cum alimentis assumpta, & à mæscis, vel aliunde eò deposita, in se continens, quæ à calore putredinali in actum deducta, in Vermes degenerant.

VII.

Causa dispositiva: Debilitas stomachi, ac calor debilior, ovula non destruens, bilis inertia & aquositas, infantes, pueri, lactantes, & unà cum lacte carnis cibati, subiecta pituitosa &c.

Dices: *Galen. comment. aph. 21. sect. 3.* ait in pueris lac sugentibus, Vermes non generari. *ꝛ. Galenum* corrigit *Hippoc. 4. de morbis*, dicens: in pueris, dum utero clausi sunt, generari Vermes; rationem addit: quia in iis fæces retinentur.

VIII.

Externa: Nimia ingluvies, cibi faciliè putrescentes, & crassum succum generantes, atque ii, quibus mulca ut plurimum insidere, ac in iis ovula deponere gaudent, ut caseus, lactinia, legumina, fruct. horar. saccharata, dulcia, pingua, quæ tamen Lumbricos potius commovent, quam generant, cum aliàs putredini resistent.

IX.

Signa Diagnostica: manifesta, si Vermes per alvum aut vomitum rejiciantur, aliàs varia sunt eorum signa, non omnia in omnibus sed plura in pluribus apparentia. Freqventiora & magis ordinaria sunt: fætor oris peculiaris, subacidus, dejectiones stercorei bubulo similes, coloris grysei, ut argillam dissolutam referant, inflatio tympanica ventris, cum dolore ejus lancinante, seu morfu, & vellicatione, jejunos magis affligente. pruritus narium, stridor dentium, tussis sicca, pavores in somno, ut derepentè clamantes expergeant, tremor, tussis sicca, Vigilia, appetitus, modò auctus, modò diminutus. Quandoque cum nausea vel vomitu, præsertim, matutino, aut diarrhoea, facies pallida, livida, cachectica, cum oculis concavis, & cæruleo quasi circulo aut annulo circumductis, subinde etiam per intervalla rubescens, corporis macilentia, nasi acuties, gingivarum erosio, Urinæ varia,

varia, albæ, obscuræ, spumosa, turbida, sudores frigidi, pulsus inæqualis, respiratio & loquela intercepta, Diarrhoea, Atrophia &c. subinde etiam accedit febris continua, capitis gravitas, sopor, delirium, cardialgia, convulsio, syncope &c. In Lumbrico lato, appetentia cibi nimia, & perpetua, ac nisi cibus offeratur, dolor & morsus, corpus tamen extenuatur, & cum alvi excrementis corporiscula quadam cucurbitæ feminibus similia excernuntur. In Ascaridibus, est dolor ac pruritus molestissimus circa anum, cum gravitate dorri & tenesmo.

X.

Prognostica: Lumbrici, teste *Celso*, plures, paucioribus deteriorés, & majores minoribus; subinde gravia causantur accidentia, ut febrem intensam inordinatam, syncopen, aphoniam, delirium, epilepsiam, colicam &c. Lumbrici quoque ulcera in intestinis faciunt, quæ & dolore & stercore purulento se manifestant: subinde foramina perrepunt, tumore externo subsequente, Lumbricus latus, curatur quidem difficilior teretibus, qui tamen peiores, graviora ob mobilitatem excitant accidentia. Ascarides omnium tutissimi sunt. In morborum principio Vermes prodire malum, tam vivos, quam mortuos, præsertim si soli, & sine stercore exeant, cum illi crudiatem vel alimentum penuriam, hi summam indicent putredinem; in declinatione morbi autem, coctione apparente, cum excrementis exeuntes, salutem portendunt test. *Hipp. 2. prasag. 18.* quia criticè procedunt. In genere Vermes semper sunt mali.

XI.

Indicationes: sunt Vermes enecare, vivi enim difficulter expelluntur, quia intestinis adherent, expellere, ac sentinam putridam, solidum in quo stabulantur evacoare.

I.

Curatio: cavendum est, an febris adsit, vel absit, & an alvus fluida; præsentem enim febrem, calidiora non sunt tuta, & quando alvus est fluida, melius est Vermes enecare, quam alvum movere. Fit itaque Curatio *Evacuantiibus* simulque *enecantibus* ut v. g. in forma Potionis: *ꝛ. Rhubar. elect. dr. 1. Sant. cit. scr. ʒ. infund. in aquagram. vel portul. unc. ij. in express. dissol. Rhab. pulv. contra Vermes an. scr. 1. syr. stor. persic. unc. 1. M.* Laudatur etiam *Elect. & extract. diacarb.* item *syr. fl. persic.* cum pulv. *mechoac.* vel *gialapp.* quæ specifica est in Vermibus. In forma Pulveris, *ꝛ. Spec. diacarb. & Rhab.*

Rhab. ser. ij. scam. sulph. ser. ʒ. crem. tart. gr. vj. M. F. Pulv.
 Utilissimus est *mercurius dulc.* v. gr. in Puero 8, vel 10. annorum
 ꝛ. *Mercur. dulc. gr. xij. diagra. gr. vj. M. f. Pulv.* exhibendus cum
 pom. colt. sacch. consperso, vel *pyracell. saccharat.* vel *R. Gial. pulv.*
gr. xij. mercur. gr. vij. sal absinth. gr. ij. sacch. finiss. ser. ʒ. M. f.
Pulv. In forma Pilular. ꝛ. *Extr. panchym. ser. 1. trochisf. alb. gr.*
iv. sacc. absint. inspiss. gr. v. cum ag. stor. persic. s. q. M. f. Pilul.
N. xj. deaur. vel R. Mast. pil. de nit. Trall. ser. 1. vel ʒ. extract. co-
locynth gr. vj. vel loco hujus, merc. dulc. ser. ʒ. ol. destill. sabin. gutt.
ij. cum s. q. ag. absinth. f. Pilul. N. xj. deaur. Profunt & pilul. Fran-
cofurtens. Emanuel. de hier. pic. &c. In forma Noduli: ꝛ. *Dictam.*
alb. angel. an. dr. ij. Herb. absinth. Rom. card. bened. cent. min. scord.
an. mj. sol. senn. unc. 1. agar. trochisf. dr. ij. rhab. el. sem. santon. an.
dr. ij. M. f. Nodulus pro mens. hyaromellis alternis diebus sumendus;
 In forma Rotularum, quæ utilissimæ: ꝛ. *Merc. dulc. resin. scam. an.*
dr. ij. sacchar. alb. unc. ij. gum. tragac. ag. card. bened. dilut. gr.
xvij. M. f. Rotul. pond. 1. scrup. de his una trimo, una & semis puero
 6, annorum, duæ 12. annorum, & 4. adulto, quotidie dentur. Vel
 Bolus expertus *R. Pulv. rhab. elect. ʒj. resin. jalap. trit. gr. xij.*
merc. dulc. ritè p. p. ʒj. conf. ros. liquid. ʒj. M. & divide in doses
 N. vj. in sex chartis ceratis; sumuntur per sex dies mandè. Vel Pulv.
 Augustanorum contra Vermes: ꝛ. *Pulv. sem. santon. ʒʒ. fol. senna*
sol. ʒj. coriandr. p. p. C. C. ust. a. gr. viij. M. Dosis culpis cultri, vel
R. Pulv. rad. gialapp. ʒʒ. C. C. ust. specif. cephal. an. gr. iv. M. pro
 Infante, vel ꝛ. *Conserv. flor. persic. ʒj. pulv. rad. gialapp. ʒʒ;*
merc. dulc. ritè p. p. gr. v. M. f. Bolus. Pulvis contra Vermes *Au-*
gustiani expertus: ꝛ. *Sem. santon. sem. tanac. citr. mundi an. ʒj.*
corall. ʒʒ. pulv. bryon. ʒj. sem. hyper. ʒij. Merc. d. rit. & rec. p. p. ʒiij.
rhab. ʒj. M. f. Pulvis, ad Vermes & etiam eorum ovula expellenda
 & necanda, & ab iisdem præservando. Dosis à ʒj, ad ʒj, in quocun-
 que vehiculo,

II.

Clysteribus utendum, & quidem paratis ex *dulcibus*; pro iis
 alliendis, ut v. g. ex *jussul. pull.* admixt. *sacch. & mell. rosar.* vel
 ex *lact.* aut *decoct. glycyrrh. pass. sic. &c.* ex anthelminticis parati
 Clyst. in causa sunt, ut Vermes ad superiora pellantur, & gravissima
 excipient symptomata, quare iis adfinendum, nisi dum eos in inte-
 stinis crassiss morari suspicio sit, cum sic vix amplius in tenuia ascen-
 dere possint. Parantur v. g. sequenti modo: ꝛ. *Summis. absinth. tanacet.*
abros.

abros. an. p. 1. pulp. colocynth. in pet. lig. dr. 1. coq. in f. q. aqu. font.
 in col. dissolv. *Elect. hier. pic. bened. laxas. an. dr. ij. ol. absinth.*
unc. 1. ʒ. sal. dr. ʒ. M.

III.

Anthelminticis utendum, & eaque præcipuè propinanda luna de-
 crescente, mixtaque cum dulcibus, ut alliantur & fallantur Vermes.
 Ex his laudatur *succo nastur.* cum *vin. ag. comm.* vel alia anthelmin-
 tica cum *insuf. hydragyrg.* per noct. vel in qua *hydrargyrg.* per ho-
 ram integram in ampulla vitrea semi plena agitatur, vel bullit. *pulv. C. C.*
ust. spir. C. C. essentificat. pulv. & morsul. ex lumbric. calcina. qui
 tamen seminium post se relinquere dicuntur. *sem. & herb. corall. sem.*
santon f. contra vermes. sacch. incrust. vel crudum cum *mell.* ex-
 hibet. vel ejus *pulv.* cum *rad. prunul. ver. pulv.* alii laudant *cret.*
coloniens. alii *lac* in quo *alium* bullierit; item *ol. comm.* cum *vin.* vel
ol. amygd. d. cum nulla Insecta vivant in oleo, licet vivant in aceto,
 hinc *Forestus* pro arcano habuit, *succ. gran. cum ol. oliv. v. g. R. Succ.*
gran. unc. 1. ol. oliv. unc. ʒ. B. M. laudatur spirit. C. C. spirit. urina.
arcam. dubitac. sal. deglutitum, ascendentes Vermes ad stomachum
 & ultra repellit, item *spir. sulph.* Laudatur etiam *ol. dest. junip. ad*
gutt. 2. vel 3. vel Elixir prop. Far. item *myrrh. zed. tanac. gent. cap.*
conci. & in aq. per noct. *insuf.* Ex compositis in usu sunt variæ Pul-
 veres v. g. *Pulv. ad Vermes Augustan.* item *Timæi,* est arcanum con-
 tra vermes approbatissimum *R. Sem. santon. unc. ʒ. fol. carduib. fl.*
tanac. rad. filic. a. dr. 1. vitriol. calcen. ser. ij. M. In mort. marm.
 & f. Pulv. detur dr. ʒ. vel 1. ex *hyromell.* luna decresc. Vel *R. Corall.*
ser. iv. dictamn. alb. dr. ʒ. sem. santon. rhab. an. ser. 1. M. f. Pulv.
 addi vel substitui possunt *Amyrrh. zedoar. C. C. ust. rad. gent. &c.*
 quàm maximè in usu sunt *Rotulæ. v. g. R. Pulv. corallin. f. iv. sem.*
santon. c. c. ust. p. p. an. dr. 1. sacch. in ag. plantag. sol. q. s. M. f.
Rotul. parv. de quibus N. ix. vel xi. fumantur. vel *R. Sem. santon.*
dr. ij. urb. elect. dr. 1. rhab. opt. dr. 1. ʒ. resin. gialap. f. a. solut.
scrup. ʒ. corall. dr. ʒ. ol. dest. cit. gust. ij. sacch. albiss. in ag. stor.
persic. solut. Solent etiam parari Noduli, vino vel cerevis. infunden-
 di. v. g. *R. Rad. filic. dr. ij. dictamn. cret. cicbur. hivo. an. dr. ij.*
fol. card. ben. m. ʒ. fl. tanac. hyper. an. p. 1. sem. santon. dr. ij. cit.
carduib. ser. 1. passul. min. unc. ʒ. incin. dentur ad Nodul. Sequentes
Rotulæ etiam laudantur. *R. Pulv. C. C. usti p. p. corall. p. p. an. gr.*
xv. mercur. dulc. ritè p. p. ʒj. sacch. in ag. ros. fol. ʒʒ. vel ij. Fl. a.
Rotula, detur quandoque una, Vel Pulvis *R. C. C. ust. p. p. ʒj. arcam.*
 Z z
 dup. sic.

*duplic. ꝑj. M. deur cuspis cultri. Vel aquamea vermisuga. ꝛ. Mercur. rectè purgati ꝑj. aq. gram. porr. an. ꝑiv. Macera duabus horis, sæpe ac fortiter agitando, postea decant, aq. & colā, relicto in vase mercurio, dentur cochlearia tria ter de die. Vel ꝛ. Conserv. flor. persic. ꝑj. vel ꝑij. mercur. dulc. ritè p. p. gr. v. vel viij. M. s. Bolus. Aliqui his non proficientibus etiam ipsum argentum vivum exhibent, vel cum saccharo, per continuam trituram in pulv. redact. vel cum sulph. mixt. sub nomine *ethiop. mineral.* Vel cum sacch. rub. in mort. mortific. additis aliquot gutt. *ol. amygd. d.* nè in pristinam formam redeat; vel cum aloè & *cereb. in pilul.* quo tamen in casu, si os vel leviter intumesceret, vel exculceretur, ac salivatio excitaretur, ab eodem protinus abstinendum.*

IV.

Extrinfecis etiam utendum ut *ung. de arthanit.* quò bis in die largiter ad ignem venter inungatur, cum subinde & alvum fluidam reddat; vel ꝛ. *Ung. de arthan.* vel *ad vermes August. dr. iij. elixir prop. dr. i. M.* vel ꝛ. *Ung. contr. verm. Augustan. unc. i. fell. saur. in ꝑss. dr. i. ol. dest. absinth. sanac. an. gutt. vj. M.* ꝛ. *Ung. de arthanit. unc. ij. mercur. viv. dr. i. M.* prodest & *ol. simpl.* in quo *pulp. colocynth.* coct. vel ꝛ. *Colocynth. dr. vj. teratur cum fell. bov. & vin.* impon. umbilico. Vel *Oleum Habacuc*, quod est valde utile; vel ꝛ. *Unguent. de arthanit. vel ung. contr. verm. ꝑb. ol. myrrh. ꝑj. ol. cbeiri, absinth. à ꝑij. ol. philosoph. ꝑb.* In Ascariidibus, qui circa anum harent, optimè valet *spongia lacte imbuta*, vel *melle*, & inponatur ano, vel intestino recto; vel fiat *Suppositorium ex caseo, sui inherens*, & expurgantur. Item Cataplasma. ꝛ. *Farin. lupin. unc. ij. myrrh. aloè an. dr. ij. fell. bov. & ol. absinth. q. ꝑss. Cataplasma. vel ꝛ. Com. absinth. sanac. cent. min. an. m. j.* incis. minut. add. *myrrh. el. pulv. dr. ij.* contund. in mort. & madefact. *succ. absinth.* ligentur supra umbilic. plura vide de Morbis Infant. & meum tractatum de Vermibus.

V.

Dieta: àer sit temperatus, cibus euchythus & boni succi; fugienda quæ cruditates suggerunt chylumque crassum & glutinosum præbent: ut pinguis lacticin. dulcisa fruct. horar. pisces &c. potus sit *C. C. usq. cerevisia* bene defæcata, vel *vin.* seu *Absinth.* omnes enim Vermes vinum averfantur, & observant *Bartholmo.* fugiunt ex antris terræ, vino irrigatæ, vel dentur *decoct. ras. C. C.* vel *rad. gram.* cum *spir. vit.* vel *decocto sebest.* præcipuè in pueris, in cibus frequenter miscendum *oleum*, cum in eo suffocentur & pœreant, cavenda sunt dulcicia, quæ sunt Vermium illecebræ, amara verò illorum mors. CAPUL.

CAPUT XI.

Hernia intestinalis, & alia Herniarum species.

I.

Nomen: Hernia Intestinalis, græcè Enterocœle, Ruptura, Crepatura, Ramex intestinalis. Ramex dicitur à Ramo, seu similitudine tumoris, in quo venæ ramicosæ apparent. German. Darm-Bruch.

II.

Definitio: est Intestinorum sæpè etiam cum omento, è sua sede in Scrotum prolapsus, dependens, à Peritonæo vel rupto vel laxato. Notæ: ex intestinis duo tantum in scrotum prolabi possunt, cæcum & ileon; duodenum enim & rectum non posse, ex Anatomia patet; jejunum utpote & colon, undique ligatum, æque non possunt.

III.

Genus: est Morbus in situ præter naturali vitatio.

IV.

Subiectum: Peritonæum, præcipuè quoad ejus processus.

V.

Differentia: Alia est, dum intestina in scrotum decidunt, & præsertim ileum, unde etiam Enterocœle græcè dicitur, crassa enim intestina, uti firmiter lumbis & hypochondriis annexa, citra vim divulsionis situm mutare nequeunt; alia dum omentum decidit, dicta *epiplocele* seu *zirbalis* seu *hernia omenti*, *Neg-Bruch*. Alia *mixta*, *epiplomenterocœle*, alia *perfecta* seu completa dicta *scrotalis* seu *osbecœle*, si nempe intestina in ipsum usque scrotum descendant, tunc enim verè completa & perfecta constituitur Hernia, & in specie & stricte, Enterocœle & *Epiplocele* dicitur. Alia *imperfecta inguinalis* & *hubonocœle* dicta, si intestina ultra inguina non prolabantur, nec in scrotum descendant, sed in inguinibus tumorem rotundum, pressu facile intropellendum, & ad excitatam tussim prominentem, & ac crepaturas excitantem efficiat: hæc etiam fœminis communis est, ex partu laborioso, vel fatu nimis grandi, ob ligamenta uteri peritonæum perforantia, licet in iis rarior sit, eò quòd firmiori prædita sint peritonæo; subinde hanc Herniam mentitur testiculorum alter, abdomen versus retractus. Distinguitur à bubone, tensione & renitentia, aliquando

etiam calore, rubore & febre, quæ omnia *umbilicalis* seu *omphalocele*, *Nabel-Bruch*. Frequenter contingens ex partu difficili, dum in umbilico contingit ruptura, aut ibidem tumor, aut prominencia, nunc nucis, nunc pomi, nunc facci magnitudine apparet; item alia *magna*, alia *parva*, alia *recens*, alia *inveterata*. Sub Herniarum speciebus & differentiis, continetur etiam *Hydrocele*, seu *hernia aquosa*, seu collectio aquæ in testiculis, vel scroto. *Sarcocele*, seu *Hernia carnisosa* est excrementa carnea in testiculis, vel scroto, crescens, vel accrescens. *Pneumatocele*, seu *Hernia flatusosa*, à flatibus orta, *Cirroccele*, seu *Hernia varicosa*, ob Venulas multas crassas repletas, & stagnantes, quæ Varices dicuntur. *Hernia venæris*, cum testes impuro concubitu intumescunt, de hac agemus Titulo de Lue Venerea, *Spermatoccele*, cum vas circulatorium corrugatur & in scroto delabitur. *Hernia Uterina*, tantum feminis propria, seu *procidencia useri*, de qua in affectibus Uteri.

VI.

Causæ: Vel ruptura Peritonæi, à quovis motu violento, ut casu ex alto, percuss. saltu, equitat, vomitu, tussi, sternutat. partu difficili, oneris gravioris elevatione, vocis intentione, clamore, spiritus retentione, crurum divaricatione, coitu nimio &c. vel ejus laxatio, ab iisdem causis, sensim & sæpe illud impetentibus, accedente maxime peritonæi & inguinum debilitate & humiditate.

VII.

Causæ Dispositivæ: Juvenes, ob varias violentias & motus excessivos, Pueri, ob teneram mollitiem & laxitatem, Senes, ob cruditates, & pituitosas frigiditates, Tubicines, Cantores, Concionatores, item in aqua morantes, ut Piscatores, Nautæ &c. Intemperantia, Vulnèra.

VIII.

Signa Diagnostica: Tumor in scroto, vel inguine aut umbilico, per se indolens, nisi subinde oriatur à flatibus, vel intestina in angustiori foramine inclusa sint; quò in casu Hernia incarcerata dicitur, præsertim etiam dum scybalæ includuntur, ut ob duritiem & timorem provolvi nequeant. Hic tumor à principio vix nucem avellanam aequat, hinc instar nuc. juglandis, postmodum pomi majoris, & sic ultra augetur, crescit & protuberat, præcipuè in stantibus, vel tussitentibus: nunc minuitur, vel in totum evanescit, seu compressus manibus, seu in decumbentibus, ubi ægrò resupinatò, ac elevatis non nihil

nihil cruribus & natibus, interdum cum murmure in abdomen relabuntur. Nullus adest dolor, ob laxitatem partis, nisi res fiat à facibus induratis in iis detentis. Hydrocele distinguitur à Sarcocele, per tumoris transparentiam & opacitatem, quia in Hydrocele, si in loco obscuro lumen, vel candela post scrotum ponatur, ex opposito loco oculus aquam transparentem videt, secus, in Sarcocele, in qua densa caro opacitatem infert.

IX.

Prognostica: Ruptura frequentior est in omphalocele seu umbilicali, rarior in scrotali seu enteroccele. Ruptura in Pueris facilius sanabilis: in Adultis difficilius, & vix unquam, nisi parva sit, in Senibus neutiquam, quia membrana illa peritonæi, utpote tenuis & nervosa in senibus, neque per primam, neque per secundam intentionem, id est, neque per se, neque per cicatricem coalescit, semel rupta. Licet igitur multa, à grandiloquis in Herniis deprædicentur remedia, pauca tamen, vel nulla sunt, quæ famam sustinent. Bina sunt pericula ex herniis ingruentia, nempe morbus Iliacus, occasione irritationis intestini in loco prolapsi, seu ab extrinsecis, ut frigore subitaneo, contusione &c. seu internis, ut retentis flatibus, facibus &c. imò Hernia quandoque tanta est, ut intestinorum magnus acervus in scroto descendat, & fæces cum magno periculo impediuntur, ut non nisi cum gravissimo dolore exire queant. Item in Intestina prolapsa inflammantur, & gangrænam concipiunt, unde mors; vel suppurant, & suppurata foras aperiantur, ut stercorea & assumpta egrediantur. Si in Herniis prolapsis accedat dolor abdominis, & scroci, cum assiduus vomitus, sequitur inflammatio, gangræna, hinc passio Iliaca & ipsa mors. Hernia aquosa, si à Hydrope dependet, curatò illò, curatur & illa. Secundo facile curatur, apertione à perito Chyrurgo facta, prout ipse sæpius feci. Sacrocele, est laboriosa, & difficillimæ curationis, ob densitatem carnis, emollientia enim eum magis adaugent, adstringentia autem magis indurant.

X.

Indicationes: sunt Intestina prolapsa reponere, reposita firmare, ac peritonæum consolidare.

I.

Curatio: fit removendo impedimenta, ut flatus, fæces, duritiem, quæ potius oriatur à spasmodica membranarum intest. tensione, quam à facibus, cum tales non sint in intestinis tenuibus, & crassa decidere nequeant, intus igitur dentur *aromatica* ut: *sem. 4. caliam. in vin.*
Z z 3 bullit.

bullit *ol. amygd. d. cum vin. malv. aq. carmin. &c.* extrinsecus alii foveat Herniam *vin. rub. calid. Riverius applicat sp. vin. calid.* alii comendant *oment. castrat. tepid.* prodest etiam *sil. crud. cum cumini.* in *lixiv. ciner. fag.* decoct. addito in fine, pauc. *vin. malv. & calide* sæpius applicat. optimus est etiam *Fotus ex sterc. ovill. in lact. coct.* eodem etiam Cataplasma modo superimpositò, alii utuntur Fomento v. gr. *℞. Fl. verbasc. chamom. mellil. an. p. ij. summit. aneth. m. j. sem. lin. fenugr. malv. an. unc. B. coq. in aq. f. g. f. Ros.* cum spong. hinc inunctio tepida *ol. lil. alb. aneth. cham.* alii desuper imponunt Cataplasma. *℞. Rad. lil. alb. rec. unc. i. sol. malv. violar. pariet. fl. cham. mellil. an. mj. surf. m. B. coq. ad mollit. contuf. add. jarin. rad. alth. bord. sem. lin. an. unc. ij. ol. ros. lil. alb. an. unc. i. B. M.* sunt alii qui *pellem leporis in cerevisia calefactam* applicant, alii cum summo fructu *saccul. interpassat. emollient. herb. impletos in aq. decoquant,* & postmodum *spir. vin.* calefacto immerfos, applicant. Clysteres etiam conveniunt emoll. & carminat. v. g. *℞. Decoctò carminat. unc. viij. ol. chamom. amygd. dulc. an. unc. i. B. laur. unc. i. mell. anisof. unc. i. B. electuar. diacarb. dr. vj. M. Vel* *℞. Rad. & sol. malv. alth. viol. pariet. an. m. j. fl. cham. mellil. samb. an. m. B. sem. lin. fenugr. an. unc. B. anis. fanic. m. dr. ij. coq. in f. g. aq. ad 3. in col. dissol. el. diacarb. unc. B. vitell. ov. N. ij. ol. cham. aneth. butyr. recent. ar. unc. ij. M.* residuum clyster. includ. saccul. vel *℞. Fol. pariet. malv. verbasc. an. mj. fl. cham. mellil. aneth. sambuc. an. m. B. sem. anis. fanic. an. unc. B.* incif. dentur ad chart. pro saccul. Clysteres autem maximè profunt, præsertim si prolapsus jam confirmatus, & symptomata gravia urgeant, in recenti autem iis cautè urendum, nè unà cum intestino descendant in scrotum, & malum urgeant; hinc præstat, alvum obstructam suppositoriò laxare, moxque *Saccul. emoll. & discutientem* applicare.

II.

Intestina prolapsa manu decenter reponenda, citra violentiam, nè confusio vel inflammatio sequatur. Nota: hoc in casu Herniam vel esse parvam, recentem, & intestinum vacuum, & sic facile manu reponi, vel eidem associatam esse inflammationem, quæ patet ex dolore, calore, rubore, feбри, &c. vel flatus, & fæces retentas, atque sic hæcè prius prospiciendum esse. Si repositio nullò modo fieri possit, instantibus vomitibus & doloribus, extremum remedium est Chyrurgia, faciendò aperturam in inguine, intestina sic reposita firmanda, tum per fascias & subligacula. *Bruch-Bänder,* seu ex corio, seu panno

gossy.

gossypino, seu ferro aut chalybe parata, tum per subiecta medicamenta, ut *empl. contrà ruptur. de pell. ariet. dia suph. Ruiland. facta prius inunct.* cum *balsam. sulph. calid. vel oxyc. empl. contr. hern. Myrs. contr. rupt. Würz.* Sequens etiam expertum dicitur: *℞. Gummi. carann. sem. nasturt. an. q. fl. cum album. ovi f. Empl. vel ℞. Empl. cont. rupt. pic. navah. liq. empl. dia suph. Rul. an. q. f. malaxetur cum li. q. ol. hyper. induc. super alut. applic. calidissime nec remouventur prius, quam spontè decidat; hinc denud applica, facta prius inunct.* cum *balsam. sulph. calid.* Commendant alii *emplastr. ex resin. pin. mixt. cum lateribus coctis pulveris.* & crasse super alut. extens. Emplastrum expertum & arcanum *Mustanò. ℞. Farin. fabbar. lib. i. sem. psyl. sem. Cydon. an. ʒj. consol. maj. ʒiv. vin. & acer. q. s. f. Empl. applicandum, & omni triduo renovandum; & per tres vel 4. hebdomadas continuandum; postea utatur æger hoc Arcano per 40. dies, quod omnem recentem Herniam curat, nempe: *℞. Echium seu erinacum vivum, in ollam ol. oliv. plenam immerge, in ea bulliat, usque quo totus sit dissolutus, exprimatur deinde oleum ab animali residuum, & fervetur pro usu, manè & vespere in unguent. adhibita semper debita ligaturà, seu ligaculo, quod semper est necessarium, aliud Emplastrum excellens sed valde perosum, describit in sua chyrurgia, Tomo I. cap. 56. fol. 258. Commendatur etiam *sucus Herniar. cum farin. fab. mixt. item mucilago sphyre. maj. Zuvòssi. gelatin. contra berniam Sorbait. ol. hyper. sercib. spic. vitell. ov. inprimis ol. lacert. vel ol. aut balsam. Conzagrano. & item linca intincta in aceto dest. in quo lytharg. solut. Interim topica hæc, promissione magna, sed expectatione sæpius fallacia sunt, applicanda autem 40. diebus, cum quiete & continuo decubitu in dorso, subligaculo, & bona victus ratione.***

III.

Intrinsecus etiam *consolidamibus & vulnerariis* utendum, ex quibus excellent: *Ess. symph. hyper. bals. sal. gemm. Schröder. decoct. contrà berniam. Myrs. vel seq. ℞. Rad. torment. consolid. m. bistort. an. unc. B. Herb. fanic. prol. alchym. agrim. an. mj. fl. ros. balauf. pap. errat. an. p. ij. sem. anis. dr. ij. dentur ad Saccul. pro 2. mens. vin. alb. & aq. font. addunt alii & fistulant; rad. sigill. Salom. Valerian. glycyrrh. herb. pilosell. millefol. burf. pastor. plantag. berniar. epas. nob. Pulveres etiam profunt. *℞. Rad. torment. consolid. m. an. dr. i. herb. berniar. persol. corak. rub. p. p. thur. mast. an. dr. B. M. F. pulv. vel ℞. Herb. hep. nob. berniar. sem.**

per-

perfoliat. an. scr. ij. croc. mars. adstr. dr. i. spec. arom. ros. diarrhod. Abb. an. scr. i. mast. dr. B. sacch. albiss. unc. ij. v. f. Pulv. subtiliss. in form. Elect. ʒ. Conserv. symph. unc. ij. ros. vet. unc. i. cort. cit. cond. aurant. condit. an. unc. B. pulv. herb. perfoliat. berniar. rad. conf. maj. an. dr. i. B. sem. plantag. scr. iv. corall. rub. p. p. dr. i. B. marg. p. p. dr. B. lap. chrysol. p. p. scr. i. Symp. corat. ʒ. f. M. f. Elect. Dol. quant. jugl. m. & v. bibendo desuper vin. auster. rub. cum infus. traumar. Inter simplicia est semen nasturt. quod nulli cedit remedio, intus & extus usurpatum. Sic *Fonseca pulv. hujus sem.* subigit cum album. ov. & extensum super alutam, applicat. Alius quidam plures Pueros restituit, propinando interius sem. nasturt. vin. infus. exterius verò applicando frustum pedis anguill. cum album. ov. oblutitum.

IV.

Si hæc non sufficiant, Subligaculo contentus sit ager, secus accedendum ad Orchocomos seu Sectores testicularios, Bruchschneider, quorum operatio formidabilis licet, certa tamen & secura, imò etiam dolorem momentaneum ingens compensat utilitas, dummodo à peritis administretur, aliàs etiam periculo non caret, & non administranda in ætate senili; sed si sit inveterata, pharmacia frustra adhibita, & tumor maximus.

V.

Diata: vitetur frigus, præsertim subitaneum. Victus sit parcior, vitentur flatulenta & excrementitia, ut legum. oler. lacticin. pisc. caro salit. infumat. suill. caseus. Potus sit vin. rub. vel cerevis. defacat. imponendo subinde rad. consol. maj. herb. pyrol. sanic. persol. &c. vitetur repletio, & vehemens corporis motus, præsertim equitatio, saltatio, cursus per loca declivia, elevatio oneris gravioris, vociferatio. Alvus sit semper lubrica; à vomitu, tussi, sternutatione, crura comprimenda, aut decussatim implicanda. In dejiciendis alvi facibus, inguina & scrotum manu comprimantur. Cæterum quies & Ligatura præcipuum sunt in Hernia arcanum. Plura vide apud *Paracelum & Parmanum.*

CAPUT

CAPUT XII.

Procidentia Ani,

I.

Nomen: Ani procidentia, seu Procidentia sedis & Procidea sedes, German. Ausfallung des Afters, Vorfaltung des hint. rn Leibs. Anus habet tres musculos, primus spincter dicitur, ossis sacri partibus infimis annexus, Anum in orbem complectitur, & constringit, ut fæces retineat; reliqui duo levatores dicuntur, qui Anum per excretionem depulsam, sursum retrahunt.

Nota: Procidentia est nomen generale pathologicum, denotans morbum, & quidem in situ vitiatum, quando pars quædam prolabitur extra suum locum genuinum, unde procidentie ani, uteri &c.

II.

Descriptio & causa: est exterioris Recti Intestini partis extra prominentia, accidens, vel ex nimia & frequentissima, vel violenta Ani extrusione, ut in Dysenteria, Tenesmo, acrimonia Clysteris aut suppositorii, facibus duris, ac excrementis viscidis, in intestino recto subsistentibus, ac id continuo stimulantibus. In Partu difficili, Calculo vesicæ, qui diutius affligens, ordinarie Procidentiam Ani causat, vel ex paralytica dispositione muscutorum levatorum, anum retrahentium; seu hæc contingat vitiò nervorum, ut in percussione, aut casu ab alto, supra os sacrum, vel vertebrae lumborum, seu vitio fibrarum musculi laxatarum & extensarum. Vel à frigore externo, dum protrusum diutius extraheret, vel ab excrementis serosioribus aut aquosioribus, copiose & crebrius per anum secedentibus.

III.

Causa Dispositiva: Pueruli, Gravida, Parturientes.

IV.

Genus & Subjectum: est morbus in situ p. n. intestini recti, exterioris partis & spincteris, unà cum musculis levatoribus.

V.

Prognosis: Ani procidentia pro causarum varietate, nunc magis nunc minus curatu difficilis, & nunc magis, nunc minus periculosa; à Paralyi orta, difficulter curatur. Si diutius prociderit, subinde insignem tumorem contrahit, unde inflammatio & gangræna, si ob Partus difficultatem, aut dolorem intensum in sectione calculi hæc accidat, hisce cessantibus, hæc etiam remittit.

VI.

Indicationes: sunt Anum reponere, impedimenta repositionis removere, & repositum firmare.

I.

Curatio: fit præmittendo *Clyst.* si alvus obstructa, & *fomenta*, si adfit inflammatio, & tumor intestini prolapsi. v. g. *Bz. Summit. absinth. hyper. stor. sambuc. cham. meli. an. m. B. ros. rub. p. j. coq. in lact. dulc. vel vin. rub. adstring.* hoc foveatur anus, donec inflammatio & tumor cesset. Ante tumorem enim discussum, nec potest, nec debet reponi Intestinum. Vel *ꝛ. Flor. verbasc. q. f.* inde facculo, qui in *lacte* coct. pro fomento Ano applicetur. Utiles etiam sunt *sulfur. fecal. repid.* cum faccul. impositi. In diuturno malo foveatur prius anus *vin. rub. vel decoct. seq. ꝛ. Flor. cham. aneth. fol. salu. balaust. an. m. B. gallar. par. 2.* coq. in *vin. chalyb.* quò foveatur Anus, insperg. dein *pulv. ros. balaust. mastich.*

II.

Anus reponenda ope manuum, dum indice, digito, vel per se vel lineatò circumvolutò intruditur. Alii eum priùs iniungunt *ol. hyper. vel in infantibus ol. ros.* superaspero subtilissimo *pulv. gallar. vel pulv. scarabeorum* in stercore equino natorum. *Fabricius* in prolapsu intestini recti extra refrigerati, sic processit: primò Fotu seq. usus est *ꝛ. Fol. & stor. verbasc. stor. cham. meli. rad. & fol. alth. an. m. 1. sem. lin. fenugr. an. unc. 1. anis. unc. B.* coq. in *lact. vacc.* pro Fotu per horam, per lineatò dupl. hinc toti intestino hunc inspergat *Pulv. ꝛ. Fl. ros. rub. cort. granas. nuc. cupress. mast. thur. croc. mart. plumb. ust. an. dr. 1. M. f. Pulv.* tandem illud reduxit.

III.

Pro firmatione post repositionem, patiens coxas & crura extendere, & ità quam diu potest, quietus jacere debet. Optimum etiam est, ossi sacro aut lumbis applicatum *oxycroc.* aut *empl. ex gumm. sagapen. & opopan. an. q. f.* super alutam induct. & calidissimè applicat. vel *meum Empl. ad renes.* Alii iniungunt os sacrum *ol. castor.* Sufsitius etiam egregius est. seq. *ꝛ. Asphalt. succin. mast. thur. myrrh. an. dr. 1.* contul. inspergantur carbonibus igni. &c. item applicat *faccul. ex sulfur. mellefi. & stor. verbasc. ros. rub. fol. querc. cort. gran.* in *acet. dest. vel vin. rub.* coct. præsertim si post Partum difficile malum ortum fuerit, alii utuntur sequenti Fomento: *ꝛ. Cort.*

gran.

gran. unc. ij. fol. plant. querc. an. m. j. flor. cham. ros. rub. an. p. ij. balaust. dr. ij. alum. crud. dr. ij. coq. cum ag. ferrat. l. vin. rub. adstr. ad unc. XX. vel ꝛ. Bol. arm. sang. drac. an. unc. B. gyps. dr. ij. croc. mart. adstr. dr. j. M. f. Pulv. subtiliss. excip. *spong. ag. ros. cum alb. ov. dissol. imbut. & applic.* Nonnulli jubent *Ægrum* insidere per quadrantem, *asser: protee caesalto. & mastich.* illitò vel *medull. burc.* aut *cervin.* idque quàm calidè ferre potest *Æger.* alii iniungunt *ol. mast.* in quo *fl. verbasc.* bullierint, vel *scaraba.*

IV.

Dietæ: fit siccans, vitentur motus violenti ante cibum, nè alvus contspetur. Sumi possunt quedam *pilul. usual.* vid. plura apud *Paracelsum & Purmannum.*



CAPUT XIII.

Fluxus Hæmorrhoidum

I.

Nomen: Fluxus hæmorrhoidum, german. *Gulden - Ueber - Fluss.* Hæmorrhoidis derivatur, à græco *hama*, quod denotat sanguinem, & *hæm.* quod significat fluo vel stillo; ergo Hæmorrhoidis dicitur sanguinis fluxus. Hæmorrhoides nihil aliud sunt, quàm Varices venarum Ani. Varix verò est vena aperta, vel potiùs nimis dilatata.

II.

Definitio: Est rejectio sanguinis ex intestini recti vasis hæmorrhoidalibus, per anum facta, nunc majori nunc minori quantitate, dependens, ab eodem sanguine peccante, vel in quanto, vel in quali. Si enim moderatus sit hic fluxus, salutaris est, & à gravissimis malis præservat, ut testatur *Hippoc. in aph. & aliis locis*, secus autem, si sit nimius; sic enim magnorum & multorum morborum causa est, ut patebit in prognost. Hic etiam prænotandum, quòd licet hic fluxus utriusque sexui accidat, magis tamen est familiaris Viris, quàm Fæminis; quibusdam hic fluxus est tam familiaris, ut tam viris quàm fæminis singulari mensibus, aliis singulari septimanis redeat.

III.

Genus: est symptoma in excretis præter naturam,

IV.

Subjectum: intestini recti arteriæ & venæ internæ, à quibus cum non absorbeaturn stagnando, paulisper arteriolas disrumpit, & se exonerat sanguis.

V.

Differentia: Aliæ sunt *spontaneæ*, beneficio scilicet naturæ se exonerantis: aliæ *non spontaneæ* & quidem vel *criticæ*, in morbi declinatione contingentes, vel *sympomaticæ*, ex quacunque causa in ægri perniciem exortæ, aliæ *moderata*, aliæ nimium, & *immodicè fluentes*, de quibus hic potissimum agitur; aliæ sunt *periodicæ*; quæ certam periodum, aliæ *erraticæ*, quæ nullum certum recursum tempus observant. Aliæ sunt *externæ*, aliæ *internæ*, seu *cæcæ*, seu *fururæ*: aliæ à figura & tumore dicuntur *Verrucosæ*, *uvæ*, *ficus*, à figura Verrucarum, uvarum & ficum; aliæ sunt *malignæ*, *cancerosæ*, *gangranosæ*, *sinuosæ*, *scirrhosæ*, vulgò dicuntur *mariscæ*; aliæ *hereditaria*, ut de Judæis nonnulli affirmant, aliæ *non*.

VI.

Causa interna: eadem cum aliis Hæmorrhagiis sanguinis, nempe vel orgasmus & turgescencia, quò spectat; consueta evacuatio suppressa, vel qualitas ejus tenuis, acris, salino-acida, vel biliosa.

VII.

Causa dispositiva: Hæreditaria Dispositio, juxtà illud:

Qui vires in foliis, venit à radicibus humor.

Sic patrum in natos abeunt cum femine morbi.

Subjecta Hypochondr. splenetica, cholericæ, macilentæ, & colorem faciei ad viridem inclinatum habentia. item mens. suppress. Laborantes; hinc etiam subinde mulieribus habitioribus post. 48. annum, ordinariò menstruo fluxui succedunt, ratio datur: quia & Venæ hæmorrhoidales, & Venæ menstruales procedunt à trunco seu ramo hypogastrico, ut ergò unò fluxu deficiente nimirum menstruo, alter seu hæmorrhoidalis succedere possit. Testatur experientia, hoc ipsum passim fieri.

VIII.

Causæ externæ: sunt aer calidus æstivus, hinc Italis frequens hic fluxus, cibi nimium aromatizati, acres, saliti, usus vini meri, purgantia magis resinosa, ut *scammoniata* vel *aloëtica*; hæc enim interne

terne sumpta, referant vasa. Externe applicata, vasa consolidant. Idem dicendum de Suppositoriis acrioribus. Fortior motus, saltatio nimia, equitatio, aut vechio gravior, fæces duriores, clyst. & suppositoria acria, conatus laboriosior in partu, terror, timor, tristitia, curæ, vigiliæ.

IX.

Signa diagnostica: signis quidem hic affectus non adeò indiget, qui ipsos testes sensus habet omni exceptione majores, & in definitione jam expressa sunt; nihilominus nè aliquid omittere videamur, sequentia signa hunc affectum ad oculum demonstrant: materia nempe, ex apertis hæmorrhoidibus fluens, est ordinariò sanguis floridus, nunc niger, fæculentus, crassus, guttatim effluens qui charta emunctoria sæpius deprehenditur, tandem citrinus, uti & pallidus, hinc color faciei pallescit, vires labascunt, crura languescunt &c. subinde etiam effluit aliis humor aquosus citrinus, ex vasis lymphaticis, apertis ipsis venis & arteriis vicinissimis, sanguis hæmorrhoidalis plerumque in principio exonerationis alvi præcurrit, emungitur in progressu, ac ex toto cessat in fine; excrementis etiam supernatant. Nota: 1^{mo} differt hic fluxus à Fluxu Hepatico, quòd in Hæmorrhoidibus plerumque fæces post sanguinem exonerantur, in Fluxu Hepatico contrarium fit. Nota 2^{do} differt à Dysenteria, secundum magis & minus. In Hæmorrhoidum fluxu, sanguis cum excremento profluit, & excrementi superficies sanguine tantum conspergitur; In Dysenteria, sanguis seu cruor excremento commiscetur.

X.

Prognostica: Hæmorrhoides criticæ aut spontaneæ non nimie sunt salubres, præservantes, & curantes multos morbos, à Melancholia vulgò derivatos, ut Maniam, Melancholiam, Scorbutum, Scirrhos, Tumores viscerum ac similia mala; unde non sine ratione quibusdam Venæ aureæ dicuntur. Sic dantur quoque exempla plurium Virorum longævorum, ex periodico hæmorrhoidum fluxu. Item salutare sunt, quando contingunt menstruationis locò. Suppressæ, quæ semel, ac iterum fluxerunt, nunc sovent, nunc exacerbant morbos chronicos, ut Cord. palpita. Pedum tumores, Scirrhos lienis, Nephritidem, & speciatim Arthritidem, quæ ab iisdem fluentibus, non parum levatur. Fluxus hic diuturnior & copiosior, vires prosternt, lithomyias excitat, cruditatibus generandis ansam præbet, hinc Cachexiæ, Hydropes, Tabes, Apoplex. &c. Hipp. 6. apb. 11. ait: *Melancholicus & Nephritis; Hæmorrhoides supervenientes, bono sunt.*

item 6. *aph. 21. Infans, si varices vel Hemorrhoides appareant, Infans sic solutio.* Item 6. *aph. 12. diuturnas curans Hemorrhoides, nisi una quapiam servecur aperta, periculum aqua inter cunctem, aut tabis impendet.* item 4. *aph. 25. Superna sanguinis reiectio omnis mala; inferna verò nigra bona.* Mulieribus sæpe locò menstrui salutariter contingunt.

XI.

Indicationes: sunt Sanguinis per alvum effluxum & turgescen-
tiam compescere, acrimoniam ejus temperare, fluxionem aliò diver-
tere, vaforumque orificia intrà intestinum rectum dehiscencia occlu-
dere, symptomata præsentia vel imminetia mitigare & præcavere.

I.

Curatio: fit relinquendo motum naturæ, quamdiu hic fluxus fit
cum Ægri levamine; estque criticus, natura enim in suo opere non
est turbanda, sed relinquenda.

II.

Si nimius fit, utendo *V. S. revulsoriam*, præsertim si evacuatō
sanguinis suppressa. Venæ sectio repetatur, si inflammatio, plethora
& vires adsint; frictions, ligaturas cucurbitulas scarificatas; ad sca-
pulas, vel siccas ad hypochondr. vel mammas.

III.

Rarius sunt purgandi fluxu Hæmorrhoid. laborantes, præsertim
per validiora vel aloëtica, ut jam in causis diximus; in abundantia
tamen materiæ serosæ vel biliosæ, blanda purgatio ex *tamar. rhab.*
myrob. manna, cassia, sero lact. tamarind. mercur. dul. rit. p. p.
syrap. ros. silut. syr. de cicbor. cum rhab. non oberit.

IV.

Conveniunt ea quæ in Diarrhœa ac Dysenteria sunt specifica, ac
in usu sunt, ad Hæmorrhagias habituales vi acidi absorbtiva simul in-
structa, id est: leniter *adstringentia, & incrassantia*, ut v. gr. *conf.*
fol. querc. syr. de ros. sic. quo Borellum insignem Hæmorrhoidum
fluxum compescuit *syr. & succ. portul. succ. urtic. maj.* qui est ex-
perimentum *River. succ. & syrap. de stercor. afin. decoct. sanguisorb.*
est egregium experimentum, teste *Barthol.* item *Deus equi marin.*
ex quo *annuli* etiam parantur, pollicibus pedum applicandi. Pro-
fuit & *trochisc. de carab.* ac præsertim *pilul. de bdell.* item *lapis*
hamat.

hamat. croc. mart. adstr. ther. laud. op. nam opiata quasvis hæ-
morrhagias sistunt, sentum partium vellicatorum mitigando, ac san-
guinis impetum motivum nonnihil cohibendo. Ex *compositis* in usu
esse possunt, vel Elect. *z. Conf. ros. rub. vitriol. rad. symph. m.*
cicbor. an. unc. B. diacydon. dr. x. lap. hamat. zerr. sigill. an.
dr. i. corall. rub. p. p. ser. ij. Vitriol. mart. ad albed. calc. ser. i.
laud. op. ser. B. syr. cyd. q. s. M. f. Elect. Dos. dr. ij. vel z. Conf.
ros. rub. unc. ij. diasord. Erac. dr. ij. corall. rub. p. p. ser. iv. troch.
de spod. serup. v. croc. mart. adst. dr. ij. mass. pilul. de cynogloss.
ser. ij. cum ag. cinnam. s. q. M. f. Elect. vel in forma Pulv. z. Troch.
de carab. ser. ij. lap. hamat. corall. rub. p. p. an. ser. i. croc.
mart. dr. B. camph. ser. B. M. f. Pulv. subtiliss. cujus Dos. dr. B.
possit etiam parùm addi de *laud. op.* Vel in forma Emuls. *z. De-*
coct. hord. ag. dest. sper. ran. an. unc. ij. sem. mel. unc. B. amygd.
excort. N. viij. f. Emuls. cui add. man. Christ. coralliat. unc. B. corall.
rub. cum spermiol. infuccat. ocul. can. p. p. vel unicorn. foss. ser. i.
M. f. Emuls. laudatur etiam zinct. corall. item infus. millefol. in ag.
fervent. & per integrum mensem sumpt. Alii etiam infundunt in
vino albo, Seq. Vinum Hoffmanni est expertum. *z. Pulv. rad. bi-*
stort. torment. an. unc. B. cinisam. caryoph. galang. an. dr. i.
campb. dr. B. M. f. pulv. infund. in mens. vin. & coq. ad consumpt.
z. digitor. transvers. Dos. m. & v. cochl. iv. Laudantur etiam chaly-
beata in varia forma, item decoctum meum z. Fol. linar. malv.
sanguisorb. an. m. j. millefol. m. ij. liquiriz. zB. decoq. in lib. v. ag.
font. ad lib. iv. colatur. adde syr. de symph. Fernel. Mixtura Syru.
experta *z. Ag. plantag. zj. corall. rubr. p. p. zB. sang. dr. zB. laud.*
op. gr. ij. syr. myrtin. zj. M. denur cochl. vel z. Ebor. f. igne. p. p.
zj. croc. mart. adstr. zj. hep. sup. p. p. ziv. spec. diatrios sansal.
zB. M. Dos. duæ culp. cult. item Pilul. de bdell. dos. zB. manè &
vesp. ante cænam sumptæ, & continuatæ, sunt expertæ, desuper fru-
mendo sequens Jusculum specificum *z. Chelidon. m. cum toto, mil-*
lefol. cum toto, crassule maj. cum toto scrophul. cum toto, an. m. j.
conci. dentur pro Jusculo Manip. *z. pro lib. B. Jusculi. Plura vide tit.*
de Hæmorrhagia & Dysenteria,

VI.

Applicanda etiam sunt extrinseca sistentia, ex quibus excellunt
crepit. lup. item fulig. furn. cum alb. ov. conquis. & cum zel. ar. an.
applic. item *sangu. rec. excrcem.* in lamin. ferrea exsic. & *pulv.*
inpers. item ping. anguill. quæ dum assatur, extillat. pulv. ex mum.
suber.

uber ust. croc. mart. vel terr. viriol. d. cum succ. plant. in liment. consist. redact. item *ung. de lybarg. vel de rus. cum cin. coch. ust. vel ostrear. vel ung. Comissif. vel solum, vel cum pulv. ros. balausi. &c.* profunt & Fomenta v. g. *rad. bistors. unc. ij. fol. plantag. verbasc. summit. rub. querc. an. m. ß. sumach. balausi. gall. virid. malicor. an. m. ß. myrsill. dr. ß. ros. rub. p. ij. alum. unc. ß. coq. in 3. p. aq. ferrat. & una vini austi. f. Fom. cum spong. Retland. laudat Foment. ex 2. faccul. alternatim calidè admotis, ex *pann. rub. glandib. contus. ac fol. querc. repl. & in acet. fort. multum decoct.* item Catapl. ex *aloe. skur. & pil. lepor. combust. cum alb. ov.* Aliqui post fæces exoneratas *spongiolam* applicant, *album. ov. madesact.* inperlo *pulv. ex alum. gall. immat. sang. drac. sperniol. &c.* laudantur & Supposit. ex *sev. hirc.* mixto cum adstringentibus. Insectiones ex *succ. plantag.* vel decocto pro fotu, vel *sanguin.* cujusdam *animal. rec. mactat. & feruid.* adhuc. quò etiam spectat *pulmo aricis* adhuc *calens & cruentus*, podici subjectus. Suffitus in Dysent. propositi, vel ex *decoct. caps. barb. crocus martis adstringens* asperfus, *Helmous.* suadet *sudorem moriensium* lientis exceptum, & hæmorrhoidibus applicatum, *Pulvis sympatb.* excrementis inperfus. Vel *Pulvis lapidis scissilis* subtilissimus, q. v. cum *butyro non salizo f. ung. & ano applica. crocus mart. trisus.* & applicatus, fumo *rasur. ungula equi,* nates infumentur, probat. Vel *rad. fabar. seu telephij* rec. dorso intra scapulas appensa, cum filo, nodulorum numero tuberculis mariscarum correspondente, est infallibile; quando hæc radix marcescit, etiam tubercula contabescunt, *Verbasc. cum flor. flor. lunarie. ß. chamom. an. q. v. primo coq. in aq. ferrat. postea in lacte* pro Fomento, & sæpè applica. Si fortius vis, adde *flor. sambuc. herb. Hyosyam* vel *semen*, optimè facit, & servit iis, qui pinguia non ferunt. Vel *stercus scillum* applicetur cum *gyppo & bolo.* Si exulceratio fit in intestino. *ß. Gum. Arab. bol. armen. mastich. hypocissid. Lybarg. an. 3j. cum mucil. tragac.* applicetur. Suppositorium sequens: *ß. Ung. Comissif. 3ß. colophou. ibur. bol. arm. plumb. ust. acatie an. 3j. sevi hirc. q. f.* adde mod. crep. *lup. f. suppositoria oblonga.* Ut autem prædicta remedia ipsi venæ fluenti applicari possint, æger super menlam collocatus, podicem exprimere debet, quasi dejicere vellet, donec conspicua evadat. Remediis nihil conferentibus, ad sectionem vel ustionem deveniendum, quæ operatio laboriosissima & periculosa, rarissimè fit: Interim perpetuò notandum, recentes & nimium fluentes Hæmorrhoides, ex toto constringi posse, periculosum è contra esse, teste *Hipp.* antiquas constringere, nisi aliæ*

per

per V. S. purgationem & diaram restituantur evacuationes, ut adeo fatius sit, unam relinquere apertam.

VI.

Pro præservatione bis aut ter in anno Vena secetur, purgatio usualis instituat, causticum tibie admoveatur, cura lact. vel *ser. lact. tamarinidinat.* instituat, ætate convenientissima sunt *acidula. River.* contumacem ejusmodi fluxum sultit. *pilul. chalybeatis,* hypochondriorum habendo rationem. *Fosfeca* laudat *decoct. lentisc.* vel ejus *insusum* in *vin.* pro potu ord. per mens. integrum. v. g. *Lenz. us. unc. ij.* infund. in *vin. lib. xiiij.* per 24. hor in loco tepid. col.

VII.

Diatæ: ær vergat ad frigidum, victus ratio fit increffans, ex *crem. bord. oryza* in *lact.* coct. cum modico *amyl. extremis. animal.* carnes elixæ *juscul.* alterat. *borrag. bugl. portul. plant. agrim. pimpin. gel. C. C. ras. Ebor. ov. sorbil.* abstinentium ab omnibus acribus, præcalidis & salis. Potus sit *decoct. bord. cum C. C. Vel Emuls. amygd.* cum *decoct. C. C. vel aq. ferrat. vel decoct. millesol.* aut *insus. lentisc.* vel *vin. rub. limp. vel decoct. chin. ras. ebor. hyppopos. C. C. vel Tinct. seq. ß. Ros. rub. p. ij. flor. veron. rub. p. iv. viol. bugl. an. p. ij. rad. torment. dr. ij. sant. cit. dr. i. aq. font. lib. iv. spir. vitr. q. f. f. Tinct.* Vitanda exercitia fortiora, ut & animi pathemata, studia immodica & Venus hic penitus exesse, vel ad tempus restitutionis valere jubentur, alvus constipata aperitur *Clysm.* quod robur post se reliquit, v. g. ex *decoct. capis. vervec. cum fl. hyper. ros. rub.* addendo *mel. resacum.*

CAPUT XIV.

Suppressio, dolor, tumor & inflammatio Hæmorrhoidum.

I.

Nomen: suppressio Hæmorrhoidum, Hæmorrhoides cæcæ, dolentes, furentes, vulgo dictæ, german. das Geseig, Schmerken und Geschwulst der guldenen Ader.

II.

Definitio: est sanguinis, per vasa hæmorrhoidalìa elabi conantis, interceptio, & stagnatio, cujus ope, ob clausuram orificiorum, va-

Bbb

forum

forum & fibrarum vellicatarum stricturam, dolor ingens ac varia tubercula excitantur.

III.

Genus: est symptoma in retentis præter naturam.

IV.

Subiectum: sunt Vasa hæmorrhoidalia.

V.

Differentia: aliæ sunt *hereditaria*, aliæ *acquisita*; aliæ *magne*, aliæ *parvæ*; aliæ *plures*, aliæ *pauciores*; aliæ *abditæ*, *occultæ* & *latentes*, aliæ *apparentes*; aliæ *mites* & *benignæ*, aliæ *malignæ*, *canerosæ*, & *gangrenosæ*; aliæ pro varia tuberculorum figura, nunc *vesicales*, nunc *morales*, *ficales*, *verrucales* &c.

VI.

Causa: est sanguinis crassities, fæculentia & acrimonia salina, spinæ infixæ instar, fibras vasorum nerveas irritans, ut stringantur, sanguis etiam exinde stagnet, tumor plûs minûs inflammatorius, dolor intensus, subinde etiam fluxus sanguinis excitetur.

VII.

Cause Dispositivæ: Hypochondriaci, hysterica, puerpera, & alvum obstructam habentes.

VIII.

Signa Diagnostica: dolor ingens punctorius, qui maximè exasperatur in excretionem alvi, ut quandoque etiam deliquia vel convulsiones superveniant, præsertim dum internæ laborant hæmorrhoides; tumor etiam figura varius apparet & inæqualis, præsertim post rejectionem duriorum scybalorum, & in externis hæmorrhoidibus, aded, ut ægri nec sedere, nec deambulare, nec ritè decumbere possint.

Signa Distinctiva 1^o à Rhagadibus, quæ sunt ulcera ani, vel potiùs fissuræ iis ferè similes, quæ in manibus & labiis ex vehementi frigore excitantur; sed nullam habent cum hæmorrhoidibus similitudinem, 2^o à Condylomatibus, quia hæc sunt tumores quidam pelliculæ ani, & à natura sua rugosa, ubi si ab humoribus eò affluentibus ruga appareat, condyloma dicitur. Differt ab Hæmorrhoidibus, quæ majores sunt, & nigrae & rotundæ, venam aliquam occupantes; Condylomata autem sunt oblonga, unius coloris, & venas non

non attingunt. 3^{io} à Thymis, qui sunt tubercula carnosæ, quæ non tantùm in ano, sed in virili & muliebri pudendo exoriuntur, verucae similia & florum Thymi formam referentia, unde etiam sic dictæ, suntque parvæ, albæ, vel subrubræ, indolentes; Hæmorrhoides majores sunt, nigriores & dolorosæ. 4^{to} à Ficibus, quæ sunt tubercula carnosæ Thymis majora, livida & dolorosa, & ided Hæmorrhoidibus magis similia. Differunt tamen, quod Fici sint omninò carnosæ, Hæmorrhoides autem tantùm sanguine turgidæ. 2^{do} Ficus plerumque ulcerantur, & sæpè in cancrum abeant, sed Hæmorrhoides non.

IX.

Prognostica: Affectus hic est chronicus, plûs habens molestiæ, quàm periculi, nisi Hæmorrhoides sint malignæ vel canerosæ; aliquando tamen gravem inflammationem concipiunt, ut gangrænæ periculum immineat, vel non rarò in abscessum vel ulcus abeant, imò sæpiùs fistulam in ano relinquunt, ut plurimum incurabilem, ob partis molliem & summam humiditatem, quæ ulceris exsiccationem impedit, subinde sanguine coagulato in Scirrhos, aut pro ejus corrosiva acrimonia planè in Cancrum degenerant. Sanguis diutiùs stagnans palpitationem cordis, pedum tumores, scirrhos lienis, nephritidem, arthritidem, generant: ubi à fluentibus ista omnia curantur & averuntur. Unde cæcæ, fluentibus sunt semper periculosiores, ex dictis rationibus,

X.

Indicationes: sunt sanguinem eò fluentem revellere, fluxum earum, si utiliùs videtur promovere, secus eas discutere, ac imprimis dolorem lenire, id quod ante omnia sæpè præstandum est, nè æger pereat ex doloribus intolerabilibus.

I.

Curatio: fit non statim aperiendo Hæmorrhoides in quacunque earum suppressione, si nempe nunquam aliàs fluxerint, aut fluere consuetæ sint, neque multùm opus sit ut fluant, licet enim earum apertio in multis magnis morbis proficit, nunquam tamen eadem temerè tentanda. Ex Galen. enim, evacuationi per Hæmorrhoides, natura nunquam est assvescienda, quoniam periculosus est excessus, five sanguis supra modum excernatur, seu supprimatur.

II.

In alvetis, vel ubi magna speranda utilitas, aperiendæ sunt, præsertim hirudinibus ano affixis, ità tamen, ut si magnus adsit dolor, cum

cum metu inflammationis affluxus humorum, aperiatur prius Vena in brachio, vel etiam, si hæc non suffecerit, in pede, & post hæc Hirudines, sed cautè apponenda. Cucurbitulæ quandoque vicariæ Ven. sect. esse possunt, hypochondriis applicatæ ad revellendum, coxis verò, ad derivandum. Sunt nonnulli, qui phlebotomò seu cutellè cæcæ aperiunt, sed à plerisque Practicis, utpote res periculosissima, rejicitur.

Purgantia in hoc affectu non conveniunt, quia humores ad partem attrahunt, malumque intendunt & irritant; alvus tamen aperta fervenda, nè dura excrementa conatu emissa, malum exasperent. Sequens tamen prodest: *R. Flor. matv. bugloss. borragin. violar. à p. i. rad. scrophular. zizij. cass. rec. ext. Zj. passul. mir. mundat. ʒʒ. coq. in lib. ij. aq. fontan. mane & vespèri sumendus haustus; corpus servat apertum, & dolorem lenit. Plura de Lenientibus vide tit. prior.*

III.

In cæcis Hæmorrhoidibus intrinsecus ea administranda, quæ vulgò in morbis spleneticis, ac referendis viscerum obstructionibus adhiberi solent; præsertim *martialia*, ubi etiam in affectu chronico, & quasi habituali, egregiè convenit foniculus in tibia.

IV.

Ad Dolorem leniendum, calorem temperandum, & inflammationem prohibendam, *topica refrigerantia* & *anodyna* applicanda, quæ vel illiniuntur, vel cum bombee aut linteo imponuntur, vel etiam si æger ferre possit, ano per situlum injiciuntur. Ex his probata sunt *ol. com.* vel *amygd. d.* per insul, *pomor. momord.* item *ol. insusum st. verbasc.* item *scarab. stercorar.* vel *asell.* contul. in *ol. lih. alb.* vel *viol. coct.* præbent olea expertissima contra Hæmorrhoides tumentes & dolentes. Laudatur etiam *ol. nuc. expr.* in quo *asell.* bullierint, item *ol. nucl. persic. ol. ovor. ol. bux.* cum *ol. lin.* v. g. *R. Ol. sem. lin. unc. β. ol. bux. scr. i. M.* maxime laudatur *ung. de linar.* ex floribus ejus, cum *adpe porcina* coct. addito *vissell. ov.* v. g. *R. Ung. de linar. unc. i. ol. hysc. expr. dr. j. vel ij. M.* vel *R. Ung. de linar. unc. i. de liq. unc. β. ol. ov. mast. à. ar. i. β. M.* applicetur cum gossyp. item *linim. ex bacc. herb. parid.* in ol. cum modico *vin. coct.* vel ex cineribus fuberis combusti, cum *ol. ros. & vissell. ov. &c.* prodest etiam *ung. ros. pop.* cum *ol. ros. viol. vissell. ov.* item *Mucilago sem.*

sem. psyl. cyd. aq. sperm. ran. extract. cum *sacch. satur.* & *camp.* præsertim in malignis inflammationibus, v. g. *R. Mucilag. sem. cyd. cum aq. sperm. ran. ext. i. spirit. vin. camphor. sacch. satur. an. dr. i. β. M. R. Mucilag. sem. cyd. psyl. an. unc. i. sacch. satur. dr. i. camp. dr. v. op. gr. ij. M.* In magnis inflammation. prodest *solum sacch. satur. in aq. ros. sol.* Mixtura Barbetæ: *R. Lithargyr. auri, cerusse lotæ, plumbiusti ani ʒj. aq. plantag. ʒv. M.* hæc Hæmorrhoides laventur, & linteæ madafacta imponantur. Vel sequens expertum: *R. Sollin. gypsi, & lubige cum butyro cancerino, & illo fove calefacto Hæmorrhoides; illicò sedatur dolor. Pomada recens admoda est bona. Alii utuntur alum, cum album ov. conquis.*

Fomenta etiam magnò in usu sunt, sæpiusque utiliora, quam Unguenta. Ex iis eminet *Sacculus Rutand.* commendatus à *Lottichio*, ex *gland. contul. & fol. querc. in aceto decoct.* alii ex *st. chamom. verbasc. sambuc. linar. rad. alb. ul. alb. sem. lin. fenugr. hysc. &c.* *Sacculus* parant, in *lact.* vel *aq.* coquendos & applicandos. *Sorbais* cum frequentissimo effectu, miraculi instar usus est *Cataplas. seq. R. Porr. cum toto m. iv. mic. par. lib. β. coq. in lacte caprin. ad putrilagin. contul. in mort.* adde sub finem *croc. ault. dr. i. β. vel quant. sat.* ad intensam flaved. alii etiam addunt *ol. ros. & vissell. ov. Grünlag* seq. pro arcano habuit: *R. Ficum* in mort. ad pulp. confist. contul. *N. 4. vel 5. mell. ros. unc. i. β. vel ij. illin. parvo lint. & applic. Aquapendens* commendat *Cataplasma. ex pariet. plantag. & matv. in aq. decoct. cum ol. ros.* item laudatur *rad. porr. vel scrophul.* sub prunis cum stuppa madafact. decoct. & cum *butyr.* pistat. Idem præstant *cape sub cin. coct.* & cum *butyr.* subact. In communi etiam usu est *pulm. hædn.* ex animali adhuc calens parti affectæ oppositus. Valet & *balsam. sulphur.* tam ad dolorem sedandum, quam tumorem discutendum, uti etiam ad Hæmorrhoides ulceratos, ad quas utile est *ol. ov.* in mort. plumb. agit. vel *ol. ros.* cum *cerus. litharg. cer. &c.* Vel *R. Semperviv. maj. & min. q. v. coq. in aq. & hoc decoctum per fellam perforatam alvò excipè, quod aliis non juvenatibus, mira præstat. Item Beccabungæ formâ Cataplasma, applicata, est experta.*

V.

Si nunquam fluere consuetæ sint Hæmorrhoides, nec spes sit eas fluxuras, nec utile sit, danda opera, ut exsiccentur, adhibitis digerentibus, & citra morsum siccantibus, admixtis simul dolorem lenientibus, in hunc finem maxime specifica est *rad. scrophul.* autumnò collecta.

collecta, seu lumbis alligata, ut curem attingat, seu mundata & contus. cum *buisyr. rec.* & per 15. dies in cellam reposita, hinc ad ignem expressa & illit. vel substantiam ejus siccam vel viridem vel decoct. ejus fumendo. Non minoris usus est *cr. sssula maj.* seu *sedum, te-leph.* item *chelid. Wedel.* multis experimentis probatissimum amuletum esse ait: *rad. fabar. rec.* dorso intra scapulas appensam. Simul enim ac tabescunt radices, marcescit quoque & evanescit omne tuberculum. Aliàs etiam ad tumorem Hæmorrhoidum discutiendum, convenit Fotus ex *alum.* in *vin. rub.* decoct. vel ex *aq. thermalib.* vel ex *spongia ex aq. calc. urv.* expr. item Suffit. ex *saps. barb.* vel *scrophul.* vel ex *semperviv. maj.* in *vin. alb.* decoct. vel ex *lapid. pyris.* in *acer.* extincto.

VI.

Diatæ: victus sit mediocris, ad humidum inclinans, & alvum laxans, unde cum cibis sumantur *passul. spinach. matv. bit. &c.* vitaris aromatibus & acribus. Vinum omnibus nocet, seu apertione, seu suppressione Hæmorrhoidum laborantibus; alvus continuè laxa & mollis servanda, nè facces duræ in transitu dolorem augeant, exhibitis in jusculo olei-eribus emollientibus, vel *mann. cass. &c.* Hinc à *Riverio* laudatur *insulium cass.* cum *syr. viol.* manè & vesp. fumendum. v. gr. *R. Fol. lactuc. matv. bugl. an. m. j. liquir. passul. an. unc. ʒ. fl. borrag. bugl. viol. an. p. y. coq. in aq. com. lib. i. in col. solv. cass. rec. extr. syr. viol. à. unc. i. M. col.*

FINIS LIBRI QUINTI.

LIBER SEXTUS,
DE
MORBIS EPATIS, LIENIS,
ET MESENTERII.

CAPUT I.

Intemperies Epatis calida, seu Dyscrasia biliosa.

I.

Nomen: Intemperies Epatis calida, Germanicè, *Alsu hstige Leber.*

II.

Definitio: Est ejusdem à causis p. n. incalescentia.

III.

Genus & Subjectum: Morbus in intemperie Epatis calida, seu Dyscrasia biliosa.

IV.

Differentia: Alia sine, alia cum materia.

V.

Causæ Proxima & immediata: hujus intemperiei, vel Dyscrasie calide sunt, particule sulphureæ, spirituosæ, acres, salæ, in sanguine & liquoribus circulantibus delitecentes.

VI.

Causæ externa: sunt Aër calidus, æstuosus, usus ciborum calidor. acrim, aromat. vini meri, violenti animi corporisque motus, vigilia.

VII.

Signa Diagnostica: Cibi fastidium & præcipuè Carnis, sitis, alvus adstricta, calor totius corporis, præcipue autem in volis manuum, & plan-

& plantis pedum, maxime à pastu, macies corporis, facies ictericia, læsio à calidis, & juvamen à frigidis. Si sit cum materia, adeft Vomitus, vel Diarrhoea biliosa, oris amarities, urina flava, & plerumque febris.

VIII.

Prognostica: non est Affectus periculofus, sed multorum morborum ipsius Hepatis & aliarum partium causa esse solet; Veteres difficilis curationis esse dixerunt, ex eo, si antipraxia ad sit, ventriculus frigidus & hepar calidum, unde quæ uni profunt, alteri noceant, & è contra; sed hanc antipraxiam Recentiores refutant, ut supra diximus, de affect. Ventriculi. Cap. 1. de Inappetentia. vid. ibidem.

IX.

Indicationes: sunt intemperiem contrariis alterare, materiam pituitosam, si opus evacuare, partemque affectam roborare.

I.

Curatio: fit *Venam secando*, cæteris paribus, cum tantum sit calor, quantum sanguinis. Si diutius duret affectus, Hamorrhoidum apertio erit utilis.

II.

Evacuando bilem *insuf. senn. rhob. samar.* cum syr. ros. de cich. cum rhob. elect. de samar. de succ. ros. &c. vel apozemate bilem preparante, & evacuante.

III.

Refrigerantibus epaticis utendum, ex quibus inter interna excellent, *cich.* seu assumptum in *juscul.* vel *acetar.* seu *decoct.* cum *passul.* valet etiam sanguis cichorij & *chamedr.* vid. *River. Prax. lib. xj. Cap. 1. fol. 379.* item herb. *acetof. acetofell. borrag. fragrans. epat. nobil. violar. cum st.* pro *jusculo* vel *decocto*, item *C. G. phil. p. p. corallia, crystall. perle, mater perlar. lapid. pretios. terr. sigill. specific. cephal. antisect. alb. omnia nitrata, tartarificata, conser. va acetofell. conser. ros. simpl. vel vitriol. pulvis analepticus *Min. der. de gemm. frigid. eparic. rub. Diarrhod. Abb. spir. aperit. Penot. spir. nitr. dulc.* item *decoct. rad. acetof. frax. gram. scorz. &c.* quam maxime utilis *tinct. ros. viol. bellid.* item *tinct. sant. rub. Epar.* simul mirè confortans. vid. *Sorbair.* optimum etiam *ser. lact.* vel cum *acet.* vel *succ. lim.* vel cum *crem. tart.* aut *tamarind.* confect. vel in quo ebullierint *acetof. lact. endiv. portul. &c.* vel etiam ipsum *lac. caprin.* vel *asinin.* præsertim si corpus fuerit emaciatum, & con-*

& consumptum; convenientissimus etiam usus *acidul.* si obstructiones simul aduerint, *River.* commendat *decoct. chen.* cum *succ. lim.* parat. Profunt etiam *tinct. corall.* cum *succo lim.* parata, *rob cynobat. tabell. triasant.* Juscul. medicata ex *agrim. endiv. cich. acetof. coct.* cum *pull. gallin.* addito *sal. prunell.* vel gutt. aliquot *spir. vitr.* Exhibetur etiam *pulv. epar. rub. sal. cich.* aut *absinth. vitriol.* vel *mirat. ebur. f. igne p. p.* item *julep. Alexandrin.* v. gr. *Ac. font. lib. 1. ag. ros. succ. lim. sacch. alb. an. unc. iv.* coq. lento igne, dum desumpaverint, ex *ag. endiv. cich. portul. epar. frig. Myrsicht.* cum *vin. gran. syr. acetof. cis. & spir. vitr. f. q.*

IV.

Inter extrinseca est *baln. ag. repid.* vel *bordeat.* quod frequenter usurpatum, totum corpus refrigerat, & quidem multo potentius & utilius, quam quodvis aliud remedium, præsertim in emaciatis, item Epithem. v. gr. *Ac. endiv. ros. nymph. portul. acetof. an. unc. lb. acet. ros. unc. 1. spec. diarrhod. Abb. diatrion. sant. an. dr. B. pulv. ros. santal. rub. an. scr. 1. M.* item *ung. ros. refrig. Gal. cerat. santal.* v. gr. *Cerat. sant. unc. 1. succ. cich. rec. extr. unc. ij. bull.* ad succ. consumpt. add. *ol. ros. de cap. a. unc. lb. acet. ros. dr. ij. M.* prodest etiam *gestatio lamina plumbea.*

V.

Dieta: sit aer temperat. vel frigid. vitetur calid. loca æstuosa, radii solares, item usus fructuum crud. aromat. dulcium, convenient *juscul. bordeat. avenac. juscul. pull. gall. avicul.* Potus sit *cerevisia tenuis* vel vinum *lymphat.* vel *Tinctur. ros. spir. vitriol. acisic.* vel *bord. lig.* vel addita simul *rad. gram. acetof.* cum *syr. de lim.* addito si potentius refrigerandum *sal. prun. & spir. sulph.* vel *vit. f. g.* optima etiam seq. *Pisana sicca. B. Pulv. glyc. unc. iv. sem. anis. coriand. an. unc. ij. cinnam. unc. 1. sacch. crystall. unc. xv. M. f. Pulv.* pro *lib. xvij. ag.* quæ per manicam, super pulv. toties trajicitur, donec ejus virtutem attraxerit. In pastu primum haustus, sit *ag. frigid.* somnus & quies sint moderata, vitentur ira, Venus, vigiliæ, exerc. immodica.

CAPUT II.

Inflammatiō, Abscessus & Ulcus Epatis, Lienis,
& Mesenterii.

I.

Nomen: Inflammatiō Epatis (in specie Epatitis dicta) Lienis & Mesenterii. Germanicè, *Engündung oder Zipfstem der Leber, des Milß und Krebs.* Ulcus, ein Geschwür.

II.

Definitio: Inflammatiō, est harum partium Epatis, Lienis & Mesenterii, à sanguine p. n. in substantiam seu parenchyma earum effuso, stagnante & putrescente, intumescencia.

Ulcus est harum partium exulceratio, facta seu ab humore acri, erodente, seu quod frequentius, ex rupto abscessu, sequente inflammationem.

III.

Genus: Inflammatiō est morbus in intemperie, cum aucta magnitudine. Ulcus solutæ unitatis, cum diminuta magnitudine.

IV.

Subiectum: Epar, lien, & Mesenterium. Hipp. 7. aph. 45. dicit: inflammationem aliquando solum membranam Hepar vestientem, aliquando verò ipsam substantiam, & proprium parenchyma occupare.

V.

Differentia: Alia est inflammatiō epatis in parte ejus *gibba*, alia in *cava*: alia magis *erysipelatosa*, alia *phlegmonosa*. Erysipelatosa procedit à sanguine & bile. Phlegmonosa à sanguine sincero; alia *adematosa*, à pituita seu sero, aut lymphâ stagnante cum sanguine, alia *scirrhusa*, à sanguine & succis acidis crassis & terrestribus; alia rursus inflammatiō Hepatis *in sola ejus membrana*, de qua loquitur Hippocrat. 7. aph. 45.

VI.

Causa interna immediata: in definitione adducta, sanguinis nempe quantitas, qualitas, motus & effervescencia vitata.

VII. Causa

VII.

Causa externa: nimia corporis calefactio à fervore solis, balneis, exercitiis immodicis, usu meri, aromat. hausta à calore frigida, ictus, casus, contusio, strictura vestium, applicatio calidorum vel cucurbitul. regioni Hepatis applicatarum; cibi, ut testatur *Hildanus*, de quodam Hamorrhagia narium laborante, cui cum magna cucurbitula ad hepatis regionem admota fuisset, sanguis quidem substitit, sed Hepatis inflammatiō secuta est. Idem præstant medicamenta nimis calida, epati applicata, teste eodem *Hildano*. Effrænata Venus, excaudescencia, cibi & medicamenta calefacientia &c. Mesenterii inflammatiō, specialiter quandoque sequitur Dysenteriam malè curatam, vel herniam, eodem simul in scrotum descendente, subinde etiam ex metastasi sequitur febres ardentes. VII.

Signa Diagnostica: Inflammatiō Epatis affligit cum gravitate dextri hypochondrii, ac sensu doloris obtusò & tensivo, tussis sicca, difficultate spirandi, febre continua, plus minus acuta, decubitu faciliiori supino, difficiliiori ad latera. Si pars cava afficitur, singulis frequens oboritur, Vomitus materiæ biliosa, interdum etiam Diarrhoea adest, dolores ventris etiam concurrunt, Colicam mentientes; si gibba, acris est dolor, circa cordis foveam dolor ex pressura exacerbatur, tumor apparet manifestior, partes ad jugulum dextrum deorsum trahi videntur, tussis & respiratio difficilis magis urgent &c. Distinguitur à Pleuritide costarum notharum dextri hypochondrii, quòd in hæc dolor punctorius longè acutior, tussis vehementior, & ferè humida, pulsusque durus, qui in Epatide undosus. Ab inflammat. musculor. abdominis distinguitur, quòd in hac dolor pulsatorius percipiatur, tumor circumscriptus, nec adeò profundè situs, ut cutis supra tumorem non sine dolore contrectetur, extuberantia quoque major sensibilis, nec color faciei immutetur. Inflammat. Lienis infestat cum febre continua, dolore & tumore sinistri hypoch. pulsatione, ob copiosas arterias, & spirandi difficultate. Inflammatiō Mesenterii infestat febrè lentâ continuâ, quæ circa vesperam exacerbatur, si profundum mesenterii sit inflammatum, subinde febre plus minus acuta, & non rarò semitertiana. Si inflammatiō sit circa partes exteriores, ubi reliquis abdominis visceribus conjungitur, adest tensio, gravitas, ac pondus subtràs ventriculum; subinde adsunt egestiones chylosæ, subinde alvus suppressa cum dolore ventris & lumborum, abscessus hi dolentes habentur subinde pro uterinis, colicis aut nephriticis symptomatibus, cum nausæa & vomitus etiam subinde accedant.

Ulcus harum partium cognoscitur ex dolore earum ulceroso, excretionibus purulentis, fastidio carnis, atrophiam, accedente febre lenta, sæpius in hæmicam desinente.

IX.

Prognostica: Hepatis Inflammatio malum periculofum est & plerumque lethale, gravior, quæ in gibba, quam quæ in cava ejus parte, propter majorem viciniam Cordis, Diaphragmatis, & Venæ cavæ: *Singultus superveniens Epatici inflammato, malus, teste Hipp. 5. aph. 58. & 7. aph. 17.* indicat enim augmentum inflammationis ejusque malignitatem, quæ ventriculum per consensum valde afficit. Si dies 21. excedat, & febris perduret, in suppurationem abit. Alvi fluxus, nisi criticus, ferè lethalis; malum, si comitetur febris ardens. Ulcus Epatis, nisi superficiale & leve fuerit, vix curatur, accersens plerumque Hæmicam. Lienis inflammatio minùs periculosa est quam Epatis, facileque in Scirrhum degenerat; bona est hæmorrhagia naris sinistra, vel alvi fluxus criticè accidens. Inflammatio Mesenterii, aut suppurando in abscessus abit, sed lentè & tardè, aut in scirrhum, si pus per alvum erumpat, meliùs, si in cavum abdominis, vel membra vicina inficit, ut gangrænam concipiant, vel acredine corrodit.

X.

Indicationes: Ut in aliis Inflammationibus & ulceribus. vid. tit. de Phlegmone & de Pleuritide.

I.

Curatio: fit præmissis *cllyst. ex decoct. emoll. cum m. i. bord. in ser. lact. fact. cum cass. mell. viol. mercurial. &c.* Secundo Venam ex brachio dextro, si Epar, ex sinistro, vel etiam salvatellam, si Lien inflammatus; hinc etiam ex pede: apertio Hæmorrhoidum quoque utilis.

II.

Purgantia quælibet exulent, nisi in declinatione morbi, uti & vomitoria.

III.

Exhibenda intrinsecùs *diaphoretica*, sanguinem stagnantem resolventia, ut *mixt. simpl. antim. d. aph. dens apri, fl. sulph. bezoard. jov.* quibus in febricula lenta focianda *oculi canc. antisept. Poter. cum pauco sal. armon.* item *alterantia & refrigerantia*, ut *emuls. vel julep. ex aq. endiv. cich. acetos. portul. cum succ. acetos. syr. viol.*

gran.

gran. dulc. & spir. vitriol. Abstinentum à nimis dulcibus, & epar infantibus.

IV.

Extrinsicus conveniunt *epithemata* discutientia, & ardorem compescentia, calidè tamen applicanda, & *spir. vin.* blandè *camphorato*, cum linteis multiplicatis applicato, vel *xy. Aq. nymph. plants. hysof. an. unc. i. nitr. depur. unc. ß. camph. in spir. vin. solut. gr. xv. M.* Alii utuntur *sacchar. sat. in aq. sol. soluto. Forestus* Fotum seq. commendat. *xy. Fl. cham. melior. ros. rub. an. p. i. sem. anis. fenic. lin. an. dr. i. ß. sant. rub. dr. i. coq. in aq. f. q. col. add. acet. opt. unc. i. aq. endiv. unc. ß.* Alii seq. applicant: *xy. Herb. agrimon. cich. fl. ros. an. m. iij. coq. in f. q. aq. in col. lib. i. dissolv. acet. ros. unc. ij. trochis. de camph. dr. ij. sant. rub. pulv. dr. B. M.* Alii epar inungunt *Ung. sant. cum ol. ros. viol. abstint.* alii applicant *oxyrrhodinum ex ol. nymph. ros. cum aq. ros. & acet. cui adde sacch. satur. camph. in spirit. vin. sol. an. ðj. sal. prunell. ʒß. &c.*

V.

Ad suppurationem vergens Inflammatio, quod cognoscitur ex febris & doloris intensione, juxta *aph. 47. sect. 2. dum pus fit, febris & dolor insendiur*, (purè autem confecto, omnia remittunt) adjuvanda, sumpto *lact. asinin. cum sacch. vel decoct. pass. sic. daetyl. &c.* extrinsecùs *Cataplasim.* emoll. & discut. applic. *ex rad. alth. lil. alb. matv. sic. passul. sem. lin. sanugr. fl. chamom. melil. coct. in hydromel. cum croc.* Pus factum dignoscitur, si dolor febris & reliqua symptomata mitescant, vires tamen debiliores relinquuntur, cum pulsu frequenti languido, & interdum animi deliquio. Rupto abscessu, evacuatio puris, quæ natura vergit adjuvanda, & quidem, si per alvum *Clysteribus abstergentibus*, vel *hydromelire* medicato, si per urinam *oxymel. diuretico*, vel *sero lactis* plus minus medicato, vel *emuls. sem. mel. viol. vel decoct. rad. ap. petrosel. agrim. bacc. junip. cum hydromell.* Si per vomitum attemperantibus, pinguibus ut *juscul. ping. cervois. butyras. ol. amygd. d. &c.*

VI.

Pro Ulcere mundificando, & consolidando conducunt *pilul. de tereb. item tereb. cypr. vitell. ov. dissol. item balsam. sulph. tereb. succinat.* nì febris intensior obsteterit, item *bals. peruv. in juscul. caldo*, vel *ov. sorbil. assumpt.* item *pot. & decoct. vulnerar. ex agrim. hyper. persicar. &c. decoct. lig. sanct. & sassaph.* optimè con-

Ccc 3

venit.

venit. Item decoct. rad. chin. cum pass. & liquor. ser. lact. quoque egregium est absterfivum ulcerum interiorum, vi nitrositatis suæ, idque vel solum, vel incoctis vulnerariis. Hisce subinde etiam blandiora *marriatia*, præsertim in forma liquida socianda; hinc *Thoner*. in abcessu mesenterii, *acridulus* cum fructu usus fuit. Neque etiam negligenda *rhobarbarina*, tam pro scopio absterfivo, quam adstrictorio, & quasi vulnerario.

VII.

Dieta: sit tenuis, ex crem. bord. aven. panaset. juscul. gallin. pull. alterat. endrv. cich. acetos. &c. Potus sit decoct. rad. cich. cum nit. & sacch. vel emuls. sem. melon. vel decoct. bord. rad. gram. cich. liquor. cum syr. viol. capill. ven. & sal. prun. Plura vid. tit. de Phlegmone, vel Inflammat. in genere, vel tit. de Inflammat. Ventriculi.



CAPUT III.

Obstructio Epatis, Lienis & Mesenterii.

I.

Notandum: quod hæc Affectio, nempe obstructio, seu oppillatio, passim cuique sit notissima, & nimis frequens, tum apud veteres, tum recentiores; sed revera, si rectè rem pensitemus, tales obstructiones & inde ortæ humorum & liquorum stagnationes, & putredines, quæ non tantum omnium morborum in genere, sed & in specie Febrilium, Affectiois hypochondriacæ, Cachexiæ, Isteri &c. statuuntur, & vulgò creduntur causæ, sæpius ignorantia & indoctorum sunt refugia & alyta. Imò non pauci sunt doctiores viri, & Practici, qui valde dubitant, an revera dentur tales Viscerum, Epatis, Lienis, maximè verò Mesenterii obstructiones. Vel si tamen dentur quandoque, an eadem sint adeò frequentes, quia eas hactenus nullus demonstravit, nec ostendit, quomodo tales morbi ex ipsis oriuntur; Siquidem in iis vasis & visceribus, quæ continuus liquorum transitus fluxus, & refluxus abluit, (v.g. venis & arteriis, vasis lymphaticis, & lacteis, Epate Liene Mesenterio &c.) obstructio talis fieri nequit, sine liquoris contenti stagnatione & collectione, & inde vasis, vel apertis, vel laceratis, emergente extravasatione, & tumore, quæ veras obstructiones necessariò insequuntur. Unde obstructis sic vasis sanguifluis, &

impedito sanguinis motu & circulo, plus minus inflammatio partis accedit: impedito verò à tali obstructione lymphæ motu, Hydropses universales & particulares sunt in promptu, v.g. Hydrocephalus, Hydrocele &c. Interim tamen universaliter & absolute non negandæ sunt obstructiones, sed tantum abusus rejiciendus, & iis falsò superstructis morbis, aliud fundamentum investigandum: nam in quibus morbis repetæ sunt interdum obstructiones, non tam radix sunt talis morbi, quin potius ejus productum morbosum, seu tale quid, quod morbo jam factò, tandem supervenit. Unde nec nos negamus, quò subinde in his affectibus adesse intumescantias Epatis, Lienis, & Mesenterii, imò non raro in his visceribus deprehendi Scirrhus &c, sed hi tumores non sunt causa istorum affectuum, sed potius ex vitio diætæ; depravata digestionè prima, seu illo in acidum degenerante, & hinc ex illa vitata, & non raro ex illegitima cura, istis affectibus superveniunt, nempe ex vitata, ex tali chylo vitioso, sanguinis crassi, & inde deficientis hamatosi, coærvati sunt succi crudi, lymphæ nempe, bilis, succus pancreaticus, vitiosis qualitatibus, & saporibus tincti, & cum sanguine circulati, hinc inde in viscerum porulis stagnant, donec densius, conglomerati, visceris tumorem inferant & tandem propriò acidò coagulati, in Scirrhus condensentur. Sic passim observamus, etiam ductum choledochum Pancreaticum, tubulos renum, oscula lactearum, lymphaticarum, infarcti & obstrui. Unde *Erxmüllerus*, paucis omnia dicit, obstructiones viscerum esse ametricam (seu immoderationem, seu à justa temperie & crassi viscerum, seu antinomiam, seu impotentiam agendi) chyli, ejusque vitiosam distributionem, quia revera illi morbi & vitia, quæ passim attribuuntur obstructioibus mesenterii &c. sunt revera effectus imbecillis ventriculi, laborantis cruditate, & corruptione. Utinam hoc Medici dicerent, ut postquam tot *purgantibus* nihil profecerunt, firmiter cogitent, non esse obstructiones Mesenterii aut viscerum. Deinde, potestne aliquid esse magis irrationabile, quàm velle tollere obstructiones purgantibus? quomodo ergò *purgantia* intrare & remeare possunt per obstructas vias; præterea, in cadaveribus nunquam reperientur obstructiones, nisi simul scirrhus & corpus longævitate emaciatum, ubi sanguis mirè corruptus, absolute Scirrhum Mesenterii & obstructionem generat, quid igitur *purgantia* proderunt aut poterunt? corrigite & roborate Ventriculum, & sic corrigetis omnem obstructionem, tolletis omne malum; natura cautè providet, nè vasa mesaraica obstrui possint, accuratissimè filtrando chylum per filamenta bombycina; unde videmus, chylum per venas lacteas, instar limpide aquæ, & aëreæ materiæ transire.

transire, aded ut potius spiritus lacteus (itā loquendo) transeat, quam aliquod corpus. At verò, quomodo ibi fieri potuit obstructio, præsertim cum patulum sit, minores ramos desinere in ampliores, atqui autem obstructio metuenda, ubi ex majori in minus vas defertur. Ergò indubitanter tales obstructiones, morbique melancholici & hypochondriaci, curantur optimè, curatò ventriculò. Quapropter Practici experientiæ credant, quod in Morbis chronicis aut nunquam, aut rarò adsint in principio tales obstructiones & tumores, sed quod hi potius affectus superveniant tantummodo istis morbis chronicis, itā, ut hi affectus, (sive obstructiones, sive morbos hypochondriacos, sive melancholicos dicatis) ex morbo fiant; non verò ex his (id est obstructionibus) morbi. His ergò præmissis scitu dignis, ad ipsum caput de Obstructione Hepatis, (quæ omnibus visceribus æquè applicari potest) accedimus:

I.

Nomen: Obstructio seu Oppilatio Epatis, Lienis & Mesenterii, Germanicè, *Verstopfung der Leber, Mils und Kräß-Adern.*

II.

Definitio: est angustia pororum, canaliculorum ac vasorum harum partium, Hepatis nempe, Lienis & Mesenterii, dependens, à Materia cavitatem earum implere potente.

III.

Genus: Morbus organicus, in via p. n. coangustata.

IV.

Subjectum: prædictæ partes, utpote ab vasorum copiam, angustiam & maxandos, succorumque continuò permeantium crassitiem & cruditatem persequentem, obstructionibus maximè obnoxia.

V.

Differentia: Alia recens, alia inveterata: alia in cava, alia in gibba epatis parte.

VI.

Causa interna: ut plurimum humor crassus viscidus; ac lentus; subinde etiam stasus crassus, subinde alii humores quantitate vel qualitate peccantes, qui juxta Recentiorum mentem, in glandulis miliaribus epatis, bilis separationi dicatis, continentur, quando illæ repletæ &

& infarctæ distenduntur, & contrahere se nequeunt, ad exclusionem materiæ peccantis in ipsis contentæ, aut quando à nimia copia comprimuntur, ut etiam nec debita separatio, nec exclusio fieri possit. Hujus causæ adhuc adjungi potest, mala Hepatis constitutio, magnitudo & moles, vel ejusdem mala dispositio, nempe intemperies seu disersa sanguinis & chyli, bilisque separationi & perfectioni, inidonea & improporcionata.

VII.

Causæ externæ: Alimenta crassa, cruda, mucilaginosæ, dispeptæ, pituitosæ, saccharata, mellea, olera, fructus, adstringentia, vina crassa, dulcica, exercitium à cibo, vita sedentaria, Balnea, nimii motus &c.

VIII.

Signa Diagnostica: si sit in Epate, vel Liene obstructio, adest sensus gravitatis in dextro vel sinistro hypochondrio, dolor etiam obtusus, plus minus tensivus, qui ab assumpto etiam levissimo & paucò cibo exasperatur, itā ut gravitas illa, ab Hipp. facietas Hypochondrii. dicta, augeatur quandoque; tumor eorum vel saltem tensio & renitentia percipitur, adest difficilis respiratio, præsertim in aclivè ascensu, vel concitatiore ambulatione, tussis sicca, urina cruda paucior, color faciei in epaticis pallidus, & ad vitiosam flavedinem inclinans: in splenicis obscurus, lividus, & quasi plumbeus. Si in mesenterio sit obstructio, adest tensio, renitentia & tumor mollis in medio ventre, ac regione umbilicali, excreta alvi liquida subinde varia, dolor obscurus, interdum plus minus gravativus, in profundo abdominis perceptibilis: subinde acutissimus in dorso, si stasus juncti; tandem ægri successivè emaciari videntur, nec nisi ubi longius processit malum, tactu tumor renitens percipitur.

IX.

Prognostica: Obstructio recens facilè, inveterata difficulter curatur, inferens humorum putredines, febres intermittentes, hypochondriacam inflationem, alvi fluxus varios ac diuturnos, Colicam, Ictericam, Asthma, Cachexiam, Hydropem, Scirrhum, Tabem &c. ut aded Avicenna Obstructionem appellet matrem ægritudinum, & præcipue chronicarum. Recentiores obstructiones, potius productum alterius causæ, quam producens esse volunt, eas igitur ut diximus, ut & omnes affectus chronicos, deducunt ex cruditate acidæ, accedente quandoque bile, vel pauciore, vel inertiore; hinc ametria chyli,

Ddd

discrasia

discrasia sanguinis, ac partium nervosarum, multiplices dolorosi affectus, neque adeo iis ita frequentes sunt obstructions, præsertim in vasibus sanguiferis, cum necessariò aliàs, ex humorum circulandorum motu impedito, pars magis intumescere, vel liquoris stagnantis coærvatio, & tandem rupis vasis, in loca vicina effusio sequi deberet. Quibus Lien intumescit, teste Hipp. his totum corpus contabescit, vel quia sanguis minus defæcatus ad alendum ineptus, vel calor excrementorum copià obrutus. Obstructio quæ à crudis & viscidis humoribus, vel à flatu producitur, febre superveniente interdum dissolvitur, nempe à calore febrili.

X.

Indicationes: sunt Obstructiones aperire, causas eorum tollere, materiam incidendo, attenuando, detergendo, acidum corrigendo, evacuando, partesque affectas roborando.

I.

Curatio: sit præmissò *Clystere* lenitivo instituendo *V.S.* ex pede, in suppressis mensibus, ex brachio, in plethora, vel febre præsentente. *Hæmorrhoidum* apertio, maximè etiam prodest, in earum sup-
pressionè, in causâ valde frigida, omittendo *V.S.*

II.

Digestiva & præparantia exhibenda, ex *crem. tart. cryst. tart. tart. vitr. sal. tartari. spiritus tartari simpl. & compos. & volatili.* quæ revera clavis sunt omnium medicamentorum, & consequenter obstructionum. v. g. *Tart. vitriol. scr. i. B. facul. aron. bryon. an. scr. i. sal. amarisc. scr. B. M. f. Pulv. divid. in 3. p. æq. vel B. Crem. tart. dr. i. cryst. tart. dr. i. B. sal. absinth. scolopendr. tamarisc. an. scr. i. ol. mac. scr. B. M. f. Pulv. detur cusp. cultelli ex brod. carn. cum decoct. rad. petrosel. agrim. hyssop. capill. ven. &c.*

III.

Denuò evacuandum vel vomitorio, vel purgantibus: ex his præstant *infus. senn. ad dr. ij. in aq. frigid. unc. viij. cum scr. i. vel dr. B. sal. tart. gutt. xv. spir. sulph.* quod medicamentum ad multos dies continuandum, omnem obstructionem solvit, adeò ut *River.* non raro quartanas contumaces, hujus remedii usu per 15. dies continuato, radicibus curatas viderit. Præstat etiam *rhabar.* quod aliàs anima epatis dicitur, exhibendo illud *vel infus.* dum *unc. B. frigide* infundit.

infundit. crasè pulveris, in *lib. iv. aq. font. vel B. Rhab. cl. dr. ij. cors. arant. dr. i. incif. nod. inclus. infund. in aq. cich. & vin. alb. an. lib. B. col. dentur unc. iv. vel in Bochetto, quod pueris & infantibus utilissimum, pro potu ordinario. B. Aq. font. mens. ij. ebull. per med. quadr. hora in Rhab. dr. i. fant. cit. dr. B. sacch. parùm & pauxill. *cinnam.* pro gratia saporis col. vel in subst. *in pulv.* vel *Elect.* fumendo *unc. i. pulp. pajul. & dr. i. Rhab.* de quo bis in die sumitur quant. nuc. jugl. Optimi etiam fuit Noduli laxat. v. gr. *B. Rad. gram. cich. bugloss. an. dr. ij. vel asparag. senic. rad. s. aperis. &c. polypod. q. dr. ij. Herb. cuscut. ling. cerv. adiant. agrim. an. m. B. sol. senn. f. unc. ij. Rhab. fib. elleb. nigr. an. unc. B. agar. troch. dr. vj. cinnam. acut. dr. i. sem. anis. senic. cit. an. sirup. ij. crem. tart. dr. ij. M. incif. ad Nodul. pro mens. i. B. vin. alb. & mens. i. aq. font.* Laudantur etiam in obstructionibus *Pitula.* ut *Pitula tart. Querc. de ammon. ejusdem vel de galban. Sylv.* vel *B. Mass. pilul. tart. Schröd. scr. i. extr. chelid. m. gent. pulv. syr. an. gr. v. malax. c. l. q. syr. de eupator. f. Pilul. N. IX. vel B. Extr. Elleb. nig. mercur. dulc. an. gr. xv. scamu. sulph. gr. ij. M. f. Pilul.* Utiles etiam sunt *Pitulae* quadam usuales, quavis septimana repetendæ, sic alii sequentes commendant: *B. Gum. ammon. in acet. squill. dissol. dr. ij. spec. hier. picr. dr. i. B. aloës crud. scr. iv. myrrh. scr. i. croc. gr. vj. cum f. q. syr. de absint. M. f. mass. pilul. cujus Do-*sis à *scr. B. ad i.* Valent etiam *pilul. meæ sine custodia. Pilul. stomachica. balsamicæ Morton. Pilul. de Gummi Sylv. Pilul. Herdus. pilul. Sorbast &c.* Nota autem generaliter, quòd in affectibus obstructionum melius semper sit, omnia remedia in forma liquida, quam pilulari præscribere, quia facilius penetrant & permeant, uti sunt *decoctâ. apozem. jusculâ ex radicibus cichori, seniculi, asparagi, scorzon. silicis, gramin. enul. Foliis agrim. ceterach. capill. vin. chamadr. epas. nob. ling. Cerv. vin. sumar. sol. Hyperic. centa. aur. m. lupul. bor. ag. bugloss. violar. anshos. stechad. Arab. meliss. salu. Corsic. cappator. fraxin. tamarisc.**

IV.

Veniendum ad *deobstruentia*, quæ continuanda, usque dum dolor remittat, & hypochondria fiant leviora, exhibentur longissimè à cibo, in forma magis liquida, sintque simul appropriata & leniter adstringentia, cavendo à dulcibus: inter hæc præstantissimus est *chalybs*, qui licet per se adstringat, per accidens tamen aperit, absorbendo acida, ratione texturæ suæ terrestriis & cum his in concre-

tum vitriolicum absterfivum abeundo. In hujus usu nota. 1. Chalybis preparationem quò simplicioreni ed meliorem esse. 2. Corpus prius debere esse per universalia dispositum, & preparatum. 3. Fæces nigras excretas signum esse chalybis ritè operantis. 4. Post ejus assumptionem, deambulatione per unam vel duas horas corpus exercendum, capiendum postmodum *juscul. gall.* in quo *rad. aperit.* & *p. iss.* bullierint. 5. Tertio vel quarto quoque die *Clysterem* injiciendum vel lenitivum, aut *pilulas aloëticas* fumendas. 6. Chalybis curam commodissimè institui vere & autumnò, eamque nunc xv. nunc xxx. diebus continuandam esse. 7. In complexionibus humidioribus eum posse dari magis in forma sicca, ut *pulv. elect.* *pilul. &c.* in sicciorebus verò, & quorum stomachus sensibilibior, in forma humida ut: *Vin. Tinct. Essent. &c.* sumi igitur potest vel in forma Pulveris, ut v. g. *limat. mart. ad ser. ß.* sæpius ingesta vel *℞. Limat. mart. p. i. cass. lign. p. ij. sacchar. p. iv. M. f. Pulv.* cujus scrup. i. vel ß. detur bis quotidie, vel *℞. Pulv. cachect.* *Querc. ar. ß.* detur quotidie. m. per dies xv. ex brodio, ac tertio die horà 4. pomeridianà magnitud. castan. de sequent. *El. ℞. Rob. ebul. unc. yß. diagyrd. ser. yß. cum f. q. syrup. viol. f. Elect. moll. vel seq. Pulv. ß. Chalyb. cum aceto p. p. unc. ß. cass. lign. ops. facul. aron. crys. tart. an. dr. ij. ol. caryoph. gust. xx. cinnam. gust. vij. sacch. ros. tab. dr. vj. M. f. Pul. dof. dr. i. ex brodio, deambulando desuper leniter per horam, ac sexto die vel septimo, fumendo lenit. vel *℞. Chalyb. cum aceto. p. p. dr. vj. sal. absinth. card. ben. nit. p. p. an. fer. i. facul. aron. dr. i. ocul. canc. p. p. ser. iv. crystall. tart. unc. ß. caryoph. ser. iv. M. f. Pulv.* detur cum pondere plumbi dr. i. vel *℞. Pulv. chalyb. p. p. zij. cass. lign. ß. M.* Dosis *zß.* bis in die item *pulv. meus marialis de tribus. ℞. Pulv. limat. mart. al. obolisat. zij. ocul. canc. crud. pulveris. zj. pulv. sem. senic. zß.* Dosis cuspis cultri, manè dum furgit, una hora vel altera ante prandium, & duabus horis ante canam, una cuspis fumenda, & desuper una horà fe commovendo. vel *Pulv. cachect. Querc.* Vel *Mercurium dulc.* cum aliis mixtus, est supremum remedium in plurimis morbis. In forma Tabell. *℞. Chalyb. cum sulph. p. p. vel pulv. cachect. Querc. unc. ß. conf. alk. dr. ij. ambr. gryf. scrup. i. sacch. in ag. ros. & naph. dissol. unc. iv. f. Tabell.* cap. dr. ij. m. vel *℞. Chalyb. cum aceto. præp. cum sulphur. præp. an. unc. ß. cass. lig. serup. iv. mac. serup. ij. caryoph. scrup. i. croc. ser. ß. sacch. in ag. cinnam. sol. unc. ij. f. conf. in Morsell. N. vij.* capiat unam. In forma *Elect. ℞. Limat. chalyb. cum aceto. p. p. unc. vj. cinnam. unc. mosch. an. dr. ij. rhab.**

ij. rhab. dr. ij. spec. aromat. ros. dr. vj. mell. ops. sacch. alb. an. lib. i. unc. i. cum lento ignef. *Elect.* Dosis unc. ß. hora ante prand. superbibendo vel 2. cochl. *vin. matv. vel absinth. vel ℞. Conf. fl. tamarisf. capill. ven. an. unc. ß. cond. rad. enul. dr. ij. chalyb. cum sulph. p. p. dr. vj. sal. tamarisf. dr. i. spirit. vitr. ser. i. cum syr. de cort. cur. fiat Opiat.* Dof. dr. ij. vel *Elect. Herdor.* Dosis *zß.* In forma *Pilul. dr. vj. sal. tamarisf. dr. i. spirit. vitr. ser. i. cum syr. de cort. cur. ℞. Limat. mart. gr. viij. cum f. q. extract. absinth. f. Pilul. N. vj.* fumantur summo manè, & repetantur hora 4. vel 5. pomerid. per dies 30. superbib. haust. *vin. absinth. vel matv.* Hæ pilul. in omnibus morbis chronicis, & præsertim hysterics, exterriffimæ vel *℞. Chalyb. c. sulph. p. p. unc. ß. aloës. senn. agar. troch. rhab. an. dr. i. spec. diarrh. Abb. dr. ß. croc. ser. ß. cum l. q. syr. ros. sol. M. f. Mass. Pul. de cujus dr. i. f. pil. N. xij.* fumantur manè, quotidie per dies 15. vel *pilula meæ specifica chalybeat.* Laudatur etiam *mercurius dulcis*, cum pilul. commixtus, qui valdè penetrat, aperit, edulcorat, dissolvit, putredini resistit &c. In forma *Vin. ℞. Senn. chalyb. dr. i. dissolv. in vin. alb. unc. ij. M. & sic deinceps. ℞. Croc. mart. aperit. unc. ij. st. c. aromat. caryoph. dr. ij.* dentur ad succul. ex findon. alb. pro mens. ij. *vin. alb. vet. stent per 2. dies vel ℞. Chal. b. p. p. unc. i. pulv. caryoph. dr. ß. mac. dr. i. f. Saccul. oblong. in lar. digiti, affunde vin. mens. ij. & semper quantum bibitur reauffundatur. vel ℞. Chalyb. cum sulph. p. p. unc. i. enul. camp. cort. tamarisf. ð. unc. ß. senn. unc. ij. episthym. unc. i. facul. cinnam. bryon. ð. dr. ij. triasantal. dr. i. ß. ag. agrim. vin. alb. an. lib. i.* infus. per triduum in balneo M. de col. fum. unc. iv. tribus horis ante past. Vulgò usurpatur *infusum limat. chalyb. fact. in vin. alb. cum multa ag. permixta,* pro potu ordinario per 2. vel 3. mens. continuando; quò solò remedio, teste *Riverio*, quàm plurimæ virgines à Chlorosi liberantur. Potius adhuc operatur Vinum hoc, si præter potum ordinarium meracum, manè fumatur ad unc. ij. *Tinct. mart. à gutt. xvi. ad dr. i.* detur ex brodio aperient. item valent *Tinctura martiales v. g. Tinct. martis aperit.* vel *Essent. vitriol. mart. Zorwiff. &c. crocus mart. saccharinus.* Dosis à gr. vj. ad xij. *Tinct. meæ deopillativa, Tinct. m. stomachica. Stockhammer.* Ratione chalybis, præstantes etiam in hoc affectu sunt, *Acidul. naturales & artificiales,* maxime autem si calidè & methodicè bibantur. Acidulæ artificiales. *℞. Limat. ferri zj.* ponantur in vitro, cum succi aurantior. zij. stent per diem, subinde agitando, deinde affunde aquam pomorum & Vini albi an. lib. i. Dosis *ziv.* bis in die. Item maxime in obstructionibus conducunt, *mixt. (s. sp.) aperit. Penot. Tinct. aperit. Mab. spir.*

Spir. sal. armon. v. gr. \mathfrak{z} . *Spir. sal. sp. tart. an. scr. ij. Elix. vit. Matth.* p. p. an. scr. i. M. Dof. gutt. xv. m. & vesp. ex brod. \mathfrak{z} . *Elix. prop. P. scr. ij. Spir. sal. spir. tart. spir. aperis. Penot. sal. armon. à. scr. i. M.* Item remedia ex tart. parata, ut *cremor cryst. sal. spir. & tinct. tart.* item ex *vitriol.* ut *Spir. ejus* in apozem & Syrup. &c. *Succus Betula* verno tempore in Martio vel Aprili collectus, ad obstructions plurimum laudatur. Dosis manè haustus, vel ad *lib. i. vel ij.* qui debilem habent ventriculum, iis soleo addere unam vel alteram *gutt. ol. macis* vel *Eleosacchari* aliquot grana.

V.

Epar roborandum *Tinct. Santal. elixir. prop. P. Essent. absinth. Quinta essent. absinth. Elect.* v. gr. \mathfrak{z} . *Consf. absinth. capill. ven. flor. zamarisc. à. v. unc. i. condit. emul. cors. cit. an. unc. B. myrob. cond. N. i. nuc. mosch. cond. dr. ij. conf. alker. dr. ij. spec. diarrh. Abb. dr. i. sal. absinth. zamarisc. à. scr. ij. croc. scrup. i. ambr. gryf. scr. B. cum syr. de cors. citr. f. Opia.*

VI.

Inter extrinseca convenire *balnea tepida* incoctis *emoll. & aperient.* item Foment. cum spong. ex decoct. v. gr. \mathfrak{z} . *Rad. alth. bryon. an. unc. ij. herb. atripl. verbasc. malv. an. m. j. agrim. m. B. sem. lin. fenugr. an. unc. B. flor. malv. arbor. rub. ros. rub. an. p. ij. sant. rub. unc. B. coq. ex f. q. ag. hinc fiat Inunctio* v. gr. \mathfrak{z} . *Ung. deopill. carm. an. unc. i. B. ol. dest. caryoph. gust. v. mac. gust. ij. sign. rhod. gust. ij. M. vel B. ol. capp. amygd. am. à. unc. B. tart. dr. i. Gum. ammon. bdell. in acer. squill. dissol. an. dr. vj. cer. parum M.* Hinc applicari potest *Emplastr. de cicuta, de ammon. vel B. Mass. cerat. de cicut. santal. an. unc. i. malax cum f. q. ol. lil. alb. M. f. Mass. mollis* epati applicanda, & sæpius renovanda, vel *Emplastr. carminat.* Sylvij expertum. \mathfrak{z} . *Gumm. galban. bdell. Ammon. an. B. thuris masculi, Myrrh. rub. an. 3j. op. shebaic. 3j. dissolv. in aceto squillit. & iterum inspiss. adde cera citrin. coloph. an. 3ij. Bals. de peru. ol. philosoph. an. 3j. ol. terr. 3B. ol. carv. 3B. tereb. venet. q. f. F. L. A. Emplastrum Vel meum experitissimum Cataplasma. \mathfrak{z} . *Pulv. oliv. 3vj. album. ov. N. vj. ol. lin. vel ol. amygd. dulc. parum M. f. Cataplasma.* Stupæ distractæ ad volæ manûs extensæ magnitudinem, portio illita, & hypochondriis appositæ, & si sicca innovanda. Plura topica vid. infra de Scirrho.*

VII.

Diatæ: aër sit purior, calidior, siccior vel temperatus, in causa calida, vitetur frigidus, auster, pluvios. Cibi sint cocti faciles, ut *carn. vitul. hed. pull. gallin. capon.* videntur lactici. legum. ping. farinacea fruct. hord. mellit. dulcia &c. Potus sit *vin. alb. tenue* vel *cerevis. tenuis,* vel *insus. lim. chalyb. cum cinnam.* In causa calida, *decoct. cicb. & pass. & pauco cinnam.* Convenit etiam moderata corporis exercitatio ante cibum, servetur quies absque somno diurno, alvus sit laxa.

CAPUT IV.

Inflatio Epatis & Lienis.

I.

Nomen: Inflatio Epatis & Lienis, german. Ausblähung der Leber und des Milz.

Definitio &c. est partium harum à flatu crasso, sub tunica earum contento, inflatio ac intumescencia, affligens cum tumore dextræ vel sinistri hypochondrii nonnihil cedente, ac murmur excitante, dolore aliquo per intervalla distendente, sine gravitatis ac ponderis sensu, ac sine coloris mutatione in facie.

II.

Curatio: Fit præmissis universal, ut in obstruct. præcipuè Clystere carminativo v. gr. \mathfrak{z} . *Decoct. carmin. lib. i. ol. cham. laur. an. unc. B. dest. cumin. carv. an. dr. ij. elect. diaphen. unc. i. mell. an. zhoif. unc. v. sal. com. p. i. M.* Topicis us Inunct. v. gr. \mathfrak{z} . *Ol. cham. laur. capp. absinth. an. dr. ij. ung. carmin. Myrsich. unc. i. cerat. de cicut. unc. B. M.* ad ignem. Prodest etiam *Empl. de bacc. laur. de cicut. Sorbais* in dolore Lienis, quandoque confectit *saccul. ex verben. virid. incis. & contus. cum farin. hord. & album. ov. mixt.* quem lieni applicavit, quique magnam quantitatem humoris cruenti extraxit, ut lintea vel decies multiplicata penetraverit. Non autem videtur juxta ipsum ordinaria istius mixturæ Tinctura, cum non semper, nec in alio loco, quàm liene hunc affectum producat. Huc quoque spectat *cucurb. ficc.* regioni harum partium applicata. Plura vid. de Inflat. stomachi, Colica, Tympanide, & affectione Hypochondriacæ.

CAPUT

CAPUT V.

Icterus.

I.

Nomen: Icterus, Cachexia ictericia, Aurigo, Auriginosa perfusio, ab auro, seu flavo colore, Galbulus vel Galbula, græcis est avicula flava, Arquatus seu Arcuatus, Morbus regius, ex eo, quod curretur apparatus regio, nempe: balneo, lecto, exercitatione, ludis laevisis, cantu, deliciis, conclavi cultiore, remediis regis & selectis, juxta illud:

*Regius est verò signatus nomine morbus,
Molliter ac ideo; quia celsa curatur in aula.*

Dicitur etiam Regius ab auro, tanquam omnium metallorum Rege, Germanicè, die Gelbsucht.

II.

Definitio: est color totius corporis p. n. flavus, subviridis, vel ex flavo niger, ab excrementitii & vitiosi humoris, ejusdem coloris in cutem effusione exortus.

III.

Genus: est symptoma visibilis qualitatis mutatae.

IV.

Subjectum adequatum: est Corporis habitus, cutis nempe, ac præcipuè album oculi, unguis, labia &c. subinde etiam partes internæ, ab ictERICA tinctura haud immunes sunt. Serum in Ictericis non tantum post V. S. flavissimum conspicitur, sed etiam excitatis vesicis, intensè croceus liquor elicitur.

V.

Subjectum principale: est Epar, cum vesicula fellis; ac poro choledochi.

VI.

Differentia: Alius est *recens*, alius *inveteratus*, alius *primarius*, alius *secundarius* vel superveniens febribus, tam continuis, quam intermittentibus, chronicis, sive sit *criticus*, accidens die critico, progressis signis coctionis, teste Hipp. 4. aph. 62. & 64. ut dicemus in pro-

in prognosticis. Verùm salvâ autoritate Hipp. dico: nullus Icterus propriè est criticus, sed tantum signum boni vel mali exitus morbi; sive *symptomaticus*. Alius *simplex*, per se affligens, alius *complicatus* cum aliis morbis; alius *benignus*, alius *malignus*; alius *magnus* & vehemens, alius *parvus* & levis; alius ratione temporis, juxta Hippocratem, *æstivus*, *autumnalis*, &c. alius *hereditarius*, à semine parentum contractus. Alius *flavus*, alius *niger*, die schwarze Gelbsucht, quando flavedo nunc ad viriditatem, nunc ad caruleitatem, nunc ad obscurum livorem inclinat. Hic, juxta A. A. oritur, ab effusione humoris melancholici, ex liene vel obstructo, vel imbecilli non attraehente; juxta R. R. autem probabilis à flavo. Quoad causam non differt, nisi quod in hoc bilis magis corrupta, vitriolica & fixior, ex mixtione acidi austeri primarum viarum, seu stomachalis seu pancreatici, cum bilis ab infillatis acidis ad virorem inclinet.

VII.

Causa interna: est Bilis ex nidore p. n. vitio primæ digestionis, ex fermento vitioso acido, austero, genita in ventriculo, hincque M. S. & succos circulantes inquinans, ut in febribus, & positâ hâc causâ, ponitur Icterus. Vel bilis Epatis naturalis aut vitata, à prædicto acido austero, texturam ejus immutante, eamque plus minus in spissante, & quandoque in calculos coagulante, ut nec debite in Epate secerni, vel secreta excerni possit. Hinc in graviore & pertinaciori Ictero, spissior ac tenacior bilis subinde inventa fuit; vel distributio ejus læsa à meatuum biliariorem angustia, seu ab obstructione à pituita & bile crassa, vel calculo, seu à compressione per tumores, seu quandoque à spasmodica contractione vesiculæ fellis, in doloribus colicis, hysteriis &c. **Quæres:** utrum Bilis naturalis etiam Icterus causet? **R.** Negative, quia illa in venis consistit, estque tenuior sanguinis pars, nec flavescit, sed rubet, unde non naturalis, sed vitata bilis hunc affectum producit; Bilis enim naturalis est vitæ balsamus, ergò causa morborum esse non potest.

VIII.

Causæ Dispositivæ: temperamentum calidum & siccum, bilis fetax, ætas adolescentiæ, & juvenilis, licet & pueris malum non sit inouitatum, præ cæteris calculi maximè dispositi sunt, unde **Nota:** in vesicula fellæ sæpè generari enormes calculos, uti ipse sum & sui testis oculatus. Item Scirrhi viscerum.

IX.

Causa externa: Aër calidior & sicior, fructus horæi, lac corruptum, pisces corrupti, dulcia, ira, tristitia, abusus spiritus vini, suppress. mens. morsus animalium venenatorum, & venena assumpta, sanguinem fermenti instar, in humorem flavum corruptentia, medicamenta calidiora, cibi calidiores.

X.

Signa Diagnostica: totius corporis flavedo, citrinitas, aut pallens viriditas, etiam in albo oculi conspicua, dolor compressivus præcordiorum, & stomachi, lassitudo & pruritus totius corporis, urina passæ, crassa, lixivialis, cerevisiæ instar, vel ex flavo & rubro nigricans & rutilans, lintea immersa croceo colore tingens, amaritudo oris, præsertim in confirmato, aut varius oris sapor, cum siti ut plurimum clamosa. Alvus nunc fluida est, diarrhææ biliosæ instar, nunc sæpius pertinaciter clausa, excrementis albicantibus prodeuntibus, quia nulla bilis ad intestina & alvum defertur, & sic excrementa flavâ tincturâ desiliuntur; in aliquibus adest dolor hypochondrii dextri obtusus, in profundo perceptibilis, subinde cum duritie. Quandoque adest etiam singultus, vomitus biliosus, dolor capitis &c. adest & torpor in motu, pruritus in cute, maximè in dorso.

XI.

Signa Causarum: ex propriis capitibus & fontibus defumenda.

XII.

Prognostica: Icterus qui sequitur vitium Epatis quoddam confirmatum, vel Scirrhum, ferè lethalis esse solet, & nunc immediatè, Hydropis nempe intervenit jugulat. Icterus qualiscunque, si in confirmationem & diurnitatem abeat, periculosus est, Hipp. 6. aph. 42. ait: *Regio morbo laborantibus, jecur durum fieri, malum.* item 4. aph. 62. *quibus per febres morbus regius ante septimum supervenerit, malum;* cum sit symptomatikus, è contrâ 4. aph. 64. ait: *quibus per febres die 7. vel 9. vel 11. vel 14. morbus regius supervenerit, bonum;* nisi & dextrum hypochond. durum fuerit, alioquin minimè bonum. Icterus flavus curatu facilior, quàm niger: in specie niger quartantis superveniens, solet esse contumaciore, ex flavo levetissimus est. Qui in febre criticus, item ex obstructione meatûs cholelochi natus, modò non nimis pertinax fuerit obstructio, ex calculo sive in renibus, sive in vesica, sive vesicula fellea contento ortus,

difficillimè curatur, aut curatus crebrius recidivat, & mortem inferus; Ictericus sunt quasi in statu neutro, nunc ad convalescentiam, nunc ad decidentiam. Lethiferum Icterus potentid plerumque venter turgidus, & vehementer intumescens. Icterus senibus pinguibus, absque febre accidens, rarò curatur, ob materiæ crassitiem. Potatoes vini meraci vel adusti, nunquam antea ictero detenti, prognosticis potiùs, quàm salutaribus auxiliis relinquendi, teste *Hartmanno*. Icterus à veneno dato promanans, magnum vitæ discrimen accelerat, cui natura sæpius succumbit, quàm se subducit. Solvitur interdum Icterus per hæmorrhagiam, hæmorrhoides, Urinam copiosiore, vomitum, sudores.

XIII.

Indicationes: sunt obstructiones ductuum biliariorum, & vasor. cholidochor. tollere & aperire, acidum corrigere, humores viscidos incidere, attenuare, bilem corruptam evacuare, crasin sanguinis restituere &c.

I.

Curatio: fit V. S. non administrando, cum à Gal. improbetur, & hic non profit, præsertim in inveterato, nisi in corpore plethorico, ut omnia vasa reddantur patula, & tunc locum habet Venæ sectio; ità etiam Hæmorrhoidum apertio, & in mulieribus Mensium provocatio, etiam in pedibus vena aperta.

II.

Exhibenda vel vomitoria, ventriculum phlegmatis viscosi saburrâ aggravatum alleviantia, & simul vasa cholelocha irritando, atque ductus omnes epaticas valde succutiendo, infarctiones eorum expedientia, bilisque per vias priùs affluetas transitum sollicitantia, præsertim si Icterus sit recens; vel purgantia, ex quibus præstant *insus. sem.* cum *sal. tart. &c. rhab.* vel in substant. & pulv. cum *sal. absinth. & cremor. tart.* vel in Insus. vid. Obstruè. Epat. Maximè hic conveniunt Noduli laxativi v. g. *z. Rad. cicb. sans. asparag. à. dr. ij. chelid. m. polypod. querc. à. dr. iij. fol. sem. f. unc. ij. rhab. el. dr. vj. fibr. elleb. nigr. turb. alb. gumm. à. dr. ij. herb. cuscut. chamad. nob. chamapys. cent. min. marrub. à. p. iij. curcum. dr. ij. sem. cis. ser. ij. anis. coriand. p. p. à. ser. i. galang. min. cinam. el. à. ser. iij. croc. ser. i. tart. crud. dr. iij. M. incis. & contus. ad Nodul. pro mens. iij. vin. alb. & mens. iij. aq. font. subinde etiam addi potest *chalyb. p. p.* in nodul ligat. Alii etiam in obesis Pilul. commendant. Sic à *Sorbais* seq. commendantur. *R. Mass. pil. tart. Scabröder.**

der. ser. i. extract. chelid. m. cent. min. croc. an. gr. vj. pulv. syr. gr. v. cum s. q. aq. chelid. M. f. pilul. N. ix. & sic fiant 4, vel 6. Doses, singulis vel alternis diebus sumendæ. Expertissimum in multis est & à me sapissimè probatum *Decoctum Anticætericum Lindani.* *Rad. cichor. taraxac. an. ʒj. rad. chelid. maj. ʒvj. Herb. endiv. cichor. fragar. an. ʒj. marrub. alb. M. ʒ. tart. crud. alb. fol. sem. s. f. an. ʒvj. coq. in l. q. aq. font. lib. v. vel aq. & vin. à lib. ʒ. in vase clauso. Dosis omni manè duo haustus, & interposita unâ horâ, & continuando ad morbi usque sublacionem, cavendo tamen, nè ultrâ bis vel ter de die operetur, aliàs minùs & parcius sumendum. Vel *Pilulâ Sorbait expertâ* *ʒ. Extr. chelidon. maj. extr. centaaur. min. extr. croc. an. gr. vj. Pilul. tart. Schröd. ʒj. diagryd. sulph. gr. v. M. f. cūm aq. chelidon. Pilul. N. ix.* pro dosi, & sic dentur alternis diebus, per aliquot tempus.*

III.

Veniendum ad *appropriatâ anticæterica*, inter quâ primatum obtinet *chelid. maj.* seu quoad succum ejus rec. express. vel *rad. ejus in vin.* macerata, quod exinde flavescit & egregium in Ictero est experimentum; seu *decoctum* ejus vel solum cum *gr. junip.* vel prout proponit *River.* *ʒ. Rad. rub. unct. unc. ʒ. fol. chelid. m. mj. summit. abstinth. pont. cent. min. à p. i. cumam. dr. ʒ. croc. ser. ʒ. inf. per noct. in vin. alb. unc. viij.* col. add. *sacch. alb. unc. ʒ.* capiat 3, hor. ante pastum. Hoc eodem teste, per 6, vel 7, dies usurpatum, affectum ictericum plerumque radicitus tollit. Si recens adhuc, *foed* sequens commendat. *ʒ. Rad. chelid. m. unct. m. ʒ. gr. junip. m. j. contus. affund. vin. rhen. lib. i.* Dos. unc. iv. bis in die. *Lindano* teste sequens decoct, quemvis icterum curat, præmissio vomitorio *ʒ. Rad. cich. vel tarax. unc. ʒ. chelid. m. dr. vj. vel unc. i. herb. cich. maj. fragar. m. ʒ. marrub. m. ʒ. tart. alb. unc. ʒ. vel dr. vj. fol. sem. dr. vj. coq. in aq. & vin. a. s. q. vase clauso, col. lib. ʒ. pro usu; singulo haustu addi potest *ʒ. tart. rectif. ʒ. i.* Inter specifica etiam laudantur *marrub. cent. min. tarax. ʒ. cham.* in decoct. Ex obs. *Poter.* appropriatum est, *decoct. rad. rub. tindt.* item expertum est, *decoct. fragar. cum pass.* item *anserin. flor. hyper. genist. calend.* & præcipue *croc.* Specificum etiam est *sem. aquileg.* hinc Pulv. *Timæ* ad Icterum expertus paratur: *ʒ. Sem. aquileg. dr. vj. croc. orient. dr. i. tart. vitriol. dr. ʒ. M. f. Pulv.* divid. in septem æq. p. sumend. ex *vin. calid.* 7. diebus continuis. Laudatur etiam *mixtur. s. ʒ. aperit. Penot. Elixir prop. P. ʒ. tart. rectif. ʒ. sal. armon.* Hinc pauperculi, *Urinæ* potu se curant, sumendo eam vel solam, vel cum succo *marrub.**

marrub. & abstinth. & in lect. desuper sudando, *rad. curcum.* etiam anticæterica est, seu sola, seu mixta cum *aurum. diaph.* item *pulv. lumbr. terrest.* vel *sal. vol. lumb. terr.* aut *vin.* Laudantur etiam, ob texturam volatilem salinam nitroso-armonicalem, stercorea quædam, ut *sterc. ansercul. sterc. canis ossa rodentis, sterc. album pulvor. exsic. & pulv. frag. stercor. ar. Quercet. lap. in selle bovis vel portor.* repert. *bez. occid. &c.* Specifica præterea sunt Pulvis sequens: *R. Pulv. ros. ebor. ʒj. rhab. el. ʒj. ʒ. spir. nitr. dulc. gutt. viij. M. f. divid. in duas doses, manè & vespèri, & continuetur per 4. dies, vel Pulvis expertus in Ictero, à calculis in vesica fellea hærentibus, à me probatus in femina serie: R. Pulv. aurum. diaphor. marshial. pulv. rad. curcum. an. ʒ. ʒ. sal. succin. vol. ʒ. ʒ. M. & divid. in duas doses, continuando per aliquot dies. Vel *ʒ. spir. nitr. dulc. ʒ. ʒ. tart. s. vel compos. ʒ. ʒ. sal. armon.* Vulgare est remedium, si sumantur *novem pediculi* vivi per 6. vel 7. dies, quia pediculi in se continent *fallem volatilem.* Laudantur *millepedes* seu *aselli, lumbrici terrest.* in varia forma, *Potus actianularum.**

IV.

Optima etiam in Ictericis sunt *chalybeata*, quia hæc non tantum Viscerum obstructiones reserant, sulphuris & salis fixi efferos motus depriment, sed & sanguinem fluidiorem & volatiliorem reddunt. Sic pulvis ad Icterum specificus est, *um. marr. exalt. ʒ. pulveris. & sub triturata. ol. destill. lig. sasaph. irrorat.* nunc sola, nunc cum *an. crystill. p. p.* Huc etiam spectant Pulvis *cachect.* supra in obstruct. Epat. propof. vel *ʒ. Croc. mart. aperit. ser. ʒ. pulv. epat. rub. sal. abstinth. chelid. m. cent. min. an. ser. i. M. f. Pulv.* dividatur in 8. p. æq. sumend. ex *juscul. alterato rad. cich. petroscl.* item *vin. chalybeat. vin. in quo aurum sæpè exstinctum.* Huc spectant quoque *acidula*, quæ deploratos interdum curarunt Icteros.

V.

Inter extrinseca prodest *inunctio epat. ex ol. lumb. terr.* ad hoc specifico vel *ol. tamarisc.* cum *cerat. sant. & de succo. cicut.* item *ung. mart. deoppliat. empl. de cicut.* laudatur etiam *hyperic. plantis pedum* supposit. vel cataplaf. ex foliis *marrub. virid. rad. chelid. m. & visc. querc.* cum *aces. vel vin.* subact. Pro delenda penitus tinctura, convenit *baln. aq. d.* fricando in eo corpus Sacculus, *farin. bord. & sab.* replet. & in *aq. calid.* intinct. vel paretur Insestus seq. *R. Rad. sigill. salom. serpent. enul. chelid. m. an. mj. herb. cent. min. marrub. br. ass. fumar. pariet. origan. scabios. an. mj. ʒ. hyper. meli-*

lot. samb. an. m. j. sem. cumin. unc. lb. furfur. m. ij. coq. ex f. q. ag. pro Infeſſu, elicitò prius sudore, per ſequentem emulſ. *℞. Sem. aquileg. ſcr. ij. carduib. cir. an. ſcr. i. aq. fumar. ſambuc. à unc. lb. M. f. Emulſ.* adde C. C. phil. p. p. ſcr. i. ſpir. ſambuc. ſcr. B. M. Alii applicant *vineam piſcem* ventri, vel hypocondrio, ſed eſt plus ſigmenti quàm medicamenti; vel *accti vapor* ex ferro candenti, admiſſus in faciem, optimè aufert flavedinam ex facie.

VI.

Dieta: aër ſit temperatus, purus, luminofus. Viçtus mediocris, boni ſucci, magis ex liquidis; vitetur ingluvies cibi craſſioris ſucci, legum. fruçt. hor. piſc. carnes ſalit inſumat, mellit, ſacchar. Potus ſit *vin. lymphat. vel cereviſ. tenuis* aut *medicat.* v. g. media vel tota urna impletur cereviſia, cui ſub fermentatione indatur ſequens Nodus. *℞. Summit. abſinth. pontic. marrub. alb. ſiccas. an. m. ij. rad. bardan. ſiccæ ʒvi. cortic. fraxin. b. rber. an. ʒij. cortic. exter. aurant. N. viij. exterior cir. ro. concil. & contuſ. dentur ad Nodulum, pro una urna cereviſiæ; medietaſ ſumitur pro media urna. Vel decoctum cichor. rad. fragar. paſſ. &c. vel rad. cynosbat. liq. paſſ. &c. vitetur ira & triſtitia, ſomnus, vigil. motus & quies, ſint mediocria, alvus præ ceteris ſervetur laxa.*



CAPUT VI.

Scirrhus Epatis, Lienis & Meſenterii.

I.

Nomen: Scirrhus Epatis, Lienis, & Meſenterii. Germanicè, *Erhartung der Leber, und Milz-Selten.*

II.

Deſinitio: eſt partium harum tumor frigidus, durus, renitens, ac indolens, à materia craſſa, acida, auſtera & frigida progenitus.

III.

Genus: eſt Morbus auçtæ magnitudinis.

IV.

Subjectum: Epar, Lien & Glandulæ meſenterii, quæ ſubinde etiam afficiuntur tumoribus ſtrumofis, & ſcirrhoſis, quod non rarum in Infantibus, cum atrophia & tumore quaſi tympanitico abdominis.

V. Diſſe

V.

Differentia: Alius eſt non *exquiſitus*, ſeu recens, ſenſibilis, & adhuc dolens: alius *exquiſitus* & diuturnus, in lapidem tranſiens, duritiem ſenſumque omnem ac dolorem exuens; quia ille, cui adhuc dolet, & ſenſit, ſignum eſt, quod obſtructio non ſit totalis, ſed quidam tubuli adhuc ſuum ſuccum aliquo modo recipiant.

VI.

Cauſe interna: humores craſſi, frigidi, viſcidi, tartarei, diuturnas obſtructiones cauſantes, præcipuè ſi aciditas junçta, cujus hoſtili præſentia ſtringuntur fibra, clauduntur pori, ac ordinarius fluidorum tranſitus plus minus impeditur.

VII.

Cauſe externa: Viçtus craſſus, dulcia, içtus, caſus, compreſſio hypocondri, applicata topica, vel nimium refrigerantia & ſanguinem coagulantia, vel nimium reſolventia ac tenuiores partes diſſipantia, & craſſiores relinquuntia, aquæ craſſæ, impuræ, turbidæ.

VIII.

Signa Diagnostica: ſi in Epate, adeſt durities & renitentia dextræ hypocondrii, figurâ epatis circumſcripta, gravitas ac ponderis ſenſus in reſpiratione, diſſicilior decubitus in latus ſiniſtrum, color faciei pallidus ac quaſi viſcens, corporis macies, quandoque & tumor pedum, &c. Si in Liene, hæc obſervantur in ſiniſtro hypocondrio, & diſſicilior eſt decubitus in latus dextrum. Si in Meſenterio, iidem tactu & ſitu loci percipiuntur. Interim res bene perpendenda, nè durities, quæ circa ſiniſtrum hypocondrium ſentitur, vel reſidat inter muſculos abdominis & peritonæum, vel in glandulis omenti & meſenterii, vel in inteſtino ſtercore craſſiori obſeſſo, & tumorem farcinalem exhibentem, eùm durities lienis non ſit adeò frequens, prout vulgò putatur.

IX.

Prognostica: Scirrhus inſenſibilis curationem non admittit, qui vero diſſiciliter ſentit, diſſicilis quoque curatur, teſte *Galen. lib. ad Glauconem cap. 4. & 5.* inveteratus in Hydropem degenerat, teſt. *Hipp. 6. aph. 18. diviſam* inquit *hepar, lethale eſt.* Ictero ſuccedens, aut illum generans, valde pernicioſus. Si ad ſuppurationem deducatur, facile degenerat in cancerum.

X.

Indicationes: sunt præmissis præmittendis, materiam induratum emollire, discutere, resolvere.

I.

Curatio: fit intrinsicè iisdem, quibus obstructions epatis, ubi *martialia* ante perfectum Scirrhum sunt optima, hinc *aqua ferrata* tumentes lienes absumere dicuntur, atque experientià constat, animalia apud fabros ferrarios educata, qui ipsi dant aquam, in qua candens ferrum extinctum, exiguis habere lienes; Prodest igitur *zinc. mart. aperit. vel mart. aperit. Willis.* quorum descript. vid. in praxi *Gaukes* vel *ser. i.* quotide de *limat. mart.* Pro evacuatione laudantur *pilul. ex ammon. de tart. Querc. tart. Bons.* vel *seq. Sorbait:* *R. Gum. ammon. gr. viij. Mass. pilul. melanagog. Querc. ser. i. extr. gent. cent. m. an. gr. iv. pulv. syr. gr. iij. c. f. q. syr. de fumar. M. f. Pilul. N. ix.* deurent. Sequentes sunt etiam maxime proficua: *R. Mart. cum sulph. calc. dr. ij. gum. ammon. depur. scam. sulph. an. dr. j. cum syr. de cich. cum rhab. & spir. vin. à f. q. f. mass. pilul. quarum dos. à gr. viij. ad scr. i.* quotidie. *seq. de gummatibus purgantibus utilissima: R. Gum. ammon. depur. li. m. chalyb. subtil. strict. & cribrat. mercur. dulc. an. dr. β. castor. scr. i. resin. scammon. scr. ij. mag. gum. gutt. dr. β. troch. alb. ser. i. ol. caryoph. gutt. x. M. f. Pilul. L. ij.* dentur quotidie m. 3. 4. Ex obstructuentibus conveniunt: *tart. vitr. cum sale cich. absinth. sal. hypochond. Pot. croc. mart. aperit. Tinct. & spir. tart.* item aperientia, ut *jura pulli alterata cich. cuscut. agrim. petrosel. &c.* cum guttis aliquot *spir. tart.* vel *sal. armon.* alii etiam commendant, usum *tereb.* In Scirrholienis specificum dicitur *urtica mort.* seu *pulv.* seu in *vin.* decoct. Plura vide de obstructione Epatis. *Spir. tart. cum spir. salis. armon.* mixtus, datus ad *gutt. xxv.* est efficax,

II.

Agendum *topici* emollientibus & digerentibus, quæ invicem miscenda, vel alternatim usurpanda, nè ex solo emollientium usu putredinis & cancri, ex solo discutientium, majoris indurationis imminet periculum; ex his topicis in usum imprimis sunt; *semicup.* & *Foment.* v. g. *Rad. bryon. alib. lil. alb. an. unc. i. fol. matv. violar. pariet. absinth. agrim. an. mj. sem. lin. senugr. aneth. an. unc. β. fl. cham. melil. ros. à. p. i. coq. in 3. p. ag. & i. vin. alb.* sub finem addi

addit. vel in *aq. & acet.* fomentetur mane & vesperi per spong. per semi-horam. Si Scirrhus contumacior, add. *rad. ireos cucum. agrest. ebul. &c.* hinc fiat Inunctio. *R. Ol. tamarisc. lil. alb. an. unc. i.* dissolv. *mass. emplastr. de cicut. unc. ij. M. f. Liniment.* valet etiam *Ung. de cicut. Fabric. Hildan.* item *Ung. Musitani.* vel *R. Ol. cap. absinth. mastich. an. unc. β. succ. rad. bryon. ap. an. unc. iβ. coq. ad succ. consumpt. add. mucilag. rad. albh. acet. ros. coct. unc. β. gum. ammon. acet. squill. sol. & inspiss. dr. vj. cer. q. f. M. f. Ung.* prodest etiam Cataplasma ex *nicot. Zuvölf.* item ex foliis *hyoscyam.* in *aceto cocti,* addito oleo *amygd. amar. ex ferment. acriori in ana. ol. & vin.* ad consist. Catapl. coct. vel *R. Rad. cucum. agrest. lib. i. fol. matv. violar. an. m. iij. coq. ad putrilag. contund. & trajic. per fetac. add. ol. de capp. de tamarisc. à. unc. i. acet. squill. parum. M. f. Catapl.* Multum prodest Catapl. de cep. *seq. R. Separ. sub ciner. assar. & excors. N. viij. herb. matv. biamalv. an. m. iv. farin. senugr. unc. viij.* herb. concisa & cum capis benè confusa coq. ex *aq.* ad consistentiam Cataplasmaticis, quod tepidè liberaliter & immediatè super tumorem injiciatur, & per vinculum in suo loco servetur.

Ex emplastris profunt: *Empl. de nicot. Zuvölf. empl. de cicut. cum an. gum. ammoniac. in acet. destill. sol. vel R. Empl. de mucilag. unc. i. de melilot. unc. β. gum. ammon. in succ. absinth. solut. dr. iij. malax. cum ol. absinth. & lilior. alb. item Empl. de ran. cum mercur. empl. carmin. Sylv. cerat. de ammon. Forest. vel cerat. aqua pendent. ex ammon. succo nicotian. resin. pin. tereb. succ. ebul. ol. capp. & cera, item Ceratum de cepis R. Cep. sub cin. ass. excoct. & minutif. concis, & contul. unc. v. sapon. venet. unc. xij. cera flau. resin. an. unc. iij. farin. senugr. trit. unc. vj. ol. oliv. parum liq. simul & agita pistill. donec frigeat. Item emplastr. de lad. emplastr. Busing. vid. praxin *Gaukes* &c. emplastra hæc usûs tempore malaxari possunt. *ol. destill. succin. vel tart. philosoph. gum. ammon.* item *Emplastr. Herb. Thee Dolai. &c.* profunt etiam stillicidia ex *decoctis emollientibus,* vel *ol. lil. alb. lumbr. lin. &c.* item *luta theriacum.* Post usum emollientium, prodest vapor ex *acet. forti & ag. vita,* super lapidem molarem aut laterem candentem effusus, post ejus usum iterum ad emollientia, & hinc rursus ad resolutentia transfendum,*

III.

Diatæ: ut in obstructionibus Epatis. Profunt in cibus *nasturt.* *eroc.* *asparag.* *fenic.* *petrosel.* *capp.* &c. Potus sit *aq. sapororum* vel *vin. tamariscat.* vel *medicat.* cum *insuf. splenet.* vel *chalybeat.* vel *aurat.* &c. plura vide in Obstructione.

CAPUT VII.

Cachexia.

I.

Nomen: Cachexia, Malus habitus, à malè habendo dictus. Germanicè, Aufdunstung des Leibs, Bleichsucht von wässerichter Feuchtheit.

II.

Definitio: est Corporis totius habitus in pallidum, plumbeum vel virescentem & subtumidum ac flaccidum mutatio, seu totius corporis depravata nutritio, cum tumore faciei, palpebrarum ac pedum œdematoso, dispnoëa, præsertim in acclivi ascensu & tantillo motu, cum palpitatione cordis, quandoque ac arteriarum circa jugulum & tempora pulsatione, lassitudine totius corporis & præcipuè crurum, urgente non raro dolore compressivo, & anxio præcordiorum, exteriorum partium rigore, aurium tinnitu, appetitu dejecto, vomitu, pulsu inæquali, vertigine, alvi & mensium obstructione, urinis crudis, aqueis, subinde turbidis, cum copioso albo sedimento, febre etiam quandoque lenta continua &c.

III.

Genus: Est symptoma Nutritionis, partim diminutæ, partim depravatæ: imò etiam in qualitate mutatæ.

IV.

Subiectum adequatum: est universi Corporis habitus, ac præcipuè cutis musculi, & hi primò oculis occurrunt. *Subiectum originale*: sunt partes, chylosi ac præcipuè sanguificationi instrumentales servientes, nempe Cor & Jecur; Cor magistratè & effectivè, Epas ministratè, seu depurativè.

V. Diffes

V.

Differentia: alia est *pura*, exorta à Sanguine crudo pituitoso, vel seroso: alia *mixta*, cum crudo sanguini aliquid etiam alterius humoris, ut bilis vel melancholiæ admiscetur, hinc postmodum diversi oriuntur colores foedi & p. n. unde si color albus est, dicitur propriè Cachexia: si flavus, Icterus, seu Icteria: si viridis aut lividus, Icterus niger, vel Cachexia scorbutica: si pallidus, Chlorosis, seu Cachexia Chlorotica & Cachexia Virginum. Hinc alia *Cachexia* est *alba*, alia *citrina*, alia *livida*; item alia *primaria*, & primigenia quæ per se incipit; alia *confectaria*, quæ alios morbos sequitur; alia *recens*: alia *inveterata*, alia *Cachexia propriè* dicta, alia *Leucophlegmatia*, quæ est summus Cachexiæ gradus, cum habitu corporis insigniter tumido, ac inflato, laxatoque tono fibrarum musculosarum, & nervosarum; alia Anasarca seu Hyposarca, quæ est habitus cachecticus, ex ichoroso, & crudo sero, ex qualicunque occasione retento, in habitum corporis deposito, concurrente etiam fortè impedimento circulationis lymphæ, eadem ex obstructione tubulorum & glandularum partium stagnante hinc effusâ, & veluti in gelatinam concretescente; Differt à Leucophlegmatia, quod in hac habitus pituitosus, minus splendens, ac nitens sit, ut in Anasarca, cum veligiis digito impressis diutius durantibus.

VI.

Causa immediata: est depravata universi corporis nutritio ex cruditate massæ sang. ac inde deficiente, aut diminuta ejus fermentatione, oleosis nempe, & volatilibus chyli particulis suppressis: ferrosi verò & pituitosi dominium obtinentibus. Oritur autem cruditas M. S. vel ex deficiente chylosi alimentis non ritè fermentando volatilifatis, ac in subdulcem aut subsalsum volatilem liquorem, sed in pituitam crassam, crudam & acidam degenerantibus, accedente bilis inertia, seu deficiente ejus acrimonia salino-volatili, quæ nec corrigit, nec perficit debitè chylum, nec facies ritè separat, unde ex Cachochoylia, Cachochoymia, & vitium coctionis primæ non corrigitur in secunda; hinc sanguine tali crudo infarciuntur potius, quam debita assimilatione nutriuntur partes, vel alios morbos sequitur immediate sanguinem, vel ejus defecationem & deurationem attingens, ut v. gr. nimias hæmorrhagias, sanguinis suppress. gonorrhæam, fluxorem album, febres chronicas, molam aut sætum mortuum, renum ulcera, urinæ suppress. epatis aut lienis atonias seu languores, obstructions, tumores &c.

F ff 2

VII. Cau-

VII.

Causa Dispositiva: Temperamentum frigid. & humidum, ætas senilis teste *Hipp. 3. aph. 31.* ob languescentem calorem, & deficientes plurimas volatiles oleosas particulas, ætas puerilis, ob ingluviem, mulieres ratione mensium, vel nimis fluentium vel suppressorum.

VIII.

Causa externa: Aër frig. & humid, alimenta pravi succi, vel nimium frigida, crassa, cruda, viscosa, & tartarea, ingluviem & immodicæ helluationes & commestiones, nimia lubricationes, suppressio lochior, mens. hæmorrhoid. vel nimia harum evacuationes, toxicationes, morsusque animalium venenator, lues Vener, Catarrhi &c.

IX.

Signa Diagnostica: Jam posita in defin. facies enim maximè turgescit, præsertim sub auroram, manus etiam & pedes potissimum sub vesperam ampliantur, totumque gravatur corpus, & ad motum pigrius evadit, ac aliquatenus stupefcit, adest palpiratio cordis, Dispnoea, lassitudo, inappetentia, sitis, nausea, vomitus, tormina, flatus, febris lenta, alvi obstructio, suppressio naturalium evacuationum &c.

X.

Prognostica: Cachexia est malum chronicum, tardæ & difficilis curationis præsertim inveteratum, sæpissimè degenerans in Hydropem, cujus est prodromus. Ratio difficilis curæ est, quòd integram massam sanguinis non tantùm, sed & omnes necessarios succos pristino vigori restituere, ingentis laboris & patientiæ opus sit. Si occurrat Scirrhus Epatis vel Lienis confirmatus, vix curabitur. Difficilis etiam curatio est, quæ sequitur febrem acut, aut intermittentem chronicam, malè à Medico vel crebriori potu ac auro tractatam; item si superveniat mulieribus, quibus ordine naturæ menses deficiunt. Cachexia, hæc etiam senibus familiaris, qua tamen affecti vix evadunt. Pueri faciliè curantur, teste *Aretæo*. Hic affectus longo acquiritur tempore, & nec ab uno inducitur corporis vitio, aut affecto viscere, sed est omnium in deterius conversio.

XI.

Indicationes: sunt primam digestionem emendare, acidum vitiofum absorbere, humores erudos, crassos incidere, attenuare, evacuare, bilis inertiam acuerè, discrasiam sanguinis corrigere, partesque affectas roborare,

I. Cura

I.

Curatio: fit V, S. omitiendo, nisi menses vel hæmorrhoides suppressæ.

II.

Propinando *digestiva* ex *crem. & cryst. tart. tart. vitriol. ocul. canc. sal. absinth. &c.* v. gr. \mathfrak{z} . *Magist. tart. vitriol. dr. iß. fecul. bron. sal. absinth. card. ven. an. dr. ß. mag. corall. rub. scr. ij. M. divid. in 8. p. æq. vel ß. Tart. vitriol. scrup. ij. sal. absinth. scr. i. M. divid. in 2. p. æq. dentur cum brod. decoct. gallin. cum rad. fenic. petrosel. passul. croc. mac.*

III.

Evacuando seu per vomitum, seu per alvum, cautè tamen hæc sunt adhibenda, nè bilis suppressa magis effocera reddatur, maximè si sint nimis fortia, & cathartica. *Lindemus* dicit: quòd leniùs tractantur Cachectici, tantò citiùs curantur. Secus per fortia, præmaturè committuntur funeri, vità longiore digni. Lenia & digestiva laudantur, idque, vel per *nodul. laxat.* per epicrasin, v. gr. \mathfrak{z} . *Rad. ebul. birundinar. tr. nosi. an. dr. vj. cicb. unc. ß. corr. samb. dr. vj. herb. agrim. epat. nob. gratiol. soldanell. card. ven. summit. absinth. an. M. j.* (his addi possunt *rad. armorac. seu raphanus syl. vest. rad. helenij, cicbor.*) *fol. senn. f. unc. i. mechoac. turb. rhab. an. dr. iij. sem. carth. unc. ß. galang. calam. aromat. an. dr. ij. sem. anis. dr. ij. incis. dentur ad Nodulum, ex serico alb. vel ß. Herb. cuscus. capill. ven. ling. cervin. metiss. puleg. an. mj. absinth. pontic. m. ß. fol. senn. f. unc. ij. rad. gual. unc. ß. rhab. el. dr. ij. mart. cum sulph. p. p. tart. alb. p. p. an. unc. ß. mac. scr. i. f. Nod. pro vin. alb. lib. v. stent in infusione per 24. horas, Dosis unc. vi. præsumpto *carnis brod. & compresso Nodul. Vel in forma Pilul. ß. Exer. panckym. scr. i. mag. gualap. gr. vj. ol. dest. absinth. gust. ij. cum f. q. Tinct. mart. M. f. Fil. N. xi. deurent. Vel in forma Boli ß. Rob. ebul. dr. i. j. mag. gual. gr. xv. (plus minus) crem. tart. scr. ß. M. vel in forma Pulv. ß. Rad. gual. rec. pulv. scr. i. f. ij. scam. sulph. gr. ix. x. crem. tart. scrup. i. ol. fenic. gust. iv. M. f. Pulv. Multum etiam præstant *rob sambuc. rob de rhamno, rob ebul. rob cynosbat.* Plura vid. de Hydrop.**

IV.

Imprimis conveniunt *martialia*, ut *pulvis cachect.* *Querc. & Hartm.* vel \mathfrak{z} . *Chalyb. cum acer. p. p. unc. iß. fecul. aron. cryst. all. tart.*

sart. an. dr. ij. ol. caryoph. gutt. xx. cinam. gutt. vij. sacch. ros. tabul. dr. vj. M. Dof. dr. i. m. ex brodio, deambulando defuper levitet. Item Vin. ex infuf. absinth. rosm. & chalyb. item tinct. mart. liquid. Zuvöfff. vel Tinctur. vitriol. mart. Zuvöfff. croc. mart. Tinct. vitrioli mart. Ludovic. vin. malvat. martial. Hartm. claret. martial. Mynsf. Nodus v. g. ʒ. Herb. rorism. fatv. an. m. ʒ. absinth. m. j. fl. cent. min. p. iv. rhab. el. unc. ʒ. cinam. galang. z. z. an. dr. ij. limat. mart. recent. unc. ʒ. M. includ. Nodul. sub usu horum semper alvus aperta servanda est, quare consultum, omni septimana semel vel bis vespere affumere dosin pilular. usual. vel Francofurtens. vel uti clystere lenitivo.

V.

Exhibenda roborantia, & alterantia volat. plüs minüs aromatico-amara, fumendaque ex vehiculo calido; talia sunt: *elix. prop. P. sine acid. essent. absinth. cent. min. agrim. chamadr. elix. menth. Tinct. tart. compos. spir. carmin. de 3. spir. sal. armon. tinct. corall. sp. & rob baccar. junip. &c.* Amaricantia ut plurimum laudantur, & *elix. p. p. Elix. aperis. Claud. Quint. essent. absinth. centaur. min. chamadr.* Valent etiam *jus galli veteru.*

VI.

In Anasarca, præcipuè laudantur insuper *Judorifera*, & *diuretica*, inter illa eminet: *decoct. sassaph. & quajac. v. g. ʒ. Raf. lign. sancti. unc. vj. sassaph. unc. ij. santal. omn. an. dr. vj. ras. ebor. C. C. an. dr. ij. infund. & coq. in aq. font. lib. vij. ad med. ebor. rad. calam. arom. galang. min. bardan. petasit. an. unc. ʒ. sol. fatv. chamadr. an. m. ij. col. Dosis ad unc. vij. x. bis in die. Inter hæc *decoct. granor. junip. item rad. vincetox. in vin. parat. decoct. enul. aut vin. absint. vel enul. lixiv. ex ciner. absint. & genist. cum vin. albo parat. v. g. ʒ. Ciner. genist. vel absinth. vel sarmentor. vis. ad albed. calc. & crib. unc. iv. vin. alb. lib. ʒj. diger. calid. in vase claus. P. 3. vel 4. horas. col. Dosis unc. vj. vel vij. bis in die. Laudatur etiam *matv. junip. item spir. sal. vel crebr. ex brod. decoct. petrosel. Estmüller.* aliquando in Anasarca proficuum observavit sequens *decoct. ʒ. Rad. byron. rec. unc. ʒ. asar. unc. ʒ. sal. sart. dr. ij. inf. in liq. aq. s. stent in loco tepido per noctem, manè adde; rad. vincetox. dr. ij. com. absint. m. j. stor. bellid. m. ʒ. bacc. junip. dr. ij. incif. & contus. confund. simul, ac coq. de col. ʒ. Lib. ʒ. spir. sal. armon. tinct. nephrie. an. dr. ʒ. syr. de byssop. dr. ij. detur hauitus ter de die; Mirè etiam laudatur *decoct. asar.* cum paucò *cinam.****

VII. Pro

VII.

Pro materia in ambitu corporis discutienda, utendum validâ frictione, cum lineis asperis. Imprimis etiam utiles sunt *Therma sulph. bituminos. balnea laconica &c.* non tamen in principio, nè intemptivè adhibita, Asthma, vel Apoplexiam excitent. Pro œdemate pedum, seq. prodest *baln. sudoris.* sequente suffitu & aspersione pulv. ʒ. *Rad. ebul. unc. iv. herb. fatv. betos. rorism. an. m. ij. bacc. laur. m. ʒ. junip. m. ʒ. incif. & contus. coq. pro Baln. sudoris, pedum.* Sudor dertegatur, linteo mast. perfum. vel seq. suffitus. ʒ. *Mastich. succin. oib. an. dr. ʒ. tacamah. dr. ij. lig. aloës dr. ʒ. ros. rub. m. ʒ. M. f. Pulv.* Abistero sudore, seq. pulv. corroborationis ratione aspergatur ʒ. *Absinth. vulg. heder. serrefl. scorã. an. m. ij. sabin. m. ʒ. stor. anth. stach. fatv. an. m. ʒ. farin. fab. lupin. lent. an. unc. ʒ. bacc. laur. junip. myrril. an. unc. ʒ. myrrb. mast. an. unc. ʒ. M. f. Pulv. Cauteria etiam cruribus affixa, utilia sunt in his affectibus.*

VIII.

Dieta: Victus ratio sit tenuis, calefaciens & exsiccans, cibi boni succi, aromaticis conditi, magis assii, quàm elixi; vitentur frigida, crassa, lenta, & excrementitia, ut olera fructus hor. lacticin. pisc. &c. vitetur ciborum varietas & repletio, cum abstinentiâ multu fuerint curati; Potus sit *vin. alb. tenuè odoriferum vel amaricantibus ut absinth. elen. &c.* aromatizatum; sit etiam parcius & citrà satietatem; fugiat potus aquæ, vitetur otium. Juvant exercitia moderata, deambulatio, frict. Nocet fomnus diurnus, vitentur fortiores animi motus, ac alvus fervetur aperta. post cibum sumatur Pulv. peptic. v. gr. ʒ. *Spec. diarrhod. Abb. diatrion. sant. an. scr. ij. diacurcum. diablacc. an. scr. ʒ. cinam. opt. dr. ʒ. nuc. mosch. dr. ʒ. mac. caryoph. cubeb. cardam. an. scr. ʒ. corall. rub. p. p. dr. ʒ. fol. aur. N. ij. sacch. albis. unc. ʒ. M. vel ʒ. Sem. anis. dr. vj. coriand. fenic. an. dr. ʒ. corall. rub. p. p. cinam. an. dr. ʒ. tunic. inters. ventric. gallin. p. p. dr. ʒ. sacch. ros. tab. unc. iv. M. f. Pulv. vide plura titulo sequente.*

CAPUT VIII.

Hydrops.

I.

NOMEN: Hydrops, seu aqua oculis obvia, Hydropisis, Morbus hydropicus, Aqua intercutem, seu intercutanea, Ros humidus, seu sal, aut liquor resolutus, german. Wasserfucht,

II. Desi;

II.

Definitio: Est Aucta abdominis magnitudo, dependens à seroso & aquoso humore, in ejus capacitate contento, hoc est, vel in ipso abdomine intra peritonæum, vel intrâ dupliciaturam peritonæi, vel intra cavum omenti, & hic Hydrops dicitur Epiploicus. Vel intrâ partium membranas vesiculari forma, ut testantur Authorum observationes.

III.

Genus: Est morbus in aucta magnitudine, vel Symptoma læsæ sanguificationis.

IV.

Subjectum continens & adequatum: præcipuè est Abdomen, fubinde etiam Scrotum, ac Pedes.

Principale: non tantum Jecur, prout Veteres volunt, cum juxta illos Hepar instrumentum & officina sanguificationis habebatur, sed jam Hepar infons & illæsum sæpè reperitur in Hydrope; præterea Hepar non est sanguificationis seu generationis, sed tantum perfectionis sanguinis & secretionis organum: unde illud non tantum, sed etiam quælibet viscera sanguinis generationi, vel defæcationi, & despumationi inservientia, imò ipse sanguis debilitatus, chylum sibi ritè assimilare haud valens.

V.

Differentia: Alius Hydrops est *Ascites* seu *utricularis*, eò, quod aqua in peritonæo velut in utre continetur, de quo dictum in defin. alius *Tympanitis*, de quo infra, alius *Leucoplegmatis*, de qua supra in Cachexia; item alius Hydrops est *universalis*, ut in Anasarca; alius *particularis*, ut in Ascite, Hydrocephalo, Hydrocele, Hydrope pectoris, uteri, cordis seu hydro-cardia, item Ascites alius est *incipiens*, alius *increfçens*, alius *inveteratus*, alius *lento pede* accidens, alius *subitò* invadens: alius *primarius*, per se, vel ab evidenti causa oriundus, alius *consèctarius*, secundarius, qui alios morbos sequitur. Alius *simplex*, ut Ascites, alius *complicatus*, ut Ascites, Anasarca vel Tympanites, alius *mollis*, alius *durus*.

VI.

Causa immediata: Est partium chylicarum & sanguificarum aetia atonia & imbecillitas, imò ipsa M. S. spiritibus depauperata, & in crasi vitata, ut assumpta ac in chylum mutata, cum juncta vehiculo seroso sanguini debitè non assimilantur, sed successivè magis

atque-

attenuata ac resoluta, cum sero tandem extravasentur; accedente ejus coacervatione, per deficientem urinæ excretionem, & insensibilem transpirationem. Oritur igitur Hydrops vel per se, vitio læsæ primæ digestionis, vel alios morbos sequitur, generationem vel defæcationem sanguinis lædentes, ut v. g. tum Febres intermitt. chronicas quasvis male tractatas, speciatim quartanas diuturnas, agris præsertim in paroxysmis nimis bibentibus, tum Asthmata diutius durantia, uti & alia pectoris pathemata, ut emphyema, pthysin, sputum sanguinis, tum renes obstructos, debilitatos, ulceratos, mictum quoque sanguinis diuturnum, tum atoniam obstruct. vel scirrhus epat. lien. pancreat. glandular. mesenterii &c. tum icterum & alias cachexiæ species confirmatas, uti & scorbutum, tum sanguinem, p. n. excretum, postquamvis enormem hæmorrhagiam, vel p. n. retentum, ut in suppressione mensium, hæmorrhoid. &c. imò & alias nimias evacuationes sequitur, ut v. g. per album, tum etiam graviorem aut copiosorem aut intempestivum potum præsertim frigida, ut in ætate, vel paroxysmis febrium, tum quandoque colliquationem, ut in febribus acut. & hæcticis. His causis ut plurimum, si non semper, jungitur defectus sensibilis excretionis urinæ. & transpirationis, ut difficillimè sudent, quod fortè oritur, ex irritatis ac restrictis poris ac fibris, à contento sero acri acido-salfo, à qua causa etiam oriri videtur angustia illa præcordiorum, quasi cingulo stringerentur hypochondria.

Aqua hydropticorum in cavitate abdominis ordinariè contenta (sicut fubinde vesicis quibusdam partibus intus adnatis inclusa observata fuerit) est liquida & lymphida M. S. pars, à tinctura separata, quarum particulas lacteas alibites, unde leni igne in gelatinam vel substantiam ovi albumini similem concrevit, quam excrementis in se continet; hinc diversi coloris, plerumque est pallida & citrina, urinam referens, quandoque lutea, viridis, flavo-nigra, vel loturam carniū referens, est acido-salsa, hinc alii aquæ permista, spumam saponis instilar excitat. Acrimonia patet, quod ulcera in cruribus exciter difficulter sanabilia, ac morsum in recto intestino. Aciditas autem, quòd lac coagulare observetur, ac discutitur alcalinis.

Extravasatur hoc serum, vel quòd rariùs exruptis vasibus lacteis aut lymphaticis, & ferè magis in particularibus hydropsis speciebus vel frequentius ob difficiliorem circulationem M. S. serosioris, ut adeò sanguis serosus proprio impetu ac mole magis deorsum feratur, ac difficilius ascendat, impulsu in arteriis f. èto, in venis haud leviter diminuto, hinc sanguine ex arteriis in venas transeunte, utpote spissiori, & impetum à corde impressum magis suscipiente, serum fluidum

dius interim, qua data porta secedit ad inferiora, fit autem hoc præcipue, circa loca, ubi notabilis languescit, à corde impressus impetus, usque dum pedetentim superiori versus tandem vergit. V. V. ferum in cavitate abdominis effundi voluerunt, per vasa epiploica & gastropiploica, juxta effatum Hipp. 7. aph. 55. *quibus epas aqua plenum in omentum eruperit, ut venter aqua expletur, & moriuntur.* Omentum enim plurimum affectum esse volunt, tum quia animalia, quæ non mingunt, casent omento, tum quia id semper in Hydropticis dissectum, vel putridum, vel laceratum, vel tumoribus repletum, invenitur. Verbo: causa Hydropsis est, feri seu lymphæ seu communis excrementi & alimenti vehiculæ in quibuscunque partibus, & quocunque modo vitiatæ, id est, vel coæservatæ (idque ob deficientem sensibilem vel insensibilem transpirationem, & imminutam urinæ excretionem,) vel in copia nimia generatæ, id est, dum chylus & sanguis nimis serosus & aquosus producitur, vel extravasatæ: id est, ob segregationem feri, seu lymphæ, à reliquis liquoribus circulantibus, ubi vel per se nimis incrassescit, vel motu nimio vasa replet, distendit, vel planè rumpit, & sic Hydropem inducit, vid. experimentum *Louuerii in meo promptuario fol. 390.*

Nota: quomodo autem, & per quas vias natura aquam in abdomine contentam per alvum, vel urinam, vel alia loca ejiciat, dico 1mo id fieri per cæcos quosdam ductus naturæ notos, nobis ignotos; unde natura in statu naturali constituta, utitur viis patentibus, in statu p. n. verò cæcis ductibus. Dico 2do corpus nostrum totum esse respirabile, ergò etiam hæc fieri possunt.

VII.

Cause Dispositiva: Hæreditaria dispositio, temperamentum frigidum & humidum, detenti atoniæ viscerum primæ & secundæ costionis, subiecta pinguia, & ampli pectoris, dum senescunt, ætas senilis, puerilis, femina etiam magis quam viri, præsertim ubi parere desierunt, subinde etiam steriles juniores occupat. &c.

VIII.

Cause externa: Usus cibor. frigidor. & humidorum, ut melon. lact. fruct. hor. &c. multa helliutia vini generosi, vel spirit. vini, omnes enim ejusmodi calicum remiges aut tabe, aut hydrope, aut ex febribus malignis pereunt. Nimia etiam & intempestiva frigida ingurgitatio, præsertim nocturna, & in febrium paroxysmis, diæta gulosa & luxuriosa, suppress. mens. hæmorrhoid. teste Hipp. quæ 6. aph.

aph. 12. inquit: *à diuturnis hæmorrhoidibus curato, nisi tu a quam seruetur aperta, periculum aquæ inter cutem, vel rabes impendet.* Vel evacuationes eorum nimie, motus & quies immoderata &c. Ex rebus præternaturalibus chylus, bilis, succus pancreaticus, lymphæ vitiosè constituta; febres chronicae maxime quartanæ malè curatæ, Asthma, Empyema, Pthysis, Renum, Vesicæ, hepat. Pancreat. omenti, mesenterii, uteri, mensium obstructio, hæmorrhoidum suppressio, sudoris, & transpirationis penuria, vitium v. gr. obstructio, scirrhus, Icterus, cachexia, scorbutus &c.

IX.

Signa Diagnostica: Præsentis, vel plùs minùs imminentis, segnitias & languor totius corporis, pedum circa talos tumor œdematosus, ac plùs minus serosus, impressi digiti vestigia aliquandiu reitens, qui noctu quidem imminuitur: interdiu verò augetur, & vesperis longè major apparet, hoc ordinariè primum est signum; & licet hoc accidat prægnantibus, & aliis, quibus catamenia sistuntur, tamen hoc signum eò certius erit, si simul concurrant dispnoea, urinæ paucitas, & sitis intensa. Idem tumor paulatim, & successivè aucltus, ac ascendens, transit ad ventrem, hinc & ferorum, & tunc simul subinde iatumescent testes, item præputium & coles, qui subinde penitus occultatur, subinde quadruplo fit major, & translucidus, adest sensus fluctuantis aquæ, dum æger de latere in latum convertitur, abdomen plerumque intumescit sensim, & inadvertenter, interdum breviter, & quasi subito, nunc ex uno nunc ex utroque latere; adeò ut plerumque etiam post mortem sic maneat, raroque detumescat. Ex observ. *Sylvii*, qui in Hydrope incidentes multum bibunt, in iis plerumque hydrops se in abdomine manifestat; qui vero in potu sobrii, in his plerumque in pedibus, interim superiores partes detumescunt & emaciantur, præcipuè jugulum, cervix & pectus, quibusdam facies, præsertim manè à somno intumescit, interdum etiam ad extremum manus instantur, color faciei ut plurimum pallidus plùs minùs lividus, multi etiam simul vexantur pruritu molesto, quidam scabie: abscessus quoque, & maculæ in cruribus quibusdam erumpunt, sæpiùs tamen lethales, plerumque etiam febris comitari solet Hydropicos, eaque continua lenta, circa vesperam manifestior, pulsus parvus, crebrior, subdurus, cum quadam tensione, sitis clamosa & inextinguibilis, quæ indulgendo crescit, nam

Quò plùs sunt pota, plùs sitiuntur aqua.

imò crescit indulgens sibi dirus Hydrops, nec sitim pellit, cibi fastidium insigne plerumque, cum aliqui ad mortem usque comedant, angustia magna circa præcordia & spirandi difficultas, maxime cum loca alta scandant, vel decumbunt, etique unum ex maxime præcipuis de quo conqueruntur ægri, quæque etiam nondum apparente tumore Hydropem præflagit; eaque emergente incrementum sumit, addeò, ut sæpius à media nocte orthopnoicorum more erecti, spiritum ducere cogantur; Accedit etiam plerumque tussis sicca, mali omnis, teste Hipp. 6. aph. 47. hydropicus, si tussim habeat, desperatus est, urina minor respectu potus, ac ferè semper crassa, lixivialis, & intense tincta, subinde licet raro pallida, & tenuis, alvus nunc clausa est, nunc cum ephioria liberior esse solet, quandoque epilepsia supervenit, interdum etiam in apoplexiam lethalem convertitur: Distinguitur à Graviditate, quòd in hac color faciei vividus, oculorum vigor, tumor inequalis, ad præcordia sursum vergens, sine fluctuatione, & siti, urina etiam magis naturali existente, mensibusque superfluis, qui sub Hydropem sæpe fluunt.

X.

Prognostica: omnis Hydrops periculosus & curatu difficilis, ut ab Hydrope pauci liberentur, idque potius felicitate divinà, quam artis auxiliò. In specie tota prognoseos ratio, consistit saltem in accurata consideratione causæ remotæ, & constitutionis viscerum abdominis. Conjunctus cum Scirrho epatis vel lienis, aut Ulcere partis internæ, nunquam ferè curatur, aut curatus, lethaler recidivat. Sic malus quoque superveniens morbo acuto. Minus est periculosus, qui oritur ex nimio aquæ potu, vel levibus obstructionibus, vel febre sequitur. In Hydrope, Cachexia, aliisque similibus morbis diuturnis, dejectio nigra, quæ non est à medicamentis, lethalis est. Hydrops ex perverso purgantium abusu excitatus, admodum periculosus; quò lotium minus redditur, eò deterior est Hydrops, mala etiam urina rubicunda, lixivialis, & pauca. Abscessus, vel macula livida in cruribus erumpentes, lethales, gangrænam nempe imminentem & mortem præflagientes test. Hipp. 6. aph. 8. Hydropici, qui remedium efficacità liberantur, si in eundem affectum reciderint, desperati sunt, ob latens visceris vitium immedicabile. Hydrops facilius in juvenibus, quam senibus; viris, quam foeminis; humidioribus, quam siccis; servis quam liberis; ætate, quam vieme curatur. Hipp. 7. aph. 47. & 6. aph. 35. ait: si Hydropicus tussim habeat, malum, vel desperatus est, est autem ea jam tum feralis & funesta tussis, quæ

fit

fit pulmone ab aqua in thorace lacescitur; item Hipp. 7. aph. 55. ait: quibus epas aqua plenum in omentum eruperit (per vala epiploica) vis ventris (id est: cavitas abdominis) aqua repletur, & moriuntur; & 6. aph. 14. dicit: ab aqua inter cutem habita, si aqua, quæ in venis est in ventrem conflaverit, morbi fit solutio. Hic aphorismus, priori contrarius videtur, sed solvitur hæc contrarietas, dicendo: in priori Hippocratem per ventrem intelligere capacitatem abdominis, in hoc posteriori verò alvum, si nempe aqua per alvum effluerit, morbi fit solutio, ut clarius explicat in coactis his verbis: incipiente Hydrope, alvi profluvium sine cruditate proveniens, morbum solvit; nam Hydropi incipienti, alvi profluvium bonum. Idem Hipp. 4. aph. 11. dicit: quibus tormina & circa umbilicum labores & lumborum dolor, qui neque medicamentis, neque aliter solvuntur, in Hydropem siccum firmantur. De hoc aphorismo loquemur capite sequenti de Tympanitide. Confirmato verò malum, mortis que prodromus, idem Hipp. 7. aph. 29. ait: Si leucoplegmata deventio, foris diarrhoea supervenerit, morbum solvit. Hydropici plerumque circa novilunium pejus se habere solent, eoque tempore ferè semper moriuntur, teste Rossinck. Si post usum violenti cathartici venter non detumescat malum est desperatum. Rubicundus urinæ color, pulsus citatus, corporis calor & macies, cum virium lapsu, conclamatum morbum significant. Melioris spei curatio est, si æger sit floridæ ætatis, robustus, ac dispositiones febriles absint.

Nota: si in ullo morbo, certè in Hydrope verificatur sequens:

*Non est in Medico, semper relevetur ut æger,
Interdum doctâ plus valet arte malum.*

Vel:

*Principiis obsta, serò Medicina paratur,
Dum mala per longas invaluere moras.*

IX.

Indicationes: sunt serosam humorum colluviem evacuare, confluentem aliò avertere, causam ob quam colligitur, remove, sanguinis crasin emendare, primam digestionem læsam corrigere, bilem acere, obstructiones viscerum referare, urinæ fluxum promovere, partesque affectas roborare, & bonam dietam observare.

I.

Curatio fit V. S. nisi ab initio, in suppressione mens. ceu pestem, & summè noxiam fugiendo.

II.

Digestiva itidem transmittendo, cum materia ob fluiditatem & tenuitatem nullam recipiat coctionem, nisi crassior materia obstructio-nem causa fit.

III.

Veniendo ad *hydragoga*: circa quæ not. 1^o ea commodius ex-hiberi luna decrescente, quia crescente lunâ, malum etiam crescit. 2^o cathartica, si vel segnius vel minus potenter operentur, officere magis quam prodesse, sanguinem debilitando, camarinam tantum mo-vento, sicque tumorem augendo. Diligenter igitur ex agro inqui-rendum, num facilis vel difficilis solutio: præstatque peccare magis in excessu, quam defectu, cum excessu uti laud. p. tolli possit; hinc *Waldschmidt* dicit: in Hydrope aut fortiter purgandum, aut non purgandum, ex dictis jam rationibus; per inducias enim duro huic morbo spem, & pacem sperare non licebit. 3^o Hydrope postula-re catharsim, & validissimam, & maximè celerem, hinc singulis die-bus expurgandus Hydropicus, nisi quod seu ab nimiam corp. vis debilitatem, seu ob cathartici præcedentis operationem plus satis violentiam, dies unus aut alter subinde intercalari possit præsertim etiam cum aque jam in motum concitatæ, plus noceant, quam quietæ, ac insu-per occasio detur aquis denuò colligendis & corumpendis. 4^o in Hydrope qui vel phytim diuturnam excipit, vel à visceris alicuius labe ac putredine nascitur, vel à sanguinis tono non tam relaxato, quam planè perditio, & spiritibus orbato, ægrum non tantum non iuvari à catharsi, sed malum augeri; hinc in hoc passu magis conveniunt roborantia, aëris mutatio, & in aëre libero exercitium. 5^o In Hydrope, qui vel pedes tantum inflavit, vel etiam ventrem sed modicè, non statim curationem requiri per cathartica, vel emetica, sed haut raro cedere roborantibus & calefacientibus.

Desumuntur purgantia ex *gial. mechac. rhubar. gum. gott. elate. mercur. d. & præcipue syr. de spin. cervu.* aquas copiosè eliciens, sed sitim ingentem inter operandum excitans. Ex dictis sim-plicibus varæ parantur formulae, ut in forma Porion. v. g. *R. Tama-rind. unc. β. fol. senn. f. dr. ij. rhei dr. β. coq. in f. q. ag. ad unc. iij. in col. dissolv. mann. el. syr. de spin. cervu. a. unc. i. elect. de succ. ros. dr. y. M.* Possit addi *gialapp. rec. pulv. scr. i. dr. β. aqu. cinam.*

cinam. bugloss. dr. ij. &c. in forma Boli. *R. Rob. chul. vel sambuci dr. ij. confect. alkerim. scr. i. mag. gialap. à gr. xij. ad xvij. crem. tart. scr. i. cum sacch. vel syr. de spin. cervu. M. f. Bolus. R. Conf. ros. dr. i. gumm. gutt. gr. x. tart. vitriol. mag. gialap. à gr. vij. ol. destill. anis. vel fenic. gutt. ij. cum sacch. f. Bolus. Vel R. Pulv. gumm. gutt. gr. xij. ol. cinam. gutt. i. syr. de spin. cervu. q. l. f. Bolus.* Hæc dosis in dies ungeatur, ascendendo, à gr. xij. ad xx. sumatur per 6. dies continuos, & miraberis effectum ab aliis probatum. In forma Pulver. *R. Rad. gial. rec. pulv. scr. ij. scam. sulph. scr. β. tart. vitriol. gr. vij. M. f. Pulv.* potest etiam addi *gumm. gutt. scr. β. vel R. Spec. diatrib. cum rhab. rad. gialap. rec. pulv. an. scr. i. gumm. gutt. scr. β. ol. dest. mac. vel anis. gutt. ij. M. vel R. Mercur. d. rec. p. p. gr. xvij. mag. gial. gr. xij. vel rad. rec. pulv. dr. β. M. f. Pulv.* In forma Spirit. vin. in illis præsertim, qui nauseant alia remedia, & à repetito aliorum purgantium usu abhorrent; v. gr. *R. Elux. vit. Mastib. dr. ij. mag. gialap. gr. xij. pil. ros. scr. ij. vel R. Mag. gial. gr. xj. spir. ceras. wg. dr. ij. dissolv. M. in plures doses. R. Rad. gial. contus. hermodact. an. unc. β. scam. crud. dr. ij. fol. senn. scr. ij. glycyrrh. ras. sem. carv. an. unc. β. summit. absint. sol. satv. an. m. j. inf. frigid. in lib. iij. ag. vit. vulg. col. usûs tempore furore coct. x. hora somni, & 2. mane sequenti, augendo vel minuendo dosim, pro ratione operationis. Vel *R. Rad. angel. galang. an. dr. v. gialap. unc. i. caryoph. dr. iij. scammon. dr. y. sal. tart. dr. β. M. f. Pulv.* indendus in vas vitreum angusti orificii, & affunde *spir. vin. unc. xx.* vitro superalligatur linteolum, & vesicula ponitur in loco calido; per 24. hor. hinc usus tempore ablata vesicula per linteolum effunditur coch. quod vel per se vel adjecto saccharo, manè, sub meridie & vesperi exhibetur, post leviem coenam si 2. vel 5. operetur, satis est, secus dosis augenda vel minuenda; In forma Syrup. *R. Mag. gial. scr. i. gumm. gutt. scr. β. syr. de cinam. dr. ij. M.* In forma Pilul. *R. Mass. pil. coct. scr. β. elater. gr. ij. M. f. Pil. vel R. Mag. gial. gr. x. elat. gr. v. crem. tart. gr. iv. cum f. q. succ. absintib. M. f. Pil. N. vij. deurentur, vel R. Troch. alband. elater. mag. gialap. an. scr. i. merc. dulc. sal. ononid. an. scr. y. cum f. q. tereb. & ol. mac. M. f. Pil. Laudantur & pilul. Pontii, *hydragog. Zuvöiff. Timai. v. g. R. Magist. gutt. gamandr. gr. v. resin. gialap. gr. vij. extract. enul. gr. vj. ol. dest. mac. gutt. ij. M. f. Pil. N. ix.* multis inter purgantia laudatur *succus irocos nostr. rec. expressi ad unc. iij. cum mann. catlab. unc. β. M.* maximè etiam laudatur *rhobarb.* Ppar simul robo-rans, hinc *Riverius* observat, Afcitem post vomitum sanguinis or-tum**

tum, curatum per *bocchet*, *rhaharb*. Pro potu ordinario, laudantur etiam sequentia. Potio: \mathcal{R} . *Magist. Gialap. trit. atagryd. sulph. an. gr. vj. tart. vitriol. ℥j. aq. cinnam. bugloss. ℥℞. syrup. cinnam. ℥ij. M. f. Potio. Pilule*: \mathcal{R} . *Extr. clater. magist. gialap. trit. trochis. alband. an. gr. iv. vel v. merc. dulc. rit. p. p. gr. v. vel scrup. ℞. M. f. pilul. N. ix. vel Pulvis*: \mathcal{R} . *Pulv. tart. vitriol. gr. xij. magist. gialap. trit. gr. vj. vel ix. trochise. alband. gr. v. ol. mac. gutt. i. M. vel Bolus*: \mathcal{R} . *Rob. ebul. ℥ij. magist. gialap. trit. gr. ix. troch. se. alband. gr. ij. Elecscob. circ. ℞. M. vel Syrup.* \mathcal{R} . *Rob. ebul. ℥ij. syrup. domest. ℥℞. pulv. crystall. tart. rad. gialap. an. ℥ij. atagryd. sulph. ℥℞. pulv. caryoph. ℥j. M. Dos. est cochl. i. est Pauli ebirurgi. Vel gratus & paucus efficac. Syrup. meus: \mathcal{R} . *Syr. cydoniat. ℥℞. resin. gialap. trit. gr. xij. tart. vitriol. gr. ij. ol. cinnam. vel caryoph. gutt. ij. M. Conveniunt etiam vina hydrotica, quale probatissimum Sorbait. proponit sequens.* \mathcal{R} . *Fol. fern. sel. unc. ij. rad. gial. unc. ℞. troch. se. de expator. de rhab. an. dr. ij. cort. ebul. med. sambuc. an. dr. ℞. rad. ireos nostr. lipp. m. ij. an. dr. j. s. yll. prep. dr. i. fol. gratiol. sold. well. an. m. j. (gratiola & foldanella sunt optima, & efficacissima in Hydrope remedia) tart. crud. unc. ℞. passul. min. mund. unc. i. Quandoque si magnæ adsint obstructiones, *chalyb. prep. unc. ℞. incif. detur ad Nodul. pro v. n. a. l. sextar. v. stent in digest. per 24. hor. Dos. unc. vj. Laudant alii sequens Decoct.* \mathcal{R} . *Cort. inter. sambuc. à lign. der. as. m. ij. coq. in aq. & lact. lib. ℥j. ad lib. i. cuius dimidia pars manè, altera vesperi sumpta, vomitum ciet & catharsim, hinc quotidie assumenda, donec æger revalescat.***

IV.

Vomitoria hîc juxta plurimos Præcticos negligendo nisi in summa vomendi inclinatione, aut graviori dipnoæ; cum leviora nihil faciant, & nauseam tantum excitent, fortiora autem viscera magis debilitent, resolvantque tonum ventriculi, cujus fibræ jam antea ex nimia humiditate relaxatæ: imò fortiora vix operentur, serò lixiviosô acidò infringente sal volat. emeticum; sicuti *sp. nitr. vim cumm. gutt.* Interim R. R. aliqui, ac præsertim *Sydenham*, non veretur, exhibere *infus. croc. metall.* additis subinde simul purgantibus, ut v. g. \mathcal{R} . *Aq. card. ben. unc. iij. infus. croc. metall. unc. ℞. s. j. de sp. n. serv. unc. ℞. ol. de succ. ros. dr. ij. M. exhib. quotidie, juxta agrû vires. Licet enim videatur tantum colluviem in ventriculo stabulantem evacuare, tamen per cæcos ductus & meatus, teste experientia,*

etiam

etiam aquæ ex abdomine ad intestina & ventriculum transmitti possunt; accedente præsertim agitatione & concussione, per vomitum facta. Interim hîc remediò usus fuit, si venter præcipue in tumorem insignem sit elevatus.

V.

Purgationum vice *Clystere* injici possunt, qui commodè etiam aquas ex asciticis educunt, sine fusione totius massæ sanguineæ, quam cathartica fortiora fere semper efficiunt. Parantur diverso modo v. g. \mathcal{R} . *Sera. carth. unc. i. agar. opt. unc. ℞. pulp. colocynth. dr. ij. fol. absinth. ut. chamæd. cent. min. an. m. ℞. coq. ad lib. i. in col. dissolv. ol. rut. cham. capp. an. unc. i. mell. ros. unc. ij. M. vel \mathcal{R} . *Decoct. emoll. lib. i. el. diaphen. unc. i. vin. emet. turb. unc. iv. M. vel \mathcal{R} . Rad. bryon. ir. rost. an. unc. i. baccar. laur. juniper. an. unc. ℞. cors. ins. frang. sambuc. an. m. i. coq. in s. q. aq. vel urin. puer. in col. lib. i. dissolv. el. diacathol. unc. i. hier. pic. unc. ℞. ol. aneth. lib. alb. mell. comm. an. ij. M. Willis, seq. cum multo effectu usus fuit. \mathcal{R} . *Urin. hom. san. & vin. bibent. lib. i. sereb. visell. ov. dissolv. unc. i℞. sal. prun. dr. ℞.***

VI.

Utendo *diureticis*, utpote hydragogis naturalibus, quibus præmissis universalibus, potissimum insistentum, licet potius evacuent materiam, quæ in ventrem confluxura est, quam quæ actu fuit; maxime etiam conveniunt, dum in ægris constitutione debilioribus, vel hysterici, per cathartica & emetica res commode geri nequit. Ex his excellent *rob. juniperin. malvat. junip. decoct. gran. junip. ex vin. generos. v. gr. ℞. Gran. junip. contus. m. iij. coq. in vin. gen. vel aq. ad 3. Dos. unc. vj. quotidie manè. Item salia lixivialia sarmens. vit. junip. genist. stipit. sab. absinth. betul. sim. columb. sal. genist. levistic. vincetox. fraxin. urtica, ebul. ononid. tart. antimon. diaphoret. Hoc vinum meum, in Hydrope, pellendi aquam est efficacissimum. \mathcal{R} . *Mulleped. p. p. minutissimè incisurum ℥℞. rad. bryon. ℥ij. rad. ireos nostr. ℥j. rad. enul. ℥℞. ligentur incif. in peria ex syndone, & infunde in vin. generos. lib. v. de quo vitrellum, præmissa modica expressione, bis vel ter de die sumendum & continuandum. Secretum Archiducis Leopoldi, expertum in multis. \mathcal{R} . *Cortic. med. seu viridum sambuc. lib. i. flor. acat. m. ij. cinam. ℥℞. vin. alb. opt. lib. x. vj. coq. vase turato, ad remanentiam ub. xij. Colat. pro potu ordin. de quo bibat singulo pasto lib. i. & c. que vel omni manè sumuntur ad drach. dimid. ex juscul. vel vin. malvat.***

Hhh

vel

vel diluuntur in *vin.* & ita propinantur sub forma lixivii. Huc etiam pertinet *lixivium benedict.* *Myrs.* vel *ex ciner. stypis. fab.* *Sydenham* sequenti lixivio Hydropicos, pro deploratis habitos, curatos vidit *W. Ciner. genist.* vel *summit. ju. ip. lib. 1. vin. Rhen. lib. iv.* infundit, frigid. addit *sol. absinth. vulg. p. 1.* vel altero, decoct. fumantur *unc. iv.* mane & vesp. & sero, usque dum tumor diminutus sit. Notandum autem: hæc lixivia cum vino parata minus convenire, si urina valde lixiviosa & rubicunda fuerit.

Ex volat, laudantur *spir. sal. armon. sp. tart. aperit. Penos. carminat. de 3. tinct. neph. spir. urin.* per putrefact. parat. ejusque *sal. vol.* item *sp. lumb.* per putrefact. parat. ex haustu *vin. malv. spir. tart. composit. tinct. tart. Elix. pp. cum spir. sal. armon. fact. Elix. aperit. Clauder. Tinct. deoppilat. Tinct. mart. aperit. tinct. vitriol. mart. Zovviff. mixt. simul. essent. diatacca. dracucuma. Spir. calc.* est expertum & potens remedium, ad *gust. v.* plus minus. item *pulv. buson. pp.* sicuti etiam *busones virol.* lumborum regioni applicati, per Urinam Hydropem solvere dicuntur. Dos. *pulv. buson* est *à gr. x. ad xv. vel ser. 1.* Laudatur etiam *terebinthin. ex aq. pariet.* lot. ac quotidie exhibita. item *spir. sal. ex brod. vel spir. tereb.* Alii laudant *succ. pariet. ad unc. ij.* alii *allium* & exinde parata; alii *millepedes* & ex illis parata; alii *succum cherc. fol. ex vin. alb. m.* per plures dies assumptum; alii ex observat. *Borell. aq. veron.* alii *decoct. rad. vincetox.* alii *opercul. cochlear.* depurat. & *pulveris.* alii hæc solvunt in *spir. salis* & exinde liquorem antihydropicum parant. *Acidule,* licet plerumque rejiciantur, tamen ratione causa obstructionis, scilicet *spadanas* pluribus auxilio fuisse testantur Medicorum observat. maximè ubi urina paucæ & tegulæ contrita substantiam referunt.

VII.

Sudoriferis abstinendo. nisi in Anasarca, præsertim si Hæctica, vel Atrophia adfuerit; hinc etiam exinde denteris se habent, cum ob materiam ab exhausta parte fluidiori relicta, majorem visciditatem, lentorem ac gelatinosam substantiam, summam incurrant respirandi difficultatem. In Anasarca autem sudorifera valde profunt, si simul sint diuretica ex *liqu. sumal. saffras.* vid. titul. de Scorb. & luc Vener.

VIII.

Purgantibus & diureticis interferendo *alterantia*, & *purvantia*; & *deobstruentia*; ex quibus laudantur imprimis *maritalia* (quæ rara præstant, aperiendo & roborando, in incipiente hydropo) &

amarâ,

amarâ, præsertim *absinthiacâ,* in quibus, teste *Ermüllero,* potissima Hydropis cura consistit. Sic ab eodem seq. laudatur. *℞. Limar. chalyb. rec. unc. 1. rad. zeduar. incif. & contuf. dr. vj. M. ad faccul.* ex *find. alb. pro mens. vin.* Dos. m. & v. 3. vel 4. cochlear. per 4. aut plures septimanas. Prodest etiam *decoctum absinth.* ex *brod. carr. ess. absinth. conf. absinth. pontic.* quæ multum laudatur à *Mactobio. elix. pp. P. aq. cinam.* item *Elect. amar. Sydenham,* superbibendo *vinum insus. solv. absinth. cent. min. fl. genist. cochlear. &c. pulv. cachect. pil. ex chalyb. cum succ. absint. corall.* *Elect. descrypt.* in obstruct. hepat. vid. etiam *Cachexiam.*

Notandum 1^{mo} evacuatibus aquis, longo & assiduo remedium calefacientium & roborantium usu opus esse, ut novus aquarum proventus præcaveatur, præsertim in ætate provecitioribus, aut minus sano corporis habitu præditis, atque in hoc casu æger amplius haud peribundus; nè catharticum id evertat, quod corroborans subfluxit.

Notandum 2^{do} quòd nonnulli sint, qui cum fructu *salivatione* Hydropem curant, dando, præmissis universalibus *mercur. dulc. vitæ pp. gr. xvi. gumm. gamadræ gr. v. conf. ros. 3ß.* cum *syrup. rosas. q. s.* Dosis postea augendo tribus granis, usque dum salivatio succedat.

Notandum 3^{io} quòd adhuc alii sint, qui Hydropem *magneticè* curant; nempe *urinam* ægri in vesicam sullam ponunt, & in furno suspendunt, seu camino. Vel *Sanguinem* ægri includunt putaminis nucis, & eodem modo suspendunt. Vel *℞. Rasur. Unguium manuum & pedum,* cum syndone rubro, *capro vivo* ad dorsum alligant & in aquam fluentem dimittunt; sed fides sit penes authorem.

IX.

Circa omnia medicamenta hætenus in Hydrope dicta. *Not. 1^{mo}* ea cum morbus sit Chronicus, longiori tempore usurpanda esse. *2^{do}* eadem subinde varianda, nè natura uni avescat. *3^{io}* interdum à medicamentis cessanda, ut vires labefactæ iterum recolligantur *4^{to}* ad fortiora veniendum, si mitiora non profuerint, *5^{to}* in forma solida potius exhibenda quàm liquida.

X.

Externa aquam evacuantia, inuit ipsa natura, quæ nunc per spontaneam in umbilico abdominis tumidi apertionem, nunc per vesicas in cruribus excitatas, nunc foramine in pollice pedis spontè aperto, successive aquam evacuando Hydropes curavit. Ad hujus imitationem

Hhh 2 nem

nem institui solet, *paracentesis*, das *Ansapsen*, locus conveniens hujus operationis est umbilici prominentia, id est: à latere illius umbilici aliquot digitorum transverso latitudine, nunc Veterum modo, per lancettam, & immisam cannulam; nunc R. R. modo, per acum argenteam perforatam, emittendo aquam successively ad uncias aliquot: nam ex *Hipp. 6. aph. 27. quicumque empyici ac bydropici uruntur, aut secantur, si pus aut aqua univrsim effluerint, omnino moriuntur.* Operatio hæc, licet in se tutissima, plerumque tamen fallit, & præsertim in 2. casibus; 1^o nempe quando nimis tardè adhibetur, corruptis jam visceribus, quod ferè semper contingit, ægri enim difficillimè ad hanc operationem se resolvunt; & dum nos volumus, illi nolunt, & dum illi volunt nos non possumus, cum hæc operatio debeat fieri in umbilico prominente ex copia feri, hinc viscera non possunt esse non corrupta. 2^o Si cum Hydrope conjunctus Scirrhus, vel aliud incurabile visceris vitium. Locum igitur potius habet tantum in Ascite, quæ brevi tempore ad insignem magnitudinem pervenit, si hydragoga non juvant, & vires adhuc constant.

Subinde operatio fit in *seroso*, quòd tamen æquè sæpiùs parùm præstat auxilii, multùm autem periculi; Cavendum enim utique, nè Gangræna superveniat. Ego hanc operationem Scroto ipse sæpiùs etiam in eodem homine sine ullo periculo, sed omni possibili cautela & perfectione adhibita, peregi. Idem dicendum de *crurum scarificationibus*, quas aliqui suadent; ex humoris enim falsi affluxu, non rarò inflammatio, dolores gravissimi, & quandoque ipsa gangræna excitata fuit. Instituentæ igitur circa loca carnosà, & furas leniter, & incisionibus à se invicem distantibus, defensiva supra & infra admovendo, ac serum transudans linteolo molli, circa loca citra frictionem abstergendo, vel opposita spongia excipiendo, & loca vicina fovendo, vel vulnuscula eluendo *spir. vin. s. vel camp. theriac. crocat &c.* Vesicis spontaneis subinde in cruribus apertis, & disruptis applic. *fol. brass.* ad hujus imitationem, quidam *vesicatoria* locis crurum carnosis applicant, nempe vel propè furas, vel in parte carnosà femorum; alii præferunt *cauteria*, sed usque hæc tuta, ex *Hipp. enim 6. aph. 8. aquâ inter cutem laborantibus, exorta in corpore ulcera haud facile sanantur.* Hinc alii cautius procedentes, iis tantùm utuntur in Ascite vera, ubi crura nondum sunt tumida, saltem infra genu; sic enim excitatis fonticulis, *Hartmann.* ab aliis incurabiles, sanatos vidit, crurum & ventris tumores. Alii etiam in-

stituunt

stituunt *puncturas cum acubus*, quibus accedit profundior unguium abscessio.

XI.

Utendum etiam extrinsecis, abdomini & scroto tumefacto applicandis, licet pleraque sint pro furo, plusque promittant quàm præstant. In leviore malo *herb. chelid. maj. aut geran. Robert.* contus. plantis pedum alligatur. *Petrosel.* recens contus. & scrot. applic. conduxisse observatum. Optima sunt *sterc. animal.* sic *sterc. caprill.* cum *urin. prop.* subact. & instar cataplasm. applicatum, valet *Ruvierum* Cataplasm. seq. probatum habet: *3. Stercor. bov. siccas. lib. 1. sulph. viv. sem. cumin. pulv. à unc. ij. cum urin. s. q. M. f. Cataplasm. Thoner.* scroto applicat *catapl. ex cochl.* cum rest. contus. asperso *pulv. sterc. cap. & sem. carv.* Alii cataplasm. parant *expulv. bacc. laur. junip.* cum mell. except. Vel *3. Flor. cham. m. ij. farin. fabar. dr. vj. cochl. cum rest. contus. unc. iv. sterc. cap. dr. ij. pulv. sem. cumin. unc. 1. coq. in s. q. aq. vel aq. & acct. an. pro Cataplasm.* Prodest etiam *cataplasm. ex raph.* contus. vel *ex fol. rus.* & *abfinth.* cum melle subact. Profunt insuper Foment, cum aq. calc. viv. vel *foment. Hartmann.* *3. Urin. puer. lib. iv. lapid. prunell. dr. ij. bull.* Alii sequente utuntur lixivio *3. Herb. menth. orig. à m. ij. s. samb. melior. an. p. ij. sem. carv. unc. iß. bacc. laur. unc. ij. sterc. caprill. ad pond. omn. coq. in lixivio,* foveantur partes tumide, hinc applic. *empl. de bacc. laur. de min. Paracels. oxycroc.* Convenit inunctio partium tumentium cum *ss. junip.* & paucò oleo *caryoph.* vel cum *ol. bufon. scorp. junip. laur.* vel *ung. de arbanis. Agrapp. d'alth.* cum *ol. scorp. s. aneth. cham. &c.* cruribus œdematosi applicari potest *ss. vin. calid. fil* in sartag. tost. aut *ciner. vis.* vel *aren. faccul.* indit & cruribus calidè circumligat. Valet etiam *pulvis meus fumalis* ad tumores pedum. Vel *mea fomentatio.* Vel *Balneum* ex herbis hydroticis, radicibus, feminibus & mineralibus. In Anasarca laudatur, si corpus vel pedes immergantur in arenam calidam, & totus tumor evanescit, si tantùm continetur. *Fomentatio* ex *urticis minoribus*, etiam plurimùm facit, sæpiùs adhibita.

XII.

Diatæ: aër vergat ad calidum, vitetur nebulosus frigid. mutatio aëris subinde profuit. Victus sit ex cibis boni succi, & facilis coctionis, & paucissimus; juxtà illud:

Abstine & efficies quod Medicina nequit.

Assa præferuntur elixis; olera medicamentosa hic uulsa, ex *perrosel.* *aspur.* *lupul.* &c. videntur acida, salsa, viscida, flatulenta, & imprimis dulcia; vitetur potus largior, præsertim frigida. Abstinencia à potu plures alleviati, ut testantur plurima exempla; sit saltem parior ex *vin. alb. ten.* vel *vin. emul.* aut *absinth. t.* in quo *radix vincesox.* & *levistic.* infus. vel medicatum redditum, per *infusum raph. rust. fo.* *absinth. cochl. salu. cent. min. summit. genist.* vel *cerevisia* medicata ex *grar. junip. scolopend. rad. bardan. Heder. terrefst.* & *rad. rubia tinct.* qua potenter urinam pellit. vel *Scob. lign. sasaph. rad. chin. an. unc. β. cinam. ops. dr. ij. sem. anis. dr. i.* C. C. p. p. *ouul. canc. p. p. an. dr. i. β. M. f. Pulv. gross.* de quo *cochl.* unum plenum mens. aq. ferventis injiciatur, ac operculo regatur. Vel *Rad. chin. unc. i. sasaph. sansal. rub. citr. an. unc. β. rad. glycyrrh. sem. anis. fenic. an. dr. ij. passul. m. j. M.* incisa dentur ad chartam, de quibus *cochl. ij.* coq. in *lib. v. aq.* ad consumptionem tert. *Ruland.* propinat *decoct. passul. gran. junip. & rad. coch.* Alii *decoct. rad. perrosel. bacc. junip. & sem. c. rv.* alii seq. *β. Lap. prunell. unc. i. sacch. alb. unc. iv. M. f. Pulv. subtilis,* cujus cochlear. dissolv. pro potu. Aliàs abstinendum à liquoribus tenuibus & refrigerantibus quibuslibet, licet palato arrideant, cum aquis magis obstericentur. Pro siti clamosa fallenda, *gr. mast.* ore tenenda, & sedulo masticanda; os eluatur *aq. spir. virioli. tinct.* vel *amarind.* in ore contineantur. Prodest & *nitri. purific.* in ore detent. vel potui inditum. *spir. sal.* quoque potentius inflillatur, egregius est. *Hartmann.* commendat *succ.* vel *vin. gran.* somnus utilis, sollicitetur per pediluv. vitatis narcoticis, hæc enim in Italia, per fehydropicis, ut plurimum sunt fatalia, vires alterius dejectionis, & viscerum tonum labefactantia; & ne salutare narcoticum, ipsis fiat insalubre necroticum: vel viaticum ad aternitatem. Motus pro posse impetretur, quia

Et vitium capiunt, ni moveantur aque.

Vitetur tristitia, cura, Venus. Alvus sit lubrica &c.

CAPITULUM IX.

Tympanites.

Nomen: Tympanites, Hydrops siccus, unde impropiè Hydrops dicitur, cum Hydrops propriè dicatur, ubi aqua adest, hic autem à po-

à potiori flatus peccant; quia tamen raro soli flatus adfunt, quin non etiam aqua subfir, ideo saltem impropiè Hydrops, vel affectus complicatus dici potest. Tympanites dicitur à Tympano, quia instat Tympani dentum est. Germanicè, Wind-Wasser-Sucht.

II.

Definitio: Est aucta Abdominis magnitudo, à flatu crasso, admixto ordinariè plus minus fero, in ejusdem capacitate concluso.

III.

Genus: Morbus auctæ magnitudinis.

IV.

Subjectum: Cavitas Abdominis; subinde simul etiam ventriculo, intestinis, & tunicis mesenterij, flatus inclusi sunt.

V.

Differentia: Tympanitidis tres sunt differentia: Prima à flatibus in intestinis solum producta. Secunda à flatibus & aqua in abdominis cavo coærcatis. Tertia rarissima, à solo flatu ibidem incluso enata.

VI.

Causa: Vel materia cruda crassa & viscosa, à calore debili, in flatu resoluta, vel humor melancholicus, adustus, atrabilaris, aut nitro-sulphureus, à calore exagitatus & quasi accensus, ut elevetur in bullas, crassosque vapores, vel depravata bilis, succi pancreatici vel melancholici, cum admixta pituita, effervescentia coadjuvante pororum chylicantium angustia, vaporibus & flatibus transivante denegante, sive isti flatus in cavitate abdominis, sive in ipsis intestinis inflatis contineantur. *Willis,* pro causa assignat, tensionem abdominis & viscerum membranaceorum spasmodicam, ob spiritus animales nimia copiâ in illas fibras adactos, ac in reditu impeditos.

VII.

Causæ Dispositivæ: Diathesis atrabilaris, hypochondriaca, colica, hysterica, althmatica &c.

VIII.

Causæ externæ: Inordinationes in sex rebus non naturalibus; moror, evacuationes suppressæ, potus frigidus, post æstum.

IX. Signa

IX.

Signa Diagnostica: Cutis abdominis, instar pellis tympani extensa est, percussaque sonum ejus edit; umbilicus multum prominens, major adest ventris inflatio, minor autem gravitas, quam in Ascite; extrema etiam non ita tument, nec vestigium compressionis ita manifestum post se relinquunt, ructus & crepitus crebro percurrunt, borborygmi & rugitus obmurmurant, nec talis sentitur fluctuatio. Subinde venter instar tympani intumescit à tumoribus scirrhis, strumosis, cancriosis, glandulosis, ad notabilem molem pervenientibus, qui tamen initio à Tympanitide dignoscuntur, dum tactu percipiuntur & circumscribuntur.

X.

Prognostica: Inter omnes Hydroypis species periculosissima est Tympanites, ob siccitatem quandoque hecticam, ac plurium partium intemperiem habituales conjunctam, Hipp. 4. aph. 11. ait: *quibus tormina ventris adsunt, & lumborum dolor, qui neque medicamentis, neque fomentis nec per alia remedia solvitur, in siccum Hydropsen firmatur.* Notat enim flatus intrà tunicas mesenterii existentes, quod antrorfum intestinis, posteriorum lumborum vertebrae annectitur. In Hydropsen sicco, *stillicidium urinae, malum*, ex Hipp. in coac. Tympanites curatu difficillimus, quia initia ejus vix advertuntur, & subito accrescit, veluti jam consummatus, & deploratus.

XI.

Indicationes: sunt ferositates unà cum flatibus sensim evacuare, residuam flatuosam materiam cum fermento morbifico discutere, & tandem viscera corroborare,

L.

Curatio: desumenda ex Inflat, stomachi, Colica flatul. & Hydrope. Ante omnia igitur materia morbifica evacuanda phlegmohydrogosis, praevalentibus carminativis, ut v. g. *vin. abjunct. laxat. pilul. benedict. &c.* Clysteres carminativi maxime locum habent. v. g. *Herb. calaminth. rut. puleg. fl. chamom. an. m. j. sambuc. m. B. sem. anis. carv. cumân. aneth. fessel. an. dr. y. bacc. laur. unc. B. Summit. anes. m. B. incif. & conqual. coq. ex s. q. aq. in col. unc. x. dissolv. vin. malv. unc. iij. cl. de bacc. laur. unc. B. benedict. laxat. unc. i. ol. rus. aneth. vel 7. flor. Myrs. an. unc. i.* Possunt etiam parari ex decocto *colocynth.* vel solo, vel admixtis carminativis.

vis. Vel *q. Aq. insus. stercor. mar. eq. cum flor. cham. lib. i. mell. unc. ij. M. B. Urim. san. l. b. i. sal. prunell. dr. i. tereb. venet. vitell. ov. dissol. unc. i. B. M.*

II.

Flatus discutientia & roborantia exhibenda, ut essent. *carmin. ex vin. malv. tint. cort. aurant. spir. anic. ol. lign. quajac. ex aq. carminat. Doracruell. Tint. castor. cass. lign. s. s. p. aq. vit. junip. aq. cinam.* Rotule v. g. *z. Spec. arom. ros. dianis. an. dr. i. B. cl. fenic. ser. B. sacch. in aq. fl. aurant. sol. unc. iv. M. f. confect. in Ros. Pulveres z. Putv. cort. flav. aurant. ser. iv. mac. ser. B. ol. dest. cit. gust. vij. M. f. Putv. divid. in 2. p. xq. vel z. Cinam. acut. unc. B. z. dr. ij. sem. cumin. piper. caryoph. galang. an. dr. i. sacch. albiss. lib. B. M. f. Putv. cujus cochlear dididium sorbeatur ex jusculo calido, jejunio ventre. Prodest quoque Elaeosacch. carminat. z. Sacch. alb. unc. ij. ol. nuc. mosch. rec. express. dr. i. chamomill. ser. i. fenic. anis. an. ser. B. cort. aurant. gust. iij. tereb. gust. vij. M. item Pulv. carminat. & laxat. seq. z. Calam. aromas. gentian. cumin. sil. mont. anis. carv. ameos. petrosel. spic. nard. ind. an. unc. i. corall. rub. p. p. dr. iij. z. alb. sol. fenn. f. tart. an. dr. z. cubeb. mac. an. unc. B. caryoph. unc. i. B. M. f. Putv. Dof. dr. i. Electuar. z. Conf. rad. cich. unc. iij. ros. rub. unc. ij. condit. cort. aurant. unc. i. cit. unc. B. spec. aromas. ros. dr. ij. diarrhoidy. dr. i. conf. alk. dr. i. B. spir. cit. dr. i. syr. de cort. aurant. q. s. M. interm cum in hoc affectu saepe conjungatur viscerum intemperies calida, quae carminativorum calidiorum usu intendi solet, utendum quandoque minus calidis, & epati succurrendum per extrinseca, calorem illius temperantia, unde etiam dicit *Mercat.* calida cum non juverint, transeundum ad frigida, hinc ex R. R. *Carol. della Fons, Professor Parisinus, dissert. de Tympanit.* refert: à se quendam curatum *V. S. ter iterata, clyst. emoll. & refrig. emuls. julep. frig. & Electuario absorbente*, cum oriatur subinde Tympanites ex bile acriori & pinguiori, cum succo pancreatico acidiore potenter & vitiose effervescente, cum sensu caloris & ardoris,*

III.

Inter extrinseca carminativa est: *cucurbitula* cum multa flamma, & sine scarificat. abdomini per vices apposita. Item *Cataplasma de cineribus Myrsicht. foment. Hartmann.* ex urina pueri & lapid. prunell. vel z. *Flor. sal. armon. unc. i. crystall. mineral. unc. ij.*

spir. vin. tenuior, multo phlegmate dilut. lib. ij. M. dissolv. pannus lineus huic repide inringatur & super totum abdomen applic. & subinde mutetur. Alii utuntur spirit. vin. theriac. camph. alii Foment. ex decoct. menth. orig. sem. cumin. bacc. laur. junip. in lixivio & vino. Utile etiam ung. carminat. vel R. Ung. de arthanit. unc. vj. ol. lumbr. terrestr. unc. iv. philof. dr. iij. M. alii utuntur sola inunct. cum ol. philofoph. bis de die fact. Ex Empl. prodest, empl. de bacc. laur. diasapon. &c. empl. de min. c. sapon. ven. f. q. Ex Cataplas. illud de stercore vaccin. cum sem. cumin. Vel R. Rad. cucum. asin. confus. & in acet. squill. per 24. horas macerat. lib. ij. mell. despum. lib. ij. bulliat ad consist. Cerat. add. sem. cumin. pulv. unc. iv. M.

IV.

Dietæ: Victus sit tenuis, & minimè flatulentus; pro Potu sit vinum alb. tenue, vel cerevis. fol. meliss. & rosm. medicat. vel decoct. chin. sasaph. anis. fen. cori. cit. &c. vel R. Lign. sasaph. dr. x. chin. optim. dr. vj. liquor. dr. i. cinam. opt. unc. B. sem. anis. dr. ij. C. C. p. p. dr. j. ß. ocul. cauc. p. p. dr. i. M. f. Pulv. ejus cochl. coq. in lib. iv. aq. post col. in cellam repon. ut refrig. & subsideat. Post pastum sumatur Tragæa. R. Sacch. ros. sab. unc. iv. cass. lign. acut. dr. ij. lign. aloës dr. i. ol. destill. carv. anis. semic. cori. aurant. an. gutt. vij. cinam. gutt. vj. caryoph. gutt. ij. M. f. Trag. vel R. Spec. arom. ros. dr. i. nuc. mosch. dr. i. galang. zc. cardam. caryoph. an. dr. B. sem. anis. semic. coriand. cubebæ an. gr. xxiv. sacch. ros. sab. unc. i. M.



CAPUT X.

Affectio Hypochondriaca.

I.

Nomen: Affectio Hypochondriaca, Malum hypochondriacum, Arabibus Affectus Mirachialis. Mirach idem est quod Abdomen, seu affectio abdominis. Dicitur etiam Bestia septum capitum, seu Mater morborum & Pater symptomatum; item Ludibrium & opprobrium Medicorum, Flagellum Patientum, itemque Purgatorium & Infernus utrorumque nominatur. Affectio flatuosa seu flatulenta, Chymicis tartarus hypochondriacus, Hippocræ. Morbus desiccatorius, ructuosus, niger. Germanicè, Hypochondrie, Milk-Sucht.

II. De-

II.

Definitio: est Dispositio p. n. partium, primæ & secundæ coctioni destinatarum & famulantium, dependens ex colluvie vitiosorum humorum, in vasis lacteis, venæ portæ splenetico & mesenterico, ut & arteriarum plenæ & mesentericæ ramis, etiam in pancreate stibulante, ac depravata crasi M. S. exorta ex acido vitioso primarum viarum R. R. sic definiunt: est molesta & non rarè dolorifica Mentis sensatio, hinc inde excitata, à primæ digestionis liquorum, id est, vel succi nervei, seu nutritii, seu chyli, vel succi pancreatici, nimio, id est, plus minus acri vel qualitercunque vitiato, acido, & non tantum primas vias, sed & proximè adjacentes, imò diffusas partes, rosione vel convulsoria constrictione afficiente, & plurima in iisdem symptomata inferente.

III.

Genus: Varium, imò omne morborum genus ex hoc malo, cum equo Trojano profilit, ad oppugnandam vitæ nostræ Trojam.

IV.

Subjectum Causa: seu pars affecta primaria, de qua tot authorum opiniones, quot sunt illorum capita; aliqui enim nullam, alij hanc, vel illam, alii omnes, seu totum corpus statuunt. Vulgo Lien dicitur, qui tamen sæpius insons in ejusmodi demortuis inventus, & dolores sinistri hypochondrii sæpe non cadunt in lienem, sed in intestina vel ventric. aut membranas, aut spatia musculorum. Aliis Mesenterium, utpote fons sexcentarum ærumnarum, & nutricula Medicorum; aliis duplicatura omenti, seu cavitas illa inter ventriculum & septum transversum, & hæc cavitas à plerisque sedes hujus Affectus dicitur. Aliis Epatis & Ventriculi antipraxia, aliis probabilis Pancreas & Ventriculus, quoad fibras suas relaxatus & debilitatus. Aliis tota circularis massa vel incaffata, vel nimis nexu suo soluta. Aliis nervosæ & membranosæ Abdominis partes, aliis totus homo. Nos, breviter discriminamus, & dicimus: distinguendum esse inter partem affectam ratione causæ radicalis, & ratione productorum seu symptomatum: in priori casu pars affecta est ventriculus, ejusque fermentum in affectione incipiente; in posteriori casu, seu in affectione confirmata, pars affecta est Ventriculus, & omnes aliæ partes corporis sensibiles.

Iii 2

V. Diffe-

V.

Differentia: Alia est *incipiens* & levis: alia *confirmata* & contumax; alia conjuncta cum *Melancholia*, dicta Melancholia hypochondriaca: alia *sine melanchol.* Plurimi enim affectione hypochond. laborant; qui tamen Melancholia non afficiuntur: alia teste *Sylv.* est *acida*, comites habens ructus & cruditatem acidam: alia *nidorosa*: alia *insipida*.

VI.

Causa interna: juxta V. V. est colluvies vitiosorum humorum, imprimis melancholicorum, pituitosorum & biliosorum, in venæ portæ & arteriæ caliæ & mesentericæ ramis, vel etiam in duplicatura omenti, & cavitate illa inter ventric. & septum transversum, in hypochondriis & præcipue sinistro, collecta ex vitio antipraxiæ viscerum, seu ventriculi frigidioris non bene coquentis, (nostro sensu non, veterum intellecta, prout supra de Inappetentia fusè diximus & explicavimus) & lienis, epatis, mesent. pancreat. calidorum, crudam tenuem ac aquosam chyl. partem ad se trahentium, & in vapores sublimantium: crassam tardius, unde hæc vehiculo destituta, in meseraicis, locisque vicinis subsistit, ulterius in crassatur, ac obstructionibus & flatibus ansant præbet. Juxta R. R. causa est depravata sanguinis crasis, & deficiens ejus spiritualescentia, exorta juxta alios vitio lienis, acidum nimis exaltantis, juxta alios, à succo pancreatico, à subaciditate in manifestum acidum, austero & aluminosum degenerante: juxta plurimos, ex stomachi cruditate acidâ, ob acidum ventriculi vitiosum fixum & minus volatile, appetens quidem & assumptâ promptè dissolvens, sed minus fermentans; hinc chylum plus minus viscido-acidum, ac exinde talem sanguinem & lympham generans, ex quibus etiam spirituum animal. depravata genesis, eorumque ob acidum irritativum, variæ ataxiæ seu inordinati motus, conglomerations, & irruptiones, rosiones, obstructiones, dolores, convulsivæ constrictiones, & omnia Hypochondriacis communia symptomata oriuntur. Causa igitur principalis est cruditas acidâ stomachi, unde depravatur chylus, & sanguis visciditatis obruitur, hinc incipit deficere spiritualescentia, lymphæ aciescit, hebetatur, & nervosum genus facillè irritatur.

VII.

Causa dispositiva: Hæreditaria dispositio, temperament. sanguineo-cholericum, cholericum siccum melancholicum, ætas consistens, virilis, antipraxia viscerum; non ut Veteres explicant, id est, Ventriculus

tricus frigidus & epar calidum, quæ potius sigmentum quam documentum audit, eamque confundit, circulan. liquorum motus, quò mediante tam ventriculus, quàm hepar calefit; neque enim est possibile, ut idem profusus sanguis, hepar calefacere & ventriculum refrigerare possit. Recentiores melius antipraxiam dicunt, bilis ex hepate prodeuntis, & succi nutritii seu nervei, modo unius, modò alterius, in ventriculo & intestinis prædominium & vitium, vita sedentaria, speculativa, hinc affectio hæc Litteratorum pedisequa; suppressio mensium & hæmorrhoidum, eorumque inordinatio.

VIII.

Causa externa: Aër vel nimium frigidus, crassus, vel calidus, humores adurens, vel peregrinis particulis acerbis falsis, & potissimum acidis imprægnatus, ut marinus, ingluvies & inordinata diæta, assumptâ difficulter digestibilia, præsertim quibus acidum inest manifestum, vel occultum, ut sale condita vel fumo indurata, quorum illa, non parùm imbibentur de spiritu acido salis, hæc, de spiritu acido fuliginis: item lacticia, legumina, dulcia, pisces & aves palustr. fruct. hor. immatur. acida &c. potus vel non sufficiens, vel nimis, vel qualitate peccans, ut cerevisia non ritè defæcata vel aciescens, aqua limosa, vinum aust. acidum &c. motus deficiens & quies nimia, vel exercitium intempestivum statim à cibo, vigil. somnus meridiana. vita studiis, curis, meditat. ac lubricationibus occupata, quia exinde absumuntur spiritus animæ, ex quorum defectu succi acidi insigniter solent acescere, animi pathemata gravia & diuturna, ut tristitia, terror, mæstitia, ira, zelotypia, Veneris usus immodicus, suppressio mensium, hæmorrhoid. Pueri & adolescentes huic affectui rarè obnoxii sunt, ob temperamentum humidum; frequentius qui sunt ætatis consistentis, ob acidum prædominans.

IX.

Signa Diagnostica: Innumera serè, sed non omnia in omnibus apparentia, appetibus ut plurimum salvis, subinde caninis, quandoque deficiens, ob exsuperantes visciditates, appetunt acidâ, à quibus tamen insigniter læduntur, ructus ab omni pastu infestant, & aliàs etiam continuo boatu sursum feruntur, sapius acidi, rarius nidorosi; subinde sapor acris in ore instar piperis, in intestinis etiam borborygmi & crepitus, cum levamine. Sentitur nonnunquam inflatio stomachi tympanitica, alvus ad biduum vel triduum obstructa, cum excretis paucis, induratis, nigris, globulorum forma, cardialgia & dolore

Stomachi, subinde ad scapulas & præcipuè regionem dorsi se extendentes, interdum jejunos, interdum à cæna, & horis aliquot à pastu, quæ vix cessat, antequam sequatur vomitus ciborum crudorum, & pituitæ acidæ ferventis viscidæ. Jejuni, anxietatibus affliguntur, usque dum comedant, os & lingua salivali humiditate referta est, hinc sunt sputatores, interdum tamen siccò ore reperiuntur, sæpius nausea & sequente vomitu infestantur, materiæ acidæ, instar aceti acerrimi, summa tellure ebullientis, ac spumantis, & præter stuporem dentibus illatum, vasis orichalceis exceptæ, eadem in æruginem vertentis; subinde & bilis amarorem solet inducere. Laborant frequenter æstu & pulsatione, præcipuè in sinistro hypochondrio, & circa lumbos, maxime post motum vehementem, iram & metum, phlogosi etiam vaga, in specie post pastum corripuntur, dum adhuc mensæ assident, ubi insigniter solent erubescere, atque ed citius, dum haustum vini assunt; subinde patiuntur dolores colicos, nunc in sinistro, rariùs in dextro hypochond. respiratio difficilis est, nunc ab omni cœna, nunc manè, cum excretis copiosis, viscidis, mucosis, ac ob remanentias crudas, ex cœna vespertina. Subinde patiuntur Asthmata sicca convulsiva, & faucium occlusionem, instar suffocati. hyst. in confirmatis interdum quoque adsunt tumores duri scirrhosi, subinde in mediis anxietatibus & angustis sudor prorumpit frigidus, qui decrecente malo mutatur in calidum, interdum horror, febrilis accidit, qui frigore ferè circa lumbos & scapulas disperso, molestus est, febremque intermittentem mentitur. Laborant insuper ferè semper affectibus capitis. ut Cephalalgia subinde immani, nunc gravitate capitis, & frequentissime vertigine, dum ferè omnes Hypochondriaci jejuni sunt vertiginosi, quæ tamen vertigo, ad assumptionem buccellæ panis remittit, item tinnitus aurium, quandoque loquela deficit, & lingua rigens sentitur, quod accidens majoris mali præludium, ut epilepsia, convulsio, cæcitas, apoplexiæ &c. Quandoque obvenit obnebulatio capitis, ingenii torpor, memoriæque lapsus, ut hypochondriaci confirmati, subinde necesse habeant valedicere studiis; à pastu solent esse quasi ebrii, faciliè perterresunt præter causas manifestas, quandoque graviore cordis palpitatione corripuntur, subinde etiam lassitudine spontanea, cum sensu stuporis & formicationis, quandoque fiunt Melancholici, meditabundi, tristes citrà causam manifestam, ut ab omni gaudio, & spe abhorrentes, tristissima quæcunque sibi maginentur, ac timore, ira, suspitione, &c. vel ex levissima, aut nulla profusa causa corripantur. Imò ex Melancholia concepta delirant, ita unus se Deum, Athlantem, Dæmonem, Pontificem esse, vel vitrum,

dolium,

dolium, ranas &c. in capite habere, imaginabatur; vel granum milii se esse, & ided gallinas fugiebat; alius nec comedere nec mingere posse credebat &c. Vigiliæ etiam post mediam noctem plerosque infestant, vel noctes infomes sine causa agunt, aut somni sunt perturbati, cum insomniis terrificis, molestante subinde incubo. Quidam, etiam Hæmorrhoidum dolore & tumore cruciantur, quidam Gonorrhæa, vel frequenti Pollutione. Urina varia est, nunc extra paroxysmum sanorum ferè simillima, nunc in eodem pallida, aquea, ut in hysteriis, quandoque crassa, rubra, turbida, cum sedimentum arenoso, salino aucto; illud inter sedimentum rubrum in urina, quod vulgus arenam putat, est materia adusta vel potius tartarus sanguinis secretus, & per vias urina à natura expellitur. Et hæc est illa hydra lerna, tot horrida capitibus, quibus detruccandis vix etiam sufficerent manus Herculeæ: horum autem omnium signorum causas, inordinate deduxi in *meo prompuiario*, hoc titulo, quæ ibidem legi possunt.

X.

Prognostica: Affectus iste ut plurimum non est lethalis, sed longissimus esse consuevit, qui ægros non nisi diu vexatos, & consenescentes deserit, vel sæpe ad mortem usque eos valedudinarios & miserose esse jubet, test. *Hipp. 2. de morbis.* Dicitur opprobrium & scandalum Medicorum: ob curam non semper feliciter succedentem, vel malum faciliè recidivans. Item flagellum Medicorum, ob nova quæ quotidie postulantur remedia, & inconstantiam ægrorum, tam in remediis, quam novis Medicis, teste *Montan.* In hoc morbo oportet toto vitæ tempore operam dare, interdum curationi, interdum præservationi, interdum radicativè, interdum palliativè procedendo; Quare tam Ægris quam Medicis necessaria multa spes, constantia, patientia, & diligentia. Quò pauciora & minùs gravia affligunt symptomata, & quò affectus recentior, eo major spes sanitatis affulget, recens enim subinde, solo corporis motu ritè instituto, curatur, secus ubi invaluit, & radices egit, ubi, etsi generosioribus cedat remediis, faciliè tamen recidivat, cum superstitè vel minimò fermentò reviviscat. Degenerat in Scorbutum, Hydropem, vel Febrem chronicam; non rarò etiam Hypochondriaci fiunt Isterici, scabiosi, quartanarii; Vertigo, & diuturnus capitis dolor, in hypochondriaca passione subinde degenerant in Appoplexiam, Epilepsi. vel Cæcitatem. Hypochondriaci, teste *Liceto*, sæpius sunt longævi, eo, quòd accuratori vitæ regimini se adstringant; idem etiam eas primà tonsurâ ad stul-

ad stultitiam insignitos esse, subide asserit, ob varias & ridiculas eorum phantasias. Mares facilius hoc morbo corripuntur, quam feminæ, & difficiliter curantur feminæ quam viri. Pingues & albos homines hic affectus mitius affligit, fuscus & nigricantes fortius exerceat. Hæmorrhoides, fluxus urinæ crassioris, aut nigre, vel hæmorrhagia periorica, affectum insigniter levare solent, teste Hipp. 6. aph. 1. 1. & 7. Aph. 1. Alvim in hoc affectu laxam habere melius, quam adstrictam; vomitus quoque cum euphoria sæpe utilis, diu verò perseverans, perniciosus. Pulsus hypochondriacorum intermitens, non est metuentus.

XI.

Indicationes: sunt acidum corrigere, humore crassos viscidos attenuare, incidere, detergere, evacuarè, obstructions tollere, bilem exaltare, discrasiam viscerum & crasim sanguinis emendare, primam coctionem restaurare, vapores discutere, partesque affectas roborare.

I.

Curatio: fit præmittendo Clysterem, vel lenitivum. Clysteres hic summè proficui, cum Hypochondr. flatibus abundet, præsertim verò in paroxysmo summè necessarii, ut vapores revellantur & humoris peccantis portio educatur. Parantur vel ex emoll. item melanagog vel ex carminat. vel ex anodynis in doloribus v. g. *Decoct. emoll. & carminat. an. lib. B. elect. lenis, dr. vj. hier. simpl. dr. ij. ol. viol. cham. an. unc. 1. sal. gemm. dr. 1. M. fiat. Clyst. B. Decoct. carm. lib. 1. dissolv. elect. diaphen. bened. laxat. de bacc. Laur. an. unc. B. ol. rus. cham. aneth. an. unc. 1. cum. sal. & vitell. ov. M. F. Clyst. seq. in doloribus flatulentis maximè utilis. B. Caput castreat. seu vervec. sem. carr. unc. B. coq. in aq. lib. ij. ad 3. p. consumpt. adde fl. cham. melilor. aneth. an. p. ij. rursus coque per mediam horam, in col. lib. i. dissolv. sacch. rub. unc. ij. M. F. Clyst. Anodyni parantur ex lacte cum decocto carmin. vel ex cereb. Vel B. Aq. pluvialis lib. 1. sacum cerevis. dr. ij. saponem venet. dr. 1. B. Lenitiva exhiberi possunt seq. v. g. B. Fol. sem. f. epithym. an. dr. ij. sem. cistr. dr. B. coq. in l. q. seri lact. ad unc. vj. in col. unc. iv. dissolv. mann. elect. unc. ij. syr. de polysp. ros. sol. an. dr. ij. crem. tart. si. nistr. an. scr. B. M. B. Fol. sem. sel. dr. 1. B. agar. ops. dr. 1. cort. elleb. nig. scr. ij. sem. anis. 2z. an. scr. 1. mac. cinam. an. gr. vij. fl. borrag. bugl. nymph. an. p. 1. passul. unc. B. coq. in l. aq. borrag. ad 3. p. consumpt. stent per noct. in col. dissolv. mann. elect. unc. ij. mell. ros. sol. unc. 1. oxymell. f. unc. B. M. Sicuti autem hæc lenitiva*

nitiva optima sunt, ita purgantia propriè dicta, experientia teste hoc malum exasperant, adeò, ut citius & melius juventur vomitoriis. Hinc juxta plurimos R. R. basta cura mali hypochondr. in vomitu, præsertim vernali tempore citato consistit, cum sine ejus pramissionè, reliqua remedia parùm vel nihil operentur, sicque etiam ventriculus cruditatibus acidis nidorosis liberetur, dummodo natura ad vomendum sit prona, & humor peccans ed inclinet; hinc *Erismüllerus* vomitum basin curationis hujus mali asserit, firmum enim fundamentum parat, pro futura prospera purgatione. Pro formul. serviant seq. v. g. B. Sal. armon. vel crem. tart. gr. xv. sal. absinth. gr. v. tart. emet. Myrsicht. gr. j. ij. M. B. Conferu. fl. unio. dr. B. tart. emet. gr. ij. crem. tart. gr. 2. M. B. Sal. vitriol. scr. 1. B. detur ex brod. carn. B. Sal. vitriol. alb. p. p. ser. ij. oxymell. f. dr. ij. aq. dest. cich. unc. 1/2. M. B. Syr. emet. A. S. julep. ros. an. unc. B. aq. cinam. bugloss. dr. ij. M. B. Croc. metall. g. f. infund. in vin. alb. per noctem in loco tepido, mane B. Filtrati liquoris per emporet. unc. 1. vel 1/2.

II.

Venam secando ex brachio alterutro, prout Epar vel Lien magis affectum, si plethora adfuerit vel phlogoses multum infestent, aut evacuatio quadam sanguinis consueta suppressa sit. Alii etiam salvatellam aperiant, alii hæmorrhoid. apertionem, autumno præsertim laudant, juxta illud Hippoc. melancholicis & nephriticis Hæmorrhoidum fluxus bonus. vel etiam ex venis inferioribus sanguinem detrahunt, præsertim si menses suppressi: fit autem V. S. parior, cum in hoc affectu deficiat spiritus, & vitalis vigor in sanguine; his tanquam universalibus præmissis, ad ulteriorem meatuum, per quos materia peccans educi debet, referentem progrediendum.

III.

Transiendo ad præparantia & digestiva, quæ temperatiora sunt, in cruditate nidorosa, & ubi junctæ phlogoses: calidiora autem in cruditate acida. v. g. B. Crem. tart. dr. 1. cryst. tart. dr. B. sal. absinth. scolopend. tamarisc. an. scr. 1. ol. mac. scr. B. M. detur cuspis cultelli hor. med. ante prand. & cenam, ex brod. decoct. rad. petrosel. cich. asparag. herb. agrim. cichor. ceterach. &c. B. Sal. absinth. cent. min. card. ben. mag. ocul. canc. tart. vitriol. an. scr. ij. M. potest etiam pro præparatione dari serum lactis, in quo chalybis ignita ter extincta, & herb. cuscus. capill. ven. ling. cerv. passul. bullierit; vel fiat Apozema præparans, B. Rad. bugl. cich. an. dr. vj. polyph.

polyp. q. unc. B. liq. dr. ij. herb. borrag. buglos. an. m. ij. B. capill. ven. meliss. ceterach. an. m. B. fol. fern. f. dr. x. sem. cit. anu. fenic. coriand. p. p. an. ser. i. fl. borrag. bug. antb. an. p. ij. passul. unc. iß. coq. in f. q. ag. font. ad unc. xv. in col. dissolv. syr. de sumar. de lupul. de cort. cit. an. dr. vj. M. f. apoz. pro 3. dof. addunt ali cuique dof. mixt. hypochond. vel detur decoct. Galli veteris ex jam dictis herbis, vel dentur succi antiscorbustici: ex herbis recentibus expressi & depurati v. g. Endiv. Borrag. bugloss. cicbor. sumar. oxalidis &c.

IV.

Rursus veniendo ad *evacuantiã*, cum hoc Augia stabulum seu materiae congeries, non tam facili negotio expurgetur, sed crebrioribus opus sit catharticis, desumendis v. g. in forma Boli: R. Conf. styrmar. dr. ij. confect. alk. ser. i. resin. Galap. gr. vij. extr. elleb. nigr. gr. v. cum f. q. Tinct. tart. M. f. Bolus alper. sacch. Vel in forma Pilul. R. Extr. panchym. Croll. ser. i. Mass. pilul. tart. Querc. scrup. B. diagra. correct. gr. v. cum f. q. Tinct. tart. M. f. Pilul. N. XX. deaurentur; vel R. Mass. pilul. tart. Scbröd. melamagg. Querc. an. gr. xv. extr. elleb. nig. gr. v. pulv. syr. gr. ij. c. l. q. Syrup. de pom. M. f. Pil. N. ix. deaur. fiant xij. dof. tot diebus sumendæ. Vel in forma Nodul. quæ convenientissima. R. Rad. cicb. asparag. à dr. ij. bugl. polyp. querc. an. dr. i. B. rad. rhab. elect. dr. vj. fibr. elleb. nig. turb. alb. gummos. an. dr. vij. fol. fern. f. st. unc. ij. herb. chamæd. nob. chamapys. cent. min. an. m. j. sem. citr. ser. ij. coriand. p. p. anu. an. ser. i. galang. min. cinam. el. ser. i. B. tart. crud. dr. iij. subinde simas. mars. in petia ligat. unc. B. incis & contus. ad Nodul. pro mens. iß. vin. alb. & mens. dimid. ag. font. dictis addi, vel substitui possunt rad. gram. silic. s. aperit. herb. cuscus. sumar. agrim. st. bellid. genisi. cicb. cort. amarisc. cit. aurant. passul. mechoacan. giatapp. Dof. quotidie pramisso pauco iusculo carnis, vel parato cum vitell. ov. & mod. acet. unc. v. vel vj. tepid. 4. hor. ante prand. Vel ut jam supra dictum, usurpentur vomitoria primas vias potenter emungentia; ubi notandum 1^{mo} consultius esse in hoc affectu, remedia omnia potius liquida, quam solida adhibere, quia facilius operantur; 2^{do} ut dentur in debita & majori dosi; 3^{io} à minoribus ad fortiora progrediendum; 4^o nec facile nec toties medicamenta mutanda, juxta Hipp. 2. aph. 52. omnia secundum rationem facienti, si non cedant secundum rationem, non esse ad aliud transiendum, stante eo, quod à principio est visum. 5^o si purgantia sæpe exhiberi

exhiberi nequeunt, vel ægri ob diuturnitatem morbi assumere nolint, Glysteres quotidie vel alternis diebus injiciantur, & Roborantia etiam intermedii temporis usurpentur, uti sunt confect. alk. essent. ambr. satyrion. lap. presios. de goa. bez. becid. sequens in paroxysmis oppressionis est excellens: R. Pulv. ocul. can. unicornu. foss. à ðB. sal. vol. urin. castor. lapid. presios. de goa. an. gr. ij. cinnab. nativ. p. p. gr. ij. laud. op. gr. i. ol. succin. gutt. i. M. detur pro dosi. Valent etiam trochisc. visa Mysicib. theriac. celest. bals. celest.

V.

Post sufficientem purgationem usurpando balm. ag. tep. per aliquot dies, quod convenientissimum est, vel incoctis herb. refriger. cum bona quantitate pomor. redolent. vel ex brod. contus. & saccul. incluso. In ingressu, ventriculus inungatur ol. nuc. molch. ab exitu epar ceras. sant. vel unguent. ros. in oxycrat. loto. Post ultimum balneum aperiiri possunt hæmorrhoid. vel si opus Vena in pede fecari; purgationes etiam periodicae per syr. magistrat. aut pilul. necessariae. Consultissimum etiam est Clysterem alternis diebus injicere, paratum ex brodio carnis non salis, cui incoq. herb. malv. fl. cham. sem. carv. q. pl. cum unc. ij. sacchar. pro Clyst. ol. oliv. vel sem. lin. cochl. 7. sal. dr. i. vel ex brod. carn. lib. i. cum mell. coch. v. vj. ol. oliv. cochl. viij. sal. dr. i. M.

VI.

Veniendo ad usum chalybis, qui viscerum primæ & secundæ coctionis destinatorum egregium solamen, & sanitatis custos ac restaurator nobilissimus, imprimis autem affectus hypochondriaci verum alexipharmacum ac Rhizotomus, id est, remedium huic affectum radicibus evellens, tum ob insitum yriololum ejusque vim præcipitanti, tum privative edomando humores acres & causticos, qui dum in ejus substantiam operantur, ferociam & acrimoniam suam proprio veluti ense jugulant, infringunt ac retundunt, tum M. S. jam effata & languescenti, volatile quoddam fermentum ceu calcar subdendo, à quo iterum spiritus animal. etiam restaurantur, & quasi antea sopiti, emortui ac pondere pressi eriguntur, quod in puellis cachecticis observatur, dum assumpto chalybe, statim pulsum nanciscuntur celebriorem, faciemque rubicundam & vividam. Potest igitur exhiberi Vin. chalyb. Horst. vel Mysicib. Tinct. virr. mars. Zuröfß. vel Tinct. mars. Sorbais. vel summa chalyb. vel pulvis cachect. Quercet. Vel prout Sydenham commendat præ ceteris Chalybeatissimum

ram chalyb. ad gran. vij. vel ix. cum extract. absinth. in x. Pil. redactam, & mane & vesp. per aliquot septimanas exhibitam, bibendo desuper haustum *vin. absinth.* & insituendo moderatum motum, idem laudat seq. Pulv. chalyb. *R. Limas. chalyb. probe ter. unc. 1. pulv. stom. Birc. dr. vj. sem. coxiand. anis. fan. an. unc. 8. cinas. acut. corall. rub. p. p. an. dr. ij. nuc. mosch. dr. ij. M. f. Pulv. subtiliss. cui adde sacchar. albis. ad pond. omn. Dof. dr. 8. bis in die per 4. dies, hinc dr. 1. bis in die per 40. dies, superbib. coch. ij. vin. absinth. plura de chalyb. vid. in Obstruct. Epat. Vel adhibeatur pulvis Dolxi *R. Pulv. croc. mart. aperit. 3j. tart. chalybeat. 3j. facul. aron. 5j. ocul. cano. 38. anrim. diaph. 98. M. divid. in 3. partes. Huc spectat magist. mart. aperit. Myrsicib. syrup. chalybeat. vel nuper p. p. fol. armon. mart. chalybis vinosus; pulvis cacabecticus; pulvis meus montius de tribus, Pitula martiales, vide tit. de Obstruct. Epatis & de Chlorosi &c.**

VII.

Acidule Egranae, Raitzenfes in Croatia, vel Spadenses &c. commune etiam Hypochondriacorum sunt solamen, dum sub veste aquositate colligunt quoque vim chalybeatam, aquosaque stypticitate diluunt onerantque succi acidi acrimoniam, eamque evacuant; bibendæ ad dies 12. 18. 24. ad mensem 3. 4. & ultra, hauriendæ cum primo vitro crem. tart. simpl. vel acuat. vel rad. gualapp. cum crem. tart. Thermarum quoque potus, teste Riverio, tum conveniens est, si ventriculus frigidior, magnam crassæ & viscidæ pituitæ copiam emulget, neque admodum insignis fuerit Epatis caliditas, cuius partis noxa declinari poterit, muniendo epar & lienem Ung. infriqid. Gal. & exhibitio post ejectas aquas jusculo refrigerante, ac post integrum earum usum bain. refriger. & humect. per aliquot dies usurpando. Inter Thermas excellent nostræ Carolina, quæ miracula sæpè præstant, in multis morbis (exceptis affectibus pulmonum, Inflammationibus internis, Calculo & ulcere Renum vel Vesicæ, in quibus obsunt) infirmas enim partes penetrant, sanguinem, & totum corpus diluunt, obstructions tollunt, humores obstructentes digerunt, abundantes egerunt, fermenta heterogenea obstruunt, partesque roborant, & sic divinam sæpè opem ferunt. Neque timenda earum caliditas, quia spirituosæ & volatiles earum partes citius permeant & exeunt, quam ut phlogosim in partibus relinquant, imò nec minimam ariditatem vel sitim excitant,

VIII, Vere

VIII.

Vere vel æstate à multis utiliter exhibetur *serum lact.* per 15. aut 20. dies cum *infuso epithym. vel flor. acat. persic. &c. vel cum succ. cichor. borrag. &c.* In corporibus emaciatis convenit usus *lactis capr. vel asin. cum sacch. ros. vel si Hypochondria sint obmurmurantia, cum tantillo spec. arom. ros. vel diarrhod. Abb. Sydenham cum summo emolumento usus est cura lactis, dummodo æger id ferat, Corpusque sit prius ritè preparatum, eò quod acredinem humorum temperet, corrigat, corpusque exquisite nutriat,*

IX.

Fonsiculi, si crebriores Catarrhi conjuncti, in usum quoque trahuntur. Diuretica quoque commendantur, cum in hoc morbo urina largiter fluens, maximum sit levamen. Ex his laudatur spur. sal. armon. 8. tart. carminar. seu de 3. uti ex fixis arcan. duplicat. Myrsicib. præsertim si crebriores infestant phlogoses, in card. ben. fixa, decoct. & infus. ex absinth. fumar. cish. cent. m. tart. lim. agrim. & imprimis bacc. junip. &c. Expurgatâ per alvi & urinæ emunctoria materiâ peccante, restat viscerum naturalium atemperatio & corroboratio, ac symptomatum correctio (quæ ultima ad ptopria capitâ revocanda) unde cuique parti propriis roborantibus succurrendum,

X.

Roborantibus utendum, ut cons. fl. borrag. cum confect. alkermita ut sint 4. partes conserv. & 1. confect. vel 8. Conf. bugl. unc. 8. borrag. viol. an. unc. 1. cons. ros. cort. cit. condit. an. unc. 8. myrob. condit. N. 1. cons. alkermit. dr. ij. rasur. cbor. C. C. an. dr. 1. lap. bez. dr. 8. spec. lasif. Gal. diarrhod. Abb. an. scrup. ij. corall. rub. p. p. marg. p. p. an. dr. 8. ambr. gryf. scr. 8. mosch. gr. v. sol. aur. N. ij. cum 8. q. syr. de cort. cit. M. f. Elect. vel Tabell. seq. gustui gratissimæ & Confect. alk. compl. dr. ij. ambr. gryf. scr. 3. sacch. in aq. fl. aurant. & ros. sol. unc. iv. M. f. Tabell. Ventriculi etiam singularis cura habenda, per xinz. in Ind. cond. succolat. vin. malvat. elix. prop. P. ess. & vin. absint. usum casset. aq. cinam. pulv. stomach. Bircen. Quercet. &c. Teste Sydenham, sanguinem & spiritus mirè confortat & vigorat cort. Peruv. manè & vesp. ad drach. dimidiam ad septimanas aliquot exhibitus.

Kkk 3

XI. Dia-

XL

Diatæ: ær sit temperat. purus & tenuis, vitando crass. fatid, nebulos. pluvios. frig. boreal. isque arte vel naturâ sit talis, ex aëris enim inclementia, ad obstructions & morbos disponimur; particula enim aëris acido-salinæ, pro varia sua diathesi, sanguinem & spiritus inficiunt. Mutatio aëris & peregrinationes, maxime equo facta, hic salubres. Cibi sint boni succi, & facili coctionis, incendi, & deurgendi & aperiendi vi præditi, vitando alimenta crassa, viscida & terrestres substantiæ, imprimis sale vel aceto condita, aut fumô indurata, vel muria macerata, ut caro suilla, hircina, bubula senior, anser. anat. pisc. palust. lacust. brass. muriat. legum. lactijcin. ping. fructus hor. dulc. & sacch. vel mell. condit. quia sacchar. & mel, licet sint dulcia, acidum tamen in se continent oculcurum, & quidem corrosivum. Vitetur ingluvies, ciborum varietas & repletio, neque ingeratur cibus priore nondum digesto, alias enim non diatæ sed morti vivimus. Condimenti locò sunt *vva pass.* & *cappar.* Potus sit *vinum album* tenue vel dilut, *aq. extinct.* aut vel *medicat. insus. ramaris, pimpin. agrimon. borrag. buglos. &c.* vel *cerevis.* bene defæcat. vel bibatur *aq. coct. cinam.* v. g. *q. Aq. font. lib. iv. sacch. alb. dr. x.* coq. donec ebull. add. *cinam. acut. contrus. dr. iv.* mox ab igne remov. refriger. & col. Vel *℞ Sem. coriandr. p. p. dr. ij. liq. ras. dr. iij. sem. anis. scr. β. cinam. acut. dr. ij.* coq. in *aq. mensij. β.* aliquot ebullit. vel *aq. decoct. fenic. cum cinam.* Vel Tragæa pro potu vid. Tympanit. & Sitim: vitentur vina dulcia tartarea sulphurat. cerevisia recens cruda turbida, ebrietas, quæ summè nocet &c. Somnus non sit nimius, nec diuturnus, nec statim à pastu ineari: vitetur quoque decubitus continuus in latus sinistrum, Vitetur quies & vita sedentaria, unde fæminæ & viri studiosi hoc malò maxime corripuntur, ob compressionem viscerum, & spirituum & sanguinis motum præpeditum; hinc motus subinde fortior, mediante equo vel curru succussore utilis, impactas in latibus inferioris ventris viscidas cruditates excutiendo. Alvus perpetuò fervetur laxa, cum aliàs statim exasperentur capitis perturbationes & symptomata melancholica, seu id fiat per *pilul. hypochondr. Zurvoiff.* vel *melanagog. Mynsicht.* vel *vart. Quercetani* aut *Schrid.* vel *Francosurtens.* aut de *Aloè rosata*, quas *Crato* alternis diebus exhibet. Alii cum *Montagnan.* unam vel alteram pilul. cubitum ituro per multum tempus præscribunt. *Terebinthina Cypr.* in'tar nucis avellanæ bis in septimana tribus horis ante prandium sumpta, mira præstat. Pilul. familiares *Mufitani*

fitiani expertæ, *℞. Gum. ammoniaci ʒj. aloës epat. ʒβ. rhab. elect. ʒij. spec. diarrhod. Abbat. spec. diarrion sansal. an. ʒβ. magist. perl. corall. vart. vitriol. an. gr. v.* dissolv. in ammon. & extrahe cum aceto squillitico Aloën cum succo endræ, rhab. & spec. cum succo citr. & S. A. conficiatur extractum & Pilul. Dos. ʒβ. ad ʒj. ante cænam: seu per passulata remedia: ut *vinum passul. Timai, ser. laxat. poss. cum sol. senn. decoct. senn. pass. crem. tart. &c.* cum aloëtica nonnullis hypochondriacis nocent; & licet uno die laxent, altero die demum plus obstruant. vid. Constip. Alvi, Menses in fæminis & Hæmorrhoides in viris, aliæque consuetæ evacuationes suum liberum cursum observent. Vitentur lucubrationes post cænam, tribuendo honorem nocti, & expectando auroram Musis amicam; item, *Æger,* qui fuit sui carnifex & tyrannus, per iram, marorem & tristitiam, sit sibi Medicus per lætitiã, observans illud Poëtæ:

*Atra melancholico regnet si in corpore Bilis,
Leta ede, leta bibe, leta age, leta vide.*

Præterea post pastum in usu sit *pulv. pepsi.* à quolib. part. v. gr. *℞. Confect. sem. anis. fenic. an. dr. ij. cortic. citr. condit. dr. j. margarit. p. p. corall. p. p. an. dr. β. cinam. acut. scr. ij. sacch. ros. tab; unc. iv. M. f. Trag.* vel *℞. Sem. coriandr. p. p. dr. iij. nuc. mosch. galang. an. dr. i. corall. rub. p. p. dr. iβ. caryoph. scr. i. spec. arom. ros. dr. ij. sacch. ros. tab. ad pond. omn. M. f. Trag.*

CAPUT XI.

Scorbutus.

I.

Nomen: Scorbutus, Scelotyrbe, à cruciatu crurum, Oscedo, Stomachace, ab oris vitio, Gingibrachium, ab affectis gingivis, & pedibus aut brachiis, Morbus marinus, nauticus, est foror Affectio nis Hypochondriacæ, & sublimior ejus gradus. Maxima enim Affectio nis hypochondriacæ & Scorbuti est similitudo & affinitas, ut docent causæ & symptomata utriusque communia; illa est mater novercans, hic degener filius. Germanicè, *der Charbock.*

Multi dubitant, an hic affectus Veteribus notus fuerit: ratio dubitandi est, cum novus & septentrionalibus & maritimis regionibus proprius audiatur. Dico breviter: hunc morbum tam Veteribus, imò

Hippe.

Hippocrati & Celfo, qui sæculo priore à Christo nato vixit, sub nomine Lienis Magni notum, & descriptum esse his verbis: quibus lienes magni sunt, accidit, ut ex ore malè oleant, à dentibus etiam gingivæ discedant, & à naribus sanguis profluat, etiam ex cruribus ulcera pullulant &c. Idem repetit *Agineta & Avicenna*, unde hic affectus non tantum Veteribus notus, & plerisque regionibus, luxurizæ & diætæ erroribus deçitis, uni tamen regioni ferocior, alteri mitior existit.

II.

Definitio: est dispositio p. n. partium primæ & secundæ coctioni destinatarum, endemia septentrioni, dependes ex depravata crasi M. S. & colluvie vitiosorum humorum, peculiaris cujusdam acrimoniz acidæ, & pravitatis participæ, in vasis ad viscera hæc pertinentibus instabulante.

III.

Genus: varium, cum congeries sit multorum morborum ac symptomatum.

IV.

Subiectum adæquatum: totum Corpus; principale autem, partes primæ & secundæ coctioni famulantes, & tota M. S.

V.

Differentia: ratione temporis, alius est *recens*, alius *inveteratus*, seu chronicus & difficulter cedens. Ratione generationis alius *hereditarius*, seu *connatus* & *contagiosus*, qui à parentibus scorbuticis, cum semine & sanguine in liberos, vel à nutricibus in lactantes propagatur; alius *ascitius*, seu adventitius, qui vitio sanguinis aliorumque succorum, & inepta vivendi ratione contrahitur. Alius *primigenius*, qui nullum alium affectum secutus, sed per se & ex se est exortus, alius *succedaneus*, seu secundarius. v. g. affectionem hypochondriacam, febres, seu alios morbos sequens. Ratione causarum alius vulgò est *frigidus* seu *acidus*, in quo discrasia sanguinis salino-sulphurea, sanguis crassus, limosus & mucilaginosus instar vini penduli: alius *calidus* seu *sulphureo-salinus*, in quo sanguis facillè effervescit, & ebullit, ejusque discrasia est sulphureo-salina instar vini rancidi; alius rursus ratione causarum, nempe vel à causis externis *externus*, malè nempe victus ratione, aère corrupto, aut miasmate seu contagio productus, alius *internus*, à causis internis, ut diximus in definitione, & dicemus de causis. Alius *periodicus* certo tempore recur-

recurrens. v. g. vere, autumno: Alius *continuum*, per totum vitæ decursum miseris continuò affligens. Ratione loci & regionis, alius est *endemicus* v. g. in Holandiâ, Belgiò, ut dicemus in causis.

VI.

Causa interna: juxta Veteres, est humor melancholicus, serofus, ichorosus, lixivii instar, ex aqueis, salis, sæculentis ac adustis partibus constans, peculiariter & specificè corruptus, singularemque malignitatis gradum adeptus, unde hoc malum etiam contagiosum, genitumque ex deficiente fermentatione & spiritualeſcentia, ob alimentam sale volatili destituta &c. juxta R. R. causa est, discrasia sanguinis ex acido hypochondriaco, in tantum exaltato, & successivè quasi volatilifato, ac specificum saporem adepti, ut summum fiat penetrativum & fermentativum, glandulis, lymphæ, & nervis præcipuè infectum, prout patet ex symptomatibus.

VII.

Causæ Dispositivæ: Hæreditaria dispositio, temperamentum melancholicum, lexis muliebris, quicquid Scorbuto corripitur, quàm virilis, regiones septentrionales & accretæ maris Balthici, ut Hollandiæ, Seeland, Fland. Brabant, Sueciæ, Norweg. Island, Fris, Westphal. Pomeran, &c. his enim & malum endemiam & vernaculum, cum è contra Germaniæ superiori, uti & Hispaniæ, Galliæ, Italiæ, &c. nullatenus vel parùm notum sit, potiusque dispositio aliqua scorbutica, quàm verus Scorbutus plerumque observetur; Interim impossibile non est, eum etiam in his regionibus generari posse, concurrente infalubris aquæ potu, aut aëris, vel victus prava ratione, aliisque causis, in quo casu tamen esset sporadicus. Sed objiciet quis: Tartari vescuntur maxime crudis salitis & duris cibis, v. g. carne salita, equorum, & rarò Scorbuto laborare observantur. 2do Veneti in medio mari sunt siti, & tamen scorbutici non sunt. 3o Tartaros non ita putrido frui aère, & Venetos strictè & bonè victus ratione uti, quæ similia miasmata præpediunt; præterea Veneti sunt in altiori polo siti, & inde etiam talia mala iis non accidunt uti, Hispanis & Italis. Quæres: utrum Scorbutus sit contagiosus? 3o. Quod sic, & quidem variis de causis, 1mo certum est, illum esse hæreditarium, & à parentibus in liberos per semen & lac communicatum; 2do idem malum inter conjuges, imò etiam inter dominos & servos, osculis, commensationibus, potationibus, contactu &c. contrahitur.

VIII.

Causa externa: aër, præcipuè aëquilonar. nebulosus lacustr. ut in Holland. & Belgio. Item fuliginosus & præcipuè marinus, effluvis nempe salinis acidis ex mari frigidioris zonæ elevatis, & non perceptis præditus, ac juxta *Harm.* sulphure temperato destitutus, & ratione hujus, hypochondiaci saltem septentrionales sunt scorbutici, non autem orientales & meridionales, item victus nauticus, & diæta ex cibis sale volatili destitutus, ut carne bubula seniore, hircina, caprina, aprugna, cervini, sale & aceto mæcerata, vel fumò indurata, lardo rancido pisc. lacustr. manum, pane bis cocto, mucido, vel ex frumento corrupto pisto, legumin. calcus vetust. potus aquæ corrupta, verminosa crassa, crudæ impura, cerevisi, facul, vin. pendul, vita otiosa, interor, curæ, tristit. suppress. mens. hæmorrhoid. frequentissimè autem contagium, miasmate scorbutico quocunque modo intra corpus admissò, similem discrasiam sanguini imprimente.

IX.

Signa Diagnostica: in hoc quoque affectu sub varia incedunt larva, neque omnia in omnes indifferenter cadunt, sed alia in his, alia in aliis observantur; si æger conqueratur tantum de pathematibus circa digestionem, ac supervenientibus affectibus capitis, sola laborabit affectione Hypochondriaca, secus, si superveniant oris & crurum phenomena, ut gingivarum, quandoque etiam faucium & palati rubor, pruritus, tumefactio, fæxitas, cruentatio, gangræna, sphaelus, fetor oris deterrimus, dentium nigredo, vacillatio, casus, vesiculæ lividæ, nigre circa radices dentium &c. hæc omnia procedunt ab acido fixo, & salibus sylvestribus, scindentibus fibrillas & sanguinem, ejusque morum figendo & turbando. 2^{do} Lassitudo corporis, & præcipuè crurum, cum maculis crurum & tibiaram, ab initio rubris, in progressu purpureis, lividis, nigris, nunc minoribus, eas, quibus lineum pulices insciant experimentibus, præcipuè in cruribus; nunc majoribus, imperialis, palmæque manus magnitudinem æquantibus, quæ brachia & fæmora plerumque invadunt sine sensu; harum macularum causæ sunt, salia acida in sanguine detenta, & nunc capillaribus impacta, ibidem subsistunt, & si ibidem corrumpantur, livescere & erodere partes solent, auctâ corrosivitate talium salium. 3^{io} Respiratio difficilis & angustia pectoris, teste *Rover.* ita ut multi Medici, scorbuticos ob hanc difficilem respirationem pro phthisicis habeant; exoritur autem hæc difficilis respiratio, vel à tumore Pancrea-

tis vel à paucitate spirituum animal. à crasso & fixo sanguine orta, vel ab obstructione nervorum Diaphragmatis, & partium respirationi dicatarum, vel à coagulatione & stagnatione totius sanguinis, ab acido nimio prodeunte. 4^o Urina varia & ut plurimum flamma, instar spiritus nitri, pluribus nempe salibus lixivii instar saturata: subinde cum sedimento rubro, crasso, instar farinæ laterum; subinde naturaliter tincta, arenulis tamen rubris friabilibus, lateribus matula se affigentibus, subinde cum supernatante pellicula instar pinguedinis, quæ ad latus aspecta, caudæ pavonis instar est variegata, ac à salibus coagulatis oriunda. 5^o Pulsus varius, quandoque debilis inæqualis ac vermicularis, in summis tamen angustis major & fortior, ob vapores crassos cor affligentes, vel ab acrimonia lymphæ, cor transeuntis, vel à discrasia spirituum & sanguinis inæqualitate, unde palpitatio cordis liphymix &c. 6^o Corporis pruritus, cum loci intumescencia, & rubore, dum scalpunt ægri, uti & excoriationibus, & ulcusculis gravioribus, serum acre plorantibus, & difficulter sanabilibus. Catarhi etiam frequentes sunt crura caput, collum & fauces. 7^o Dolores varii infestant, nunc vagi, nunc fixi, & imprimis abdominis, qui in dorso inchoant, ut nephritidem æmulentur, pergendo ulterius ad regionem umbilicalem, cum ejus retractione quandoque ad interiora, item dolores dentium & artuum sæpius vagi, & quidem, vel leviores, instar sensus vermicularis, als wann die Glieder wären einschlagen, quos vocant: die greibende Gicht, vel graviores lacerativi & lancinantes, quos Arthritidem vagam, die reisfende Gicht, appellant. Dolores hi interdum silent: noctu autem magis affligunt, similes doloribus Venereis, à quibus tamen distinguuntur, quod Gallici tensivi; hi verò pungitivo-gravativi; item quod Venerei medias artuum partes occupant, & si diu perseverent, exostoses faciunt; adsint etiam alia luis Vener. signa, ut bubones, gonorrhœa, caries, præcedens coitus impur, Scorbutici è contra quascunque partes indifferenter invadant, adsint alia scorbutici indicia, vel saltem temperies melancholica dominetur. 8^o Scorbutici obnoxii sunt variis hæmorrhagiis, ut sputo cruento, diarrhœæ cruentæ, in quam faciliè incidunt, purgantibus tractati. 9^o Variæ contingunt motus læsiones, ut Paralyfis spuria, quæ à vera distinguitur, quod hæc permanens, scorbutica verò intervallata, ut qui heri pedem vix moverat, hodie ambulet, paulò post iterum omni motu privandus, ac conjungantur sæpe motus tremuli & convulsi tandem etiam subinde superveniunt convulsiones particulares, contractio

crurum, tumores artuum varii, atrophia, hydrops &c. Intumescencia hypochondriorum, dolor intestinorum, alvi constipatio. 10^{mo} Ultimum & potentissimum signum Scorbuti, ut mox supra dixi, petitur à maculis, crura & tibias invadentibus, quæ in principio rubræ, in progressu purpureæ, lividæ ac nigrae apparent; in tibis sæpè majores, imò quandoque totam tibiam occupant, tanquam ad partem ignobilem, à natura eò magis dimittuntur. Earum causa fuit: sal & acidum per os arteriarum capillarum, seu oscula earum aperiens, ita ut earum particula quædam crassa & terrea, extravasentur sub cutem, hæ verò particula, cum præ crassitie sua circulationem absolvere non possint, ibidem hærent, & maculas efficiunt; idque modò in hac, modò in altera parte. Livida autem fiunt istæ maculae, quando particulae volatiliores avolant, relicti crassioribus, & hæ postea concepta putredine & corrosivitate, ulcera fordida & difficulter curabilia excitant.

X.

Prognostica: Scorbutus recens facilius curatur, & non rarò solà loci & diætæ mutatione: inveteratus & fixam habens sedem, difficillimè sanatur, nisi subinde palliativè; talis enim affectus per plures annos affligit, & sæpè ad mortem comitatur, & quò plura symptomata urgent, eò periculosior affectus; impossibile enim est tot malis resistere, & *Celsus* dicit: rem potius Deo committendam, & consulendum Medico suæ famæ. Desinit ordinatiò in Hydropem, Atrophiam vel Tabem, Dysenteriam & Scirrhus. Interim non rarò curantur in hoc morbo, qui pro deploratis habentur; Maculae in scorbuticis, quò magis rubent & grandiores sunt, eò melius; è contra deterius, quò magis carulescunt. In Scorbuticis, pulsus subinde parvus ac debilis est, ut æger omni momento quoad pulsus sit expiraturus, quo tamen, nisi alia adsint symptomata, Medicus terri non debet. Dolores vagi transeunt in Paræsin, Asthma convulsivum, & subinde Epilepsiam. Præ cæteris Gingivarum habenda est ratio, quæ subinde abeunt in gangrænam, vel pessimas faucium exulcerationes. Fœminæ hunc morbum faciliùs ferre possunt, ob evacuationes menstruas, nempe ad annos 15, vel 20. Masculi non ultra 7 vel 8 annos. Contagio receptus, malignior est, gravior etiam in adultis, senibus, & diætam negligentibus. Curatu etiam difficilis hæreditarius. Livor faucium in Scorbuto lethalis. In moribundis, maculae prius visæ evanescent.

X. Indi-

XI.

Indicationes: sunt humores vitiosos salino-acidos, & aque stygiæ corrosivam naturam emulantes temperare, specificum eorum saporem, per appropriata infringere, evacuare, crasin sanguinis corrigere, fermentationem ac spirituoscentiam promovere, obstructions aperire, visceraque affecta roborare.

I.

Curatio: antequam ad curationem descendamus, priùs bene nota: 1^{mo} in Scorbuto à fortioribus Purgantibus, præsertim in debilioribus, abstinendum, nè tormina in intestinis dolorifica præcordiorumque anxietates exeitentur; idem intelligendum de Vomitoriis.

Nota 2^{do} Chalybeata in Scorbuto calidiore non ad eò convenire, quia teste experientiâ, pejus se ægri habent; maculas enim molestas & fatales prolicet, pectus impetit, & alia mala causat usum Chalybeatorum. In Scorbuto verò frigidò, ubi acidum fixum abundat in sanguine, multum præstant boni chalybeata, acidum enim valde absorbent. Curatio sit itaque præmissi. *Chyl.* vel lenitivo *Venam secundo*, si malum recens & corpus adhuc succi plenum, secus si malum inveteratum, & maculae jam prodierint, nec sanguis abundet: mitti potest per intervalia, nunc ex basilica, vel mediana, nunc ex salvatella, nunc ex pede, præsertim in suppressione mensium. Hamorrhoidum apertio omni phlebotomia præferenda, præsertim in ætvetis. In Gingivarum sanguinolentia, cum fructu etiam aperiuntur venæ sublinguales; *fonticuli* quoque hic utiles, & *sa-*
crofic. &c.

II.

Preparantia in usum trahendo v. gr. *℞. Tart. vitriol. dr. i. salis absinth. prunell. an. dr. ℥. ocul. canc. crud. pulv. scr. i. M. f. Pulv. divid. ad 6 p. æq. vel ℞. Tart. vitriol. sal. junip. genist. absinth. an. gr. iij. magist. coral. secul. aron. a. gr. ij. Eleocach. anis. cit. cinam. an. gutt. iv. M. f. Pulv. vel ℞. Rad. armorac. unc. ij. coq. in lib. i. ser. lact. capr. in col. unc. ij. instillari possunt spir. sal. arm. gust. xij. vel xv. vel x. Syr. aperis. Mender. unc. vj. succ. antischorbus. depur. unc. iij. aq. aperis. Timet unc. iv. antischorbus. unc. iij. sp. cochli. nasturt. an. dr. ij. M. pro s. Dosibus.*

III.

Ad *Catharsin* deveniendo, abstinendo tamen sedulo à fortioribus purgantibus, cum in hoc affectu facile sequatur hypercatharsis. Idem dicendum de Vomitoriis, non fortioribus & violentis, sed minoribus, stabulante materia in primis viis, & regione ventriculo vicina, quæ brevi manu & facili negotio eradicatur, ut non sit opus, per intestinorum ambages & circulo vitioso deturbare, præsertim si æger facilis sit ad vomendum, & natura ipsa inclinet. Optima est, quæ instituitur per epierasim, admixtis antiscorbuticis, v. gr. *z. Fol. fern. s. unc. 1. sem. anis. dr. 1. infund. in f. q. ag. font. add. Sol. acetos. m. vj. cochlear. m. y. tamarind. unc. j. b. coq. ad lib. ij. b. adde frap. de cicbor. cum rb. barb. duplic. unc. B. M. f. Sepoz. detur manè & vesperi unc. iij. vel z. Fol. s. nn. f. unc. j. b. cochl. m. y. anis. dr. ij. affund. vin. alb. lib. vj. adde post. 24. hor. fol. acetos. m. ij. tamarind. unc. ij. limon. conf. N. y. M. f. Vin. antiscorb. detur cyath. mane & vesper. & post cænam. Noduli laxativi etiam optimi. z. Herb. cochlear. nasturt. rut. murar. an. m. B. sed. min. trifol. fibr. an. p. ij. rad. raph. rust. polyd. querc. an. dr. ij. fol. fern. s. dr. x. rhabarb. opt. dr. ij. thermadact. unc. B. cort. flav. arans. dr. ij. cinem. galang. an. dr. 1. tart. albiss. unc. B. dentur ad Nodul. pro mens. vin. in naturis calidioribus, detur insusum fern. rhab. rad. cicb. fol. beccabung. cum sal. tart. & spir. sulph. in sero lact. vel detur ag. laxat. cum pulv. gialap. & spir. cochl. vel ser. r. rad. gialap. essent. croc. tinct. vel crem. tart. cum scam. sulph. vel Pulv. tart. Schröd. cum extr. ellebor. nigr. vid. Affect. Hypochond.*

IV.

Usurpando *antiscorbutica* s. appropriata, quæ sale vol. abundant, humores crassos & fixos, subtiles & quasi volatiles reddunt, ac coctionem & pnevmatosim adjuvant: inter hæc excellent *cochlear. nasturtii omnes species, beccabung. raph. rust. trifol. fib. persic. piperit. chelid. min. semperviv. minim. numular. sem. sinap. eruc. abintb. beton. chamædr. bardan. polypod. vermicularis, fumar. borag. ling. cervin. centaur. min. endiv. cicb. rad. enul. cortic. cappar. fraxin. tamarisc. epishim. strobul. pin. &c.* Circa hæc nota rmo calidioribus & acris hic cautè utendum esse, præsertim in corporibus rarioris texturæ, calidioris temperamenti, & bile abundantibus, vel ea temperatis ac blandè acidis miscenda, ut *cicb. acetos. succ.*

succ. cit. vel quod optimum, *serum lact.* 2^{do} dulcia scorbuticis non exhibenda, ac præcipuè à sacch. nimio abstinendum; saccharum enim in se continet acidum oculorum & corrosivum. Idem intelligendum de chalybeatibus, nè in Scorbuto calido adhibeantur, maculas enim periculosas excitat, pectus impetit &c. In Scorbuto frigido, ubi acidum peccat in sanguine, chalybeata profunt, illa enim acidum valde absorbent, ut supra diximus. 3^{io} simplicia antiscorbutica recentia, & eorum succos aut conservas, præferenda esse compositis arte factis, præsertim decoct. vel extract. cum sal volat. eorum facile dissipetur, & evanescat. Vis enim antiscorbuticorum, ut jam dixi, præcipuè dependet à copioso sale volatili, quod in se continet, & cuius opera humorem acidum, crassum, viscidum & terrestrem attenuant, dissolvunt, edulescant, volatilant, & fluxionem reddunt; imò peculiarem vim habent, vitio scorbutico, seu humori lixiviali & corrosivo resistere. In eorum usu per dies 14. & ulterius insistendum & 5. vel 6. die evacuans exhibendum. Ex compositis longiori usu comprobata sunt sequentia; ut v. gr. *Succi rec. express. cochl. lib. 1. nasturt. aquat. beccabung. an. lib. B. fumar. cicbor. acetos. an. unc. v. mixta præcipit. cum succ. cit. Dos. unc. iv. cum dr. j. b. ag. cinam. Vel z. Succ. rec. express. cicb. fumar. beccabung. nasturt. aquat. cochl. an. dr. iij. ser. lact. cap. unc. iv. M. Mixtur. v. gr. z. Mixtur. sive spirit. cochl. nasturt. bacc. juniper. an. unc. B. M. Dos. à scrup. 1. ad ser. ij. Huc etiam spectant Essent. pin. Essent. trifol. fibrin. Julep: z. Syr. scelozyrb. unc. ij. de cortic. citr. de pom. f. an. unc. ij. ag. scorz. g. f. clarif. & aromatiz. eum ag. cinam. & cort. citr. vel z. Serz lact. depur. lib. 1. decoct. tamarind. lib. B. succ. cit. rec. unc. 1. syrup. de rot. citr. g. f. M. Electuar. z. Pomor. citr. rec. unâ cum cort. tinct. N. ij. fol. cochlear. rec. m. ij. nasturt. ag. m. y. acesosell. m. j. contund. in mort. marmor. & cum pauco sacch. M. fiat Electuar. vel z. Conf. ros. ver. unc. ij. cochlear. enul. an. unc. j. b. pulv. troch. de viper. dr. B. syr. scelozyrb. g. f. pro elect. Profunt etiam ag. d'hill. antiscorb. Quercet. Myrsincht. Dorncröll &c. conserv. fumar. quæ clarif. Sennerto frequenter in usu sunt, item conserv. cochlear. Infusa etiam frequenter in usu sunt, v. gr. z. Herb. rec. cochl. nasturt. fumar. an. m. j. rad. armorac. N. 1. enul. unc. 1. passul. min. dr. vj. contuf. includ. Nodul. ac infund. in vin. vel si hoc phlogosus excitet, in ser. lact. vel ipso lacte. Præterea laudantur sal volat. viper. C. C. succin. cochlear. fuligin. sanguin. hmann. lumbr. terrestr. tinct. tart. antimon. tart. cer. al. p. mar. dulc.*

dulc. cochlear. C. C. tart. compof. fatus armon. aromatiz. aperit. Penar. Elix. aperitiv. Clauders. Tinct. deoppil. tartari stomach. preiosa. Notandum: 1^{mo} quod sicut in aliis morbis, ita in hoc curatio à levioribus incipienda, ad fortiora transeundo, quia iste morbus est chronicus & contumax, & non nisi longo remediorum usu evinci potest. Notandum 2^{do} cum scorbutica, ut diximus, sint volatilia, & valde calida & acra, ideo aliis temperanda, & in biliosis & calidis caute danda.

V.

Huc etiam spectant *marzialia*, acidum primarum viarum potenter destruentia, quæ volatilibus antiscorbuticis præmitti possunt. item *acidula*, quæ plurimum conferunt, non tamen in Scorbuto confirmato, in quo nocent, vel saltem sine periculo suaderi nequeunt. Sicuti autem in causa calida magis acidulæ, ita in frigidiore chalybeata magis profunt, ut jam supra diximus. *Opiata*, etiam in scorbuticis doloribus, sæpè symptomatibus &c. detentis magnam opem ferunt, sed caute adhibita, cum antiscorbuticis.

VI.

Singulare etiam quid obtinet, in-corrigenda crasi sanguinis scorbutici, ipsum *lac.* præsertim in iis, qui nimium sudant, & ad Tabem inclinant, & quidem *caprim.* in quo *sol. cochl. nasturt. beccabung. endiv. cicb.* bullierint, additò tantillò *sacchari.* nè coaguletur: vel *serum lact.* præsertim in febricitantibus, & qui borborygmis in hypochondriis abundant, ut & phlogosi vagæ sunt obnoxii; hoc enim prodest, vi nitrosa non solum viscidos abstergendo fucos, sed & ardores vagos s. phlogoses compescendo, & per urinam sal acre scorbuticum educendo. *Forestus* testatur, se multos curasse scorbuticos, *solo lacte*, vel *serò lact.* in quo *cochl. & beccabung.* in vas duplic. bullierint. *Laceni*, ejusque serum, omne-acidum vitiosum temperat, falsedinem emendat, partes succo & rore nutritio humectat, & metum atrophie tollit. Idem præstat *succus betule*, ad lib. j. vel lib. ij. per mensem Martium quotidie bibitus, per se, vel cum appropriatis, vel correctis, unâ vel alterâ gutt. *ol. macis.* Laudatur à multis *mercurius dulcis ritè sublimatus*, quò intra 12. dies, sine salivatione, scorbutum curatum asserunt, sublatis omnibus humoribus scorbuticis. Alii autem eundem in Scorbuto planè disuadent, quia metus est,

est, nè salivationem causet, & copiosa saliva scorbutica, à quibus denud corrosivus fit, & pessima symptomata, ac lethales erosiones & phlogoses excitat.

VII.

Pro sudoribus eliciendis, teste *Timeo*, efficacissimum est sequens Decoctum sudoriferum: *3. Lign. sanct. ras. unc. ij. B. cortic. esujd. unc. B. sassaparill. unc. i. B. sassaph. dr. vj. enul. scorzoner. an. unc. B. sem. cochlear. nasturt. aquas. an. unc. B. cortic. interner. pim. unc. i. cist. unc. B. cinnamom. unc. i. incis. & contul. macer. in aq. f. q. hinc coq. in diplom. Dosis unc. iv. vel vj. vel 3. Rad. chin. sel. lib. B. sassaparill. ʒij. sassaf. ʒij. antimon. crud. pulv. unc. i. aq. fontan. lib. iv. coq. ad consumpt. medietatis. Sudorem etiam excitat, *decoctum strob. pim. & baccar. junip.* Nota: totam curam sudoriferam vid. in *Promptuario meo fol. 407.**

VIII.

Tandem ad *roborantia* veniendum, ut Ventriculi, per *pulverem stomachal. Birckmann. elix. prop. P. rob. juniper. z. z. in chin. condis. conserv. rosar. vitriolat. spir. mastichin. essent. galang. absinth. cass. lig. &c.* Epatis & Lienis, per *conserv. radic. cicbor. electuar. chalybeat. essent. vrob. de eupator. rhab. capp. &c.* Cordis per *confectionem de Hyacinth. alterm. sintz. corallor. magister. perlar. spir. rub. id. fragor. rosar. conserv. flor. sunic. borragin. citri. &c.* Pulmonum, per *enulam, iridem, liqu. iri. veronic. salu. hyssop. &c.* additis semper antiscorbuticis. Præprimis sequens Pulvis maxime est proficiuus: *3. Pulv. viperar. italicar. rasur. ebor. an. ʒij. bezoard. mineral. diaphoret. jovial. an. ʒj. crystall. mons. pps. cinnabar. antimon. rectificat. an. ʒij. M. f. Pulvis divid. in Doses xvj.* Sic etiam accidentium, huic morbo supervenientium cura, ex propriis capitibus petenda, additis semper appropriatis. Hic quidem adhuc addenda forent remedia, Scorbuto supervenientia, vel concomitantia symptomata respicientia, ut est: Dolor capitis, difficilis respiratio, dolor crurum, Tormenta intestinorum, Vomitus, Hydrops, Febres, Macula, fætor oris, ulcera, atrophia, convulsiones, contracturæ &c. hæc autem omnia ex propriis capitibus desumi, vel in *meo promptuario*, hoc capite legi possunt.

IX.

Dia'a : aër sit lucidus, temperatus, purus & serenus, vitetur nebulosus, muriaticus, marinus, & particulis acidis abundans, vitetur sit evchymus & expeptus. Nocent acida melancholiam fermentantia & sale marino imprægnata, & condita, fumò indurata, pituitosa, glutinosa, crassa & fermentatur difficilia, item dulcia; cohibent *Embrammaria ex nasturtio, raphano rusticano, sinapi, cappari-bus &c.* Potus sit *vinum olygophorum* è vale tamariscino bibitum, vel cerevisia bene fermentata & medicata, cum antiscorbüticis vel *de-coctum Chinæ, sarsaparilla, sansali cisrim, Ebor, raspat. &c.* Vitetur aqua crassa, impura, falsa, vina dulcia, vel nimis austera, subadstringentia, pendula, cerevisia fæculenta, Servetur frugalitas, & sobrietas, ceu matres melioris valetudinis; *Cura lactis*, præmissis universalibus, à multis laudatur in scorbuto. Item *serum lactis* cum antiscorbüticis alteratum & usurpatum, de qua cura lactea jam supra diximus, Motus & quies, somnus & vigilia sint mediocria, Studeat æger gaudio ac hilaritati, vitandò tristitiam, marorem, sollicitudinem. Venerem nimiam &c. Plura reperiuntur titi de Affectione hypochondriaca, vide etiam *Evgallum, Dravizium,*

Reusnerum, Sennerrum, Horstium,
Mækenbröck.

FINIS LIBRI SEXTI.

LIBER

LIBER SEPTIMUS,
DE
MORBIS RENUM, VESICÆ
ET PARTIUM GENITALIUM
IN VIRIS.

CAPUT I.

Dolor Nephriticus & Calculus Renum.

Nomen : Dolor Nephriticus, Nieren-oder Lenden-Schmerzgen. Dicitur etiam Nephritis, licet hæc propriè Inflammationem Renum significet. Vocatur aliquibus, colica nephritica, propter maximam affinitatem, quæ ipsi cum colico dolore intercedit, ita, ut difficile sit hos affectus distinguere, ut mox de signis dicemus.

Quemadmodum Pleuritis est membranæ Pleuræ; Hepatitis Hepatis, Phrenitis Cerebri membranarum : sic Nephritis est Renum inflammatio, quamvis apud modernos usus invaluit, ut Nephritis etiam dicatur Dolor Renum ex calculo & arena.

II.

Definitio : Est gravis & dolorifica sensatio, seu exasperatio Renum, excitata vel à Calculo majori, vel arenulis vel sabulo, aut alla concretionem, seu stagnationem sanguinis, & liquorum circulantium salina, Renum glandulas, eorumque tubulos seri secretioni dicatos, non solum obstruente, sed etiam fibrillas eorum, rosione & convulsoria crispatura ac tensione afficiente.

III.

Genus : Symptoma sensus tactus depravati, sequens morbum solute unitatis.

Mmm 2

IV. Sub-

IV.

Subiectum: sunt omnes propè corporis partes, cerebrum, pulmo, hepar, lien, Ventriculus, Vesica fellea &c. præcipuè autem Renes & Vesica. Renes, & nunc quidem unus & alter, nunc ambo. Verum enim est, sicut de vermibus dixi: vermes, ita & calculos, in plerisque partibus, frequentissimè tamen in Renibus generari. Sic passim calculi in stomacho, hepate, liene, pulmone, Intestinis, eorumque juncturis reperti sunt. Sed frequentius in Renibus & Vesica, & de his hic jam agimus.

V.

Differentia: Alius dolor Nephriticus est exortus à calculo, *Nieren-Stein*, dictus, proprie *Lithiasis*, alius ab arenulis calculosis durioribus, quæ statim in urina adhuc calida subsident, & fundum matulæ occupant, nec digitis tam facile comminui possunt: hic affectus proprie Nephritis, *das Lenden-Grieff oder Sand* appellatur: alius *Spuris*, dictus excitatus à lymphâ acriori, particulis salinis tartareis imprægnata, vel à salibus scorbuticis coagulatis, sabuli rutilantis formâ excretis, quæ tamen arenulæ sunt friabiles, digitisque facile comminui possunt, substantiæ urinæ permiscetur, lateribus vitri undequaque pulveris instar adhærescunt, neque in urina calida, sed tantum perfrigerata sunt observabiles. Calculus seu *Lythiasis* seu *Calculatio*, seu *Dueleck der Stein*, seu lapis humanus *Paracelso*. Definitio: est concretum, seu præternaturalis in corpore humano lapidosa & arenosa concretio. Calculus tripliciter definitur: Vel ut morbus, id est, solutio continui, seu distensio, & hic dicitur morbus communis seu obstructio, & sic est morbus organicus ab exasperatione, distensione, rosione, tensione, crispatione, vel occlusionè fibrarum & partium nervosarum, ac glandulosarum maximè Renum, à materia solida, lapillosa, sabulosa, tartarea facta; potest etiam dici morbus in Numero aucto, uti de Vermibus diximus. Vel ut causa, & est materia solida lapillosa &c. prædictam solutionem, & obstructionem efficiens. Vel ut symptoma, & est productum morbosum, seu effectus *Lythiasis*, seu retentum toto genere præter naturam. Verum ut sit, sive Calculus causa, utrum morbus, utrum symptoma sit, dummodo res per nomen significata intelligatur. Calculus Renum alius est, *hereditarius*: alius *acquisitus* per errores in victu, alius *magnus*, *parvus*, *angu'stus*, *asper*, *salebrosus*, *glaber*, *olivarius*, unus, vel plures &c. alius *compactus*, *durus*, *saxosus*, & *natura fibrosa* vulgò *Kernstein*; alius magis *friabilis*, *arenosus* & *sopaceus*

NATURA:

natura: alii sunt *albi*, orti magis ex mucilagine viscida, alii *rubri*, ex minutissimis sanguinis guttulis simul coagulatis: alii *ruffi*, qui proprie sunt solius urinæ progenies. Sunt alia nonnulla differentia, à loco seu parte affecta, unde alius est *renum*, alius *vesica*, alius alterius corporis partis; ab adjunctis, sic *Calculus* modò *Nephritidem*, modo *Ischiadicam*, modo *Colicam* mentitur; differt tamen à Nephritide per *Phlegmonem*, seu inflammationem, ab *Ischiadica* per situm partis, à *Colica*, doloris accessu, & recessu, dolore fixo, qui est *Calculi*, *Colicæ* autem vagus, in *Calculo* est stupor cruris & ardor, in *Colica* non.

VI.

Causa generationis calculatorum: Notà: tanta est de Calculorum generatione difficultas & Authorum dissensus, ut quos sequi oporteat, vix sciatur. Juxta V.V. est materia viscosa, fassa, sæculenta, tartarea, succum petrosolum seu spiritum gorgonicum & lapidificum in se continens, adjuvante Renum calore, siccitate, & angustia; vel teste *Fernelio*, calculosa eorum dispositione. Juxta R. R. causa est sal urinæ volatile coagulatum, ab acido austero p. n. mediante alteratione putredinali, per fermentum Renum vitiatum. Acidum, oleosum, tartareum, fixam & sæculentam materiam coagulans, pro efficiente agnoscitur, tum ex eo, quòd *Arthritici* ordinariè etiam sint *Calculosi*, quòd ad utrumque malum quasi epidemicum sint ij dispositi, qui vina bibunt & copiosiora, & acidiora, ut in *Franconia*, *Moravia*, *Austria* &c. acido, ex primis viis ex vino vitiosè digesto, ad Renes delato, & alcali volatile coagulante, quòd tandem vomitoria, acidum austerrum ex primis vijs eliminantia, plurimum à calculo præservent, non secus ac plurima terrea lapidea aut calcinata, contra eundem laudentur, absorbendò acidum primarum viarum. Alcali volatile, in generatione calculi præiens esse docet ejus analysis: causa sine qua non, dispositio putredinalis urinæ, mediante spiritu infuso, seu fermento Renum enervato, quæ urinæ mixtura nonnihil solvitur, ac alcali volatile nonnihil separatur, nec debite saturatur ab acido, hinc observamus: urinam claram excretam, si ad tempus in matula, præsertim stannèa, æstivo inprimis tempore corrumpi, ac fætere incipiat, venulas & crustam calculosam lateribus affricare; hinc etiam *junip. tereb. mac. &c.* quæ urinam suavolentem reddunt, & balsamica vi à putredine conservant, à calculo præservant.

Dubios exemplis rem claram reddam ad captum: Observa igitur in Sanguinem non minus, quam Vinum, suum cumulare tartarum ipsunque ad vini similitudinem per continuam effervescentiam

deponere, à purioribus partibus segregare; huius proba videri potest in urina cujuscunque etiam sanissimi hominis, qui talem tartarum exhibet adherentem fundo matule, si ibi per aliquod tempus relinquatur advenientibus particulis aëris acidis, & coagulantibus in formam Gypsi vel cretæ coagulatum, hanc materiam à sanguine eiusque sero provenire, indubitatum est, & inde illa concretio seu Calculus generatur. Proinde: Observa 2^{do} experientia ductus, à destillato lapide à vesica hominis exciso, humorem urinosum alkalinum exire, & si residuum in retorta remanens, spongiosum, & friabile, irretetur spiritu Vitrioli optimè dephlegmatizato, & postea superaddatur, humor ille, sive spiritus urinosus in destillatione elicitus, tota massa sicut ante, in lapidem durum coagulatur.

VII.

Causa Dispositiva: Hereditaria dispositio Renum, eorumque vasorum & tubulorum angustia, siccitas, calor. p. n. fermentum eorum enervatum, vitium læsæ primæ digestionis, ætas puerilis, 3. *aph.* 26. à 4. vel 5. ad 14. annum, ætas senilis, 3. *aph.* 30. & 31. subjecta Hypochondriaca, arthritica, ictérica, pingua & obesa, item homines incurvatò terram versus tergò laborantes, ut Vinitores, fossiores, lignorum cælores &c.

VIII.

Causa externa: Ingluvies, crapula, cruditas, cibi crassioris substantia, ut panes non bene fermentati, legum lacticin, caseor. carnis suill. carn. & pisces sale & fumo indurati: pisces glutinosi, ut anguilla, aves palust. ova indurata, fruct. crud. immat. vina tartarea calculosa, id est, terreis particulis turgida, & acidò, austerò, refera, vel calceam ac cretaceam tartareitatem in se vehentia; item novella, turbida, dulcia, cerevis. novell. aut. ex aq. lacust. parata, aquæ calcæ, vita sedentaria, abusus diureticorum, decubitus continuus in dorso, Venus nimia, æquitatio frequens, potus parior, somnus diuturnior vel statim à cibo iustus, lumborum arctiores fasciæ, exercitia à pastu, lucubrationes cum vita sedentaria & umbratili; hinc Calculus fere omnium Literatorum carnifex.

IX.

Signa Diagnostica: sunt pauca, si Calculus in Renibus quietus, cum & grandiores subinde in Renibus lateant, absque ullo p. n. symptomate. Si est in motu, adest dolor plus minus acutus, in regione lumbari, modò sinistrorsum, modò dextrorsum, hinc fere semper gravans,

gravans, & quasi fortiter premens, adeò tamen molestus, & cum tantis anxietatibus junctus, ut nec interdiu nec noctu quiescere valeant Ægri. Dolor hic, si in ureteres pergant calculi, urgetur, & magis lancinans evadit, præcipuè si Calculus salebrosus & asper. Interdum cessat, Calculo relabente in pelvis cavitatem, modò recrudescit, dum iterum ad ureteres pergit. In aveis dolor minor est, ob ureteres ex crebris quasi partitionibus dilatatos. Urina varia, sub paroxysmo pauca, aquosa, acris tamen & admodum stimulus; quandoquæ omnimodè suppressa: interdum imò crebrius cruenta, ex laceratis valculis ab asperitate calculi; nunc turbida cum sedimento arenoso, este *Hippoc.* 4. *aph.* 76. & 7. *aph.* 34. quandoque etiam cum mucò lbo in urina observabili, oriundo ex nutrimento partium membranosarum, ut pelvis, ureter, &c. A Calculo lasarum extravasato, dolor in lumbis molestus, spinam inflectendi difficultas, adest stupor curis & regione renis affecti, huius stuporis causam aliqui referunt, ad repletionem vasorum sanguiferorum à cava & aorta per spinam descendendum, quarum insignes rami ad renes & crura divaricantur, quorum repletionem, quæ obstructis renibus, ureteribus & venis emulgentibus contingit, nervi & muscoli coarctantur & inde stupor melior; causæ stuporis explicatio est sequens: nempe compressio Musculi Psoas, cui Renes ambo incumbunt, & hunc musculum cruri flectendò esse licitum eò, quòd cruris parti interiori sit insertus; altera causa est, huius stuporis compressio nervi, qui in Musculos inseritur; & à compressionem à calculo facta, stupor oritur. Testiculi etiam ob Renis spasimum contractio, interdum simul adest Tenismus, ob vicinitatem & communionem partium, adest anxietates præcordiorum, sequuntur saepe vomitus enormes.

Quæres: quam causam sit in Calculo horum vomituum, & cibi & potus rejectionis? &c. Aliqui ad Renem & Ventriculi sympathiam referunt, licet ventriculus à renibus distet, tamen sympathicè compatiuntur, quod sympathiæ simplici non attribuendum. Alii ad generis similitudinem trahunt, quæ æquè non subsistit, quia ventriculus membranosus & Renes carnosus sunt. Alii ad societatem operis, quæ æquè non est fundata, siquidem in unum idemque non conspirant opus. Nos dicimus: causam horum vomituum esse nervulos sextæ conjugationis, qui à stomacho ad renem feruntur, & exterior tunica, quæ renes vestit, quæ fascia passim vocatur, à peritoneo ortum ducit, ventriculi fundo continuatur.

Respirationis adest difficultas, costis inferioribus quasi cingulo contractis, subinde dolor titillans in extremitate glandis sentitur, jun-
guntur

guntur subinde tormina colica cum nausea & vomitu, ob spasmodicas convulsiones nervorum, ex plexu melaico in Renes, intestina & stomachum distributorum, hinc affectus quoque talis Colica nephritica dicitur. Interdum adest Hemicrania illius lateris, pavores in somno, convulsiones digitorum, brachiorum &c. quæ omnia accidentia oriuntur tum à nervulis vel tubulorum fibrillis, attritu doloroso calculi irritantis ac spasmodicè contractis, proximè coherentibus, membranosis & nervosis partes in consensum trahentibus, tum ex reventa plùs minus, & per metastasin aliorum translata materia.

Distinguitur à Doloze Colico essentiali, quod Dolor Colicus magis acutus sit, amplior quoque & magis extendatur. Item vagus, & in uno loco non manens, sed modò accedat, modò remittat, cum rugitu & murmure intestinor. nullus adit stupor cruris, ægri se possunt erigere, cum Calculò Renum laborantes, ut plurimum incurvati sint, Nephriticus etiam dolor magis fit continuus, perpetuò affigens, fixus, regione Renum circumscriptus, vel si ad vesicam moveatur, ductum ureterum sequens, cum alia etiam urinarum conditione. Secundò, decubitus in parte affecta, tolerabilior est in Nephritide, non item in Colica. Præterea Colica à sumpto cibo magis exasperatur, majus etiam levamen accipit à supernis & infernis evacuationionibus, nisi sit convulsiva, vomitus majores comites habet, ac urinam minus suppressam, hæc omnia in Nephritico non fiunt, sed potius contraria. Differt etiam Nephritis seu Renum inflammatio à Calculo: imò quod Nephritidi semper sit conjuncta febris, Calculo verò non, vel raro, & nisi sit simul. 2^{to} Dolor in Inflammatione seu Nephritide est magis continuus, pulsans, in Calculo interpolatus & gravativus 3^{io} in Nephritide est urinæ stillicidium & difficultas urinandi, in Calculo non, nisi jam in ureteribus hæreat, & tunc urina obstruitur. Plura de hoc vid. supra, titul. de Colica.

X.

Prognostica: Calculus Renum raro lethalis est, aut citò jugulans; nihilominus tamen non tantum est affectus acerbus & chronicus plerumque præcipuè hereditarius, cujus paroxyfmi tamdiu reverti solent, donec patiens unò eorum intereat; verum etiam subinde periculosus, non tantum ob molestiam dolorosam, & hinc nata pathematata convulsiva, aut vitiatam urinæ secretionem, sed quia etiam inflammationes Renum, Ischuria lethales, & gravissimi morbi nervosi generis v. g. dolores atroces, vigiliæ, convulsiones, febres, virium lapsus &c. supervenire solent; hinc multi asserunt: dolorem Nephriticum,

ticum, Colicam, Odontalgiam, Cephalalgiam, Podagram, & dolores Partis superare, est enim acerbissimus & intensissimus cruciatus. Teste *Arcæno*, si utrumque Renem Calculi obstruant, interclusa urinâ, intra paucos dies ægri moriuntur. Foemina Calculo Renum obnoxia, si gravidæ reddantur, facillè moriuntur, aut Abortum patiuntur. Calculus, quò major, & asperior, eò periculosior, inducere valens inflammationes, ulcera, dolores atroces, vigiliæ, febres, urinæ suppressiones. Mulieres minus frequenter, & cum minori molestia afficiuntur Nephritide. Arthritici vix effugiunt Nephritidem, quia sunt Passiones sanguinea & collaetanea, ab iisdem parentibus pronata & enutrita, &c. contra. *Hipp. 6. aph. 6.* ait: *Renem & vesicæ vitia in Nephritide difficultè curatur. idem etiam in epidem. ait: se Renum affectiones, ultra 50. annum non vidisse sanatas. Calculus cum ulcere Renum conjunctus, incurabilis est, illa enim, quæ lapidem frangunt, ulcus valde exasperant. Dolori nephritico ad plurimos dies perseveranti, superveniens extremorum frigus, aut sudores frigidi, cum Ischuria, mortem in propinquo innuit. Dispositio calculosa hereditaria est ferè incurabilis. Obesi plerumque Calculo Vesicæ, graciles Calculo Renum sunt magis obnoxii. item *Hipp. 4. aph. 76. quibuscumque cum urina crassa caruncula parva, ac veluti capilli quidam exeunt, iis ex renibus excernuntur.* Bullæ in urina innatantes, Nephritidem eamque longam denotant. *Hipp. 7. aph. 37. Adipalis superficies eaque conferta, Nephriticum, & acutum morbum significat.* *Hipp. 7. aph. 35.* Interdum certas periodos observat Calculus, ita ut motus, in 4^{to}, ut plurimum prodeat in 7^{mo} die, Alii observarunt tympum tertianarum. Convalescentiæ & paroxyfmi cedentis signum est: si urina ab initio tenuis & alba, postea verò crassa in fundo matulæ hypostasin arenosam, sabulum vel frustula quasi lapidum deponat. Verbò ut dicam omnia: Renem & Vesicæ dolores, raro & vix sanantur in senibus: imò quòd Renes & Vesicæ urinæ secernendæ, transmittendæ & excernendæ sint destinatae, ut illorum dolores & affectus curentur & sanentur, opus est quiete. 2^{to} quòd vis & virtus remedium per os assumptorum, ad tam distantia loca vix, & non nisi refracta vi pertingat. 3^{io} quod senum calor nativus, qui unicus morborum victor est, ægri illos superet. 4^{to} Senes abundant cruditatibus & phlegmatibus, ad omnis generis coagulationes dispositivis, & augendis,*

XI.

Indicationes: in paroxyfmo sunt, dolorem lenire & sistere, vias emollire, & laxare, Calculum, quantum possibile est, appropriatis
N n n
infrin-

infringere, vel diureticis blandis provocare. Extra paroxyfimum præcavere, nè regeneretur, vel regeneratum maturè cum urina educere.

I.

Curatio: est duplex, in Paroxyfimo & extra Paroxyfimum; In Paroxyfimo fit *Clyft. emoll. ac anodyn.* & in parva quantitate, nè mole potius dolorem augeant, quam minuant, injectis, v. g. *℞. Rad. alth. dr. vij. herb. malv. pariet. bord. meli. an. m. j. sem. lin. fenugr. an. dr. iij. fenic. dr. i.* incil. bull. in *℥. q. aq.* ad consumpt. 3. p. in *col. lib. i.* diffolv. *sacch. rub. unc. ij. cereb. visell. ovis solus. dr. iij. ol. viol. chamom. an. unc. i.* cum pauco *sale. M. f. Clyfter. ℞. Decoct. emoll. & carmin.* cum *M. j. flor. chamom.* in brod. carn. fact. *unc. x.* diffolv. *caff. pro chyst. dr. x.* vel *Elect. lenit. vel diacathol. unc. i. mel. ros. sol. unc. jss. ol. scorp. dr. vij. butyr. rec. unc. ℞. sal. dr. i. M.* profunt quàm maximè *Clyft. ex lact. parat.* v. g. *℞. Lact. vaccin. rec. multè. lib. i. sacch. rub. unc. ij. ol. chamom. unc. i. scorp. dr. iij. ung. rub. pot. unc. j. visell. ov. N. i. M.* vel Clyfter ex pura urina pueri, qui dolorem lenit, & calculum promovet, addi potest *sal prunell.* quandoque ad magis emolliendum & leniendum componuntur *Clyft. ex sùis oleis.* v. gr. *℞. Ol. aneth. chamom. à lib. ℞. amygd. d. unc. ij. rus. unc. i.* vel *℞. Butyr. rec. ol. amygd. d. an. unc. v.* calefiant & loco Clyfter. applic. Fortes autem Clysteres ex purgantibus electivis vitandi sunt, quia exagitant humores & ad Renes decumbunt, doloremque augent.

II.

Usurpando juxtà hæc Clysmata extrinsecà, ut Inunctiones v. gr. *℞. Ung. dialth. unc. ℞. ping. cunic. dr. ij. ol. amygd. dul. scorp. an. dr. ij. petrol. alb. dr. i.* vel *spir. terebins. scr. B. M.* vel *℞. Ung. res. campbor. alb. infrigid. Galen. de alth. an. unc. ℞. ol. scorp. f. unc. i. succ. citr. unc. i. B. M.* addi, vel substitui possunt: *ol. dest. succin. junip. cereb. scorp. Matth. &c. ℞. Fol. malv. pariet. an. m. ij. petrosel. cum rad. m. j. rad. raph. dr. ij. coq. ad putrilag. contus. add. cep. sub cin. coct. N. ij. ol. amygd. amar. lil. alb. butyr. rec. an. unc. ij. M.* vel fiat ex *medulla pan. alb. cum lact. coct. &c.* Vel Cataplasma *Rulandi* anodyn. ex *Rapis & ol. scorpion.* factum. Aliqui applicant Renibus *laminas plumbi*, quas tamen nonnulli rejiciunt; ob summam nempe frigiditatem, materiam repellentem, & effluvia vaporum impediendem. Ego autem has rationes non atendo, quia hæ laminæ licet naturâ suâ frigida sint, peculiarem tamen & mirum præstant effectum, quod hæ applicatæ, in quacunq; corporis

poris parte dolorem sopiant, & quasi magnetica vi attrahant, ut clare patet, quod hæ partes, quibus plumbum apponitur, semper sub his madere & sudare soleant, & ratio rationis datur, quod nempe illa attractio sat copiosa, & salutaris fiat, ope *mercurii*, quò Saturnus seu plumbum abundat, Mercurius autem contubernium salinum amat, & hõc modò atroces dolores in articulis sedat, teste multiplici experientia. Alii pelles *cuniculi, leporis, casti sylvest.* alii pulvinaria. Alii unguent. *Neprocac bariticum &c.* Cataplasmata huc spectant; *sila ex lino recenti* facta & nondum lixivata, in *lacte* vel *cerevisia* cocta, & applic. item *arena* in ftag. tost. *emp. de melior.* malaxat, cum *ol. cham. & petrol. &c.* Sacculi post litum imponendi, qui frequenter in usu v. g. *℞. Rad. alth. unc. ij. fol. malv. pariet. an. m. ij. cheresol. fl. cham. meliöl. an. m. j. summit. aneth. fol. laur. an. m. ℞. sem. lin. fenugr. an. dr. vij.* his impleantur 2. saccul. quadrat. in *aq. vel lact. coq.* & calidissimè alternatim applicandi, vel *℞. Herb. calamint. puleg. pariet. maricar. an. m. ij. fl. cham. meliöl. an. m. j. bacc. junip. unc. ij. sem. lin. fenugr. an. unc. i.* incisa grossò modò dentur pro 2. saccul. Si his dolor non leniatur, in semicupium vel Balneum dimittendus æger, quò ut plurimum mitescit dolor, saltem quamdiu æger in eodem residet, non tamen frequentius sit, nè ægri vires resolvat, paratur vel ex sola *aq. dulc.* vel in coct. *stramin. aven. fl. chamom. calend. vel rap. concil.* vel emollientibus & antinephriticis. v. g. *℞. Rad. alth. unc. iij. herb. malv. alth. pariet. an. m. ij. fl. cham. meliöl. aneth. an. m. j. sem. lin. fenugr. an. unc. j. M. S.* species pro balneo, cui infuset æger, ipsum magna decotum applicando renibus, vel sacculo includendo, vel *℞. Herb. veron. pariet. mercurial. malv. cum sor. ononyd. an. m. ij. fl. cham. m. iij. samb. m. j. rad. alth. fenic. petrosel. an. unc. jss. sem. lin. unc. iij. fanugr. unc. j. bacc. junip. unc. iij. M.* vel species Balnei contra calcul. *Mysicibi.* Si non remittat dolor, parum se moveat æger, ambulando per cubiculum, & iterum ingrediatur. Sub egressu etiam balnei, litus & Clyster crebrò & diligenter continuandi. Suvadent nonnulli vomitoria blanda, 1^{mo} si ventriculus repletus, vel acidum in eo turgat. 2^{do} quia ipsa natura ad vomitum inclinat, & vomitus excitat cum levamine. 3^{io} sæpè Calculus à concussione vomitus eliminatur.

III.

Int exhibenda lenientia, lubricantia ac acrimoniam feri temperantia, ut *ol. amygd. dulc. rec. expr. vel cum malv. aut bord. decoct. petrosel. cic. rub.* cum *succ. lim. &c.* item *jussul. decoct. malv*

alb. cic. rub. cum multo *busyro* utello ovi & pauco *sale*. *decoct. flor. cham.* ex *cerevis.* item *syr. de alb. Ferncl. v. gr. ꝛ.* *Decoct. Forest. unc. vi.* vel huius loco *aq. ononid. petrosel. pariet. an. unc. ij. syr. de alb. Ferncl. unc. jß.* *syr. sal. q. s.* pro grata acid. vel Bolus ex *C. ssa recent. extr. ʒij. magist. mechacann. trit. gr. vi. balsam. de coparo. gut. v. M.* vel *ꝛ. Mann. el. ʒiß.* vel *ij. ol. amygd. ʒij. vin. malvar. ʒij.* solvè & detur calidè. Laudatur etiam Julep. ex *aq. frag.* cum *syr. viol. & ʒ. viurhol.* vel *ꝛ. Succ. limon. vin. alb. an. unc. ij. sacchari candi unc. B. M.* vel *ꝛ. Aq. sax. frag. fragor. an. unc. ij. vin. alb. generos. unc. vj. ol. amygd. d. unc. ij. syr. viurhol. dr. i. M.* pro ʒ. Dos detur prima calidè, quantum ferre potest æger, post horas 6. secunda, & si etiam hæc inefficax, quod teste *River.* raro contingit, detur tertia. Huc etiam spectant Emulsionones, noctu præsertim utiles. v. g. *ꝛ. Sem. 4. frig. muj. an. dr. ij. papav. violar. an. dr. ʒß. nucl. persic. dr. vj. decoct. hord. unc. vi. aq. petrosel. liq. betul. destill. an. unc. i. M. f. Emulsf. cui add. ocul. canc. p. p. dr. i. sacchar. cand. q. s.* vel *ꝛ. Decoct. hord. lib. i. B. aq. fragar. lib. B. ros. rub. dr. vi. nucl. pin. rec. unc. i. B. sem. melon. excort. unc. B. violar. dr. ij. M. f. Emulsf. edulcor. man. Christ. perlat. unc. i. vel ʒ. Sem. violar. unc. B. milij. sol. contusf. dr. ij. c. s. f. q. aq. frag. s. Emulsf. dulc. sacch. &c.*

IV.

Dolore nimium sæviante, vigilias diuturnas ac virium exsolutionem causante, fugiendum etiam ad *narcotica*, præsertim appropriatis mixta, ut v. g. *malvas. juniperin.* cum *essent. op.* vel *pubv. ocul. canc.* cum *cinnab. & laud. op.* vel *Emulsf. amygd. sem. melon. mil. sol. viol.* cum *syr. papav.* vel *laud. op. laudan. urinar. laudan. liquid.* Licet autem multi narcoticorum usum prohibeant, si Calculus jam è renibus motus, nihilominus tamen urgente nimium dolore, etiam in hoc casu locum habere possunt, cum per talia spasms inhibeat, fibræque laxentur, ut Calculus facilius descendere possit, naturâ etiam exinde per somnum recreatâ, & roboratâ ejusdem exitum magis adjuvante.

V.

Post Clysteres quandoque *secatur Vena brachii*, respondens Reni affecto, etiam repetitis vicibus, ad præcavendam inflammat quæ à dolore perseverante excitari possit; hinc etiam pro derivatione *Vena malleoli*, vel *saphena*, ex qua ut plurimum, teste *Riverio*, egrotantes maximum levamen solent percipere, quamque etiam commen-

dar

dar *Hipp. in epid.* maximè si menses vel hæmorrhoides sint obstructæ. Licet enim venæ sectio Calculum non tollat, auferat tamen graviora accidentia, & causas calculi. Affectu ulterius procedente, utilis quoque apertio *hæmorrhoidum*, test. eodem *Hipp. ô. aph. 11.* ubi ait: *Melancholicis & Nephriticis hæmorrhoides supervenientes bono sunt.*

VI.

Quia magna crudorum humorum saburra affectum hunc plerumque comitatur, post aliquot Clyst. dolore perseverante subinde repetendos, *purgans* aliquid exhibendum, sed dolore aliquantum cessante, cum eodem urgente, etiam vehemens *purgans* quandoque non operetur, ob omnes partes seque contrahentes; dari potest vel ex *castia rec. extr. ad unc. i. dissol. in decoct. prun. vel in Bolo. ꝛ. Cass. rec. extr. unc. i. diaphan. dr. iij. Rhab. pulv. dr. B. cum pulv. glycyrrh. misf. f. Bolus &c. ꝛ. Cass. rec. extr. dr. vj. tereb. unc. B. pulv. glych. dr. ij. M. vel ʒ. Mann. el. unc. i. jß.* dissolv. in *f. q. brod. galim.* vel *decoct. cic. rub.* add. *ol. amygd. d. unc. B. M.* vel *ꝛ. Mann. el. unc. i. B.* dissolv. in *f. q. aq. malv.* add. *Elect. lenit. dr. vj. syr. ros. sol. unc. i. M.* Laxantia hæc eo magis conveniunt, quia Nephritici alvò adstricta se deterius habent, & purgantia sunt simul optima diuretica. Si ad vomitum agri proni, dentur in forma Boli vel Pilul. Doloribus urgentibus vomitus magis convenire poterit, ex *aq. tepid.* cum *ol. & syr. acetos.*

VII.

Tandem si prædictis dolor non sedetur, aut Calculus adhareat, ad *diuretica & lithontripica* transeundum, à mitioribus incipiendum, nè acriora partes lædant, vel inflammant, si præmaturè darentur; unum verò revera dentur lithontripica, vide *meum promptuarium* hoc capite. Interim brevissimè dico: tot & tantâ non dari, prout copia eorum ab Authoribus asseratur, & ratio dubitandi datur, quia Calculus est concretum salinum ex acido & alkali constans, adeoque illud neque acida neque alcalina solvere possunt, quia jam utrisque est saturatum, & ex ambobus factum; aliud igitur remedium non datur, licet de humano calculo id asserere velint, sed frustraneè. Si autem talia lithontripica essent & darentur corrosiva, quale non damnum inferrent Ventriculo, Intestinis, Renibus &c. interim non nego, aliqua posse dari lithontripica appropriata, minuendi & frangendi calculum, quæ nempe coagulum calculi penetrare possint. Exhibeantur ea sub introitu balnei, sicuti etiam blandus motus corporis desuper

desuper institutus, calculi descensum ex renibus magis promovet: imo si jam actu in via sit, *cucurb. sic.* juxta ductum ureterum applicata, & versus inguina tractæ, calculum suinde transferunt, & dolores leniunt; operantur vel acidum absorbendo, vel vi diuretica renes, & loca urinaria abstergendo, vel fermentum renale vi balsamica conservando, vel in coagulum ipsum calculi se insinuando, ejus gluten incidendo, internum illud lapidescentiæ principium enervando, vim coagulativam destruendo, & calculum ipsum in arenulas resolvendo. Talia sunt: *saxifrag. rub. tinct. bardan. ononid.* ejusque decoct. vel *Essent. ras. raphan. acerim. ad unc. y. in vin. alb. unc. ij.* per aliquot horas macerat, hinc fortiter expressi. & colat. item *rad. armorac. vin. infus.* item *pariet. v. g. R. Succ. pariet. unc. ij. vin. alb. unc. i. succ. limon. unc. B. ol. amygd. d. unc. i. B. M. pro haustu.* *Veronica* ejusque decoct. cum *baccis junip. instar Thee* sumpta, optima, item *heder. terrestr.* & *præcipue ejus infus. R. Heder. terrestr. m. i. caput allii N. j. vel ij.* decerpt. in frusta affund: *spir. vin. unc. xij.* stent per dies aliquot bene claus. Dos. cochl. j. singulis novilun. Laudantur etiam *dentes 6. vel 8. altior.* in *sp. junip.* macerat. & ipso die novilun. comest. Magna etiam vis est in *sem. frax.* Laudantur quoque *fl. genist. sem. mil. sol. Faron. lycopod. virg. aur. sem. dauc. cres. vel vulg.* quò Angli plurima præstant; laudatur & *semen hyperici.* quod intra digitos contritum, tereb. *Aspar.* Quam maxime prodest *juniperus;* & quidem vel *gran. ejus* manè comesta, vel *rob aut spirit.* item *infus. lig. Nephrit.* *aq. dest. perficar. sabin. ex cepi* vid. *River. ex oxyacanth. aq. anti-nephrit.* *Sorb. Harim. Quercet. Lugeror. Duc. Lotharing.* aliaque innumeræ. Profunt & salia, ut *sal genist. spirit. fabar. ononid. sim. columb. prunell.* item *Laps judaic. lync. spong. nephrit.* item *ocul. canc. eorumque Magist. test. ov. calcin.* & præsertim *struthion. sang. hirc. p. p. aq. ex sang. ejus destill. Urina ejus calidè epota,* à plurimis tanquam stupendum remedium, recentissimè ex hircò adhuc vivente cum vesica excissa, & statim potata, *Semen dauci* etiam excellit, ità & *semen miu. solii, pulv. milleped. p. p. vel infus. cor. in vin. alb. cum expressi.* item *vin. alkekeng. spir. sal. tereb. tinct. tart. succin. p. p. ejusque ol. ac sal. vel mag. tart. vitriol. cryng. cynosbat. &c.*

VIII.

Ex compositis seq. probata: ut *decoct. Thiermayr. & Musitani* v. gr. *R. Sem. malv. alb. an. dr. vij. cic. rub. unc. ij. 4. frig. maj. an. dr. y. hord. mund. unc. ij. caris. ping. N. vij. sebest. N. vij. rad. liq.*

*liq. dr. vj. saxifrag. asparag. petrosel. sanic. gramin. ononid. à ʒB. fruct. cynosbat. alkek. gran. junip. sem. milii sol. urtic. bardan. laur. hyperic. à ʒj. flor. virg. aurea, genist. cyan. calcarrisp. à p. i. concis. & contus. decoquantur in f. g. aq. fons. ad consumpt. ʒ. p. col. Dos. unc. v. manè, à meridie, & ante decubium; subinde uni haustu addi possunt *spir. sal. guss. vj. vel vij.* Est idem ac decoctum *Forst. nisi,* quòd in hoc simul add: *rad. ononid. sanic. petrosel. d. ad unc. B. Vinum Medicatum. R. Granor. alkek. unc. i. junip. cort. samarisc. à unc. B. vel rad. cryng. ononid.* in find. lig. & infus. in *vin. alb. lib. y.* Dos. unc. v. præmissò juscul. *decoct. malv. petros. cic. rub. cum butyr. & modico sale.* Mixture & Potiones: *R. Succ. expressi. & cortic. raph. acut. succ. limon. unc. vin. malv. an. unc. ij. sacch. alb. unc. i. subinde & additur aq. fragor. R. Resin. tereb. cyp. unc. B. dissolv. cum vitell. ov. f. g. adde syr. de alb. Fernel. unc. y. vin. malv. unc. vj. M. Dos. unc. i. B. R. Aq. ononid. saxifrag. petrosel. an. unc. i. spir. junip. dr. ij. ocul. canc. p. p. scr. ʒ. balsam. sulph. tereb. ser. i. syr. de alb. Fernel. unc. B. M. detur cochl. cum gutt. xv. seq. Balsam. R. Spir. sal. tart. bals. sulph. tereb. an. ser. y. sal. vol. succin. gr. vj. M. Pulveres quoque ex dictis componi possunt, uti est *Pulvis Theneri:* *R. Ocul. canc. p. p. dr. i. sem. miu. solii, vel succin. alb. p. p. dr. B. tart. vitriol. gr. xv. M. f. pulv. divid in ʒ. doses, sumend. ex aq. ononid. petrosel. malv. an. unc. ij. spir. sal. guss. xvij. vel seq. Timæi: R. Sang. hirc. p. p. ser. ij. myrb. el. ser. i. jur. cic. rub. unc. iv. succ. limon. unc. i. M. vel Ludovici, ex ocul. canc. cinna. nat. & laud. op. vel Wedel. R. Sperm. cet. lap. canc. an. dr. B. cinna. antim. ser. i. sal. vol. succin. gr. v. Laudan. op. gran. di. mid. troch. d. alkek. cum op. ser. B. M. f. Pulvis pro 4. dos. vel ʒ. Cryst. tart. dr. iij. magist. ocul. canc. sal. ononid. an. ser. ij. M. vel B. Spec. lithonript. August. dr. ij. tart. vitriol. ser. ij. mag. lap. judaic. dr. B. assell. p. p. ser. ij. M. Vel parvis ex *sale prunell. cryst. tart. sal. baccar. junip. heder. tunic. interior. ventricul. gallina vel perdicis, corticibus ovor. sang. hirc. p. p. crystall. mont. p. p. ocul. canc. p. p. succin. alb. p. p. lapid. judaic. tal. leporin. mandibul. lucci pif. sal. volat. il. urin. sal. vol. succin. lapid. lync. clausular. timac. ov. struthion. lap. neph. arillis ex cynosbat. calcul. human. milleped. p. p. sem. miu. sol. Borac. &c.* præterea valet *terebinth. posibill. cochleatim sumpta, Arcan. tart. liquid. tinct. tart. aq. mea Nephritica, spir. tart. composit. ʒ. calcis ʒ. niri vel salis dulcis spir. aperit. Penot. spir. sal. armon. aromar. urin. hirc. recens data est stupendum remedium. Succus raphan. cum vino malv. &c. ex quibus****

quibus etiam varia composita efformari poterunt, quale *aq. mea Nephritica* est. *Pulvis Sorbait*, *Pulvis Dolei*, *Pulvis Musitanus nephriticus* expertus sequens. *R. Sang. hirci violenta morte occisi* ℥℥. *lapid. Judaic.* ℥j. *sem. milij sol. apii sylvest. urtic. pesrosel. dauc. an.* ℥vj. *cynob.* ℥ij. *assel. p. p.* ℥ij. *ossa daetyl. rad. resta bor. lign.* *Nephrit. nuc. moschat. an.* ℥j. *borac. mineral.* ℥j. *sacch. albiss.* ℥ij. *M. f. Pulvis subtilissimus.* & detur ad vitr. bene custoditum. *Dof.* ℥j. vel ℥j. in vehiculo. Alius pro pauperibus *eiusdem* expertissimus *R. Scercor. mur. sem. fenic.* à ℥℥. *M. f. Pulv. in vino datus*, mira praeſtat. Electuarium paratur ex *dictis pulver.* cum *conseru. eryng.* & *cass. ac syr. de limon.* vel *R. Pulv. sem. hyper. Julio* in autumno collect. & exsiccat. *unc. iij. conf. ros. vel viol. lib. ij. M. Dof. unc. ℔.* Laudantur etiam *pitul. ex cereb. in aq. matv. lot. & coct. cum oculi sanc. sem. dauc. farin. lycopod. vel seq. R. Mag. ocul. canc. dr. s. sang. hirc. p. p. ser. y. sal. vol. succin. gr. xxx. sal. ononid. ser. s. cereb. cyp. ag. matv. lot. & coct. q. s. M. f. Pitul.*

IX.

Prophylaxia instituendo, 1^{mo} praemisso *Chyst.* vel lenit. vere & autumno. *Venam secando*, praesertim si adsit plethora vel calida Epatis & Renum intemperies. 2^{do} Purgationem assumendo per *cassiam*, & *Rhab.* vel *pitul.* ex *cereb.* cum *rhab.* vel Nodul. laxativ. Si Cacoehymia magis urgeat; vel detur *decoctum Gallii veteris laxans*, aequè ex specificis *sol. fern. f. &c.* Vomitus quoque prodest, vere & autumno excitatur, cum Calculi ferè semper radicaliter orientur ex stomach. 3^{io} Usurpando *diuresica* temperatiora, non adeo frequenter, sed semel vel bis in mense, cum saepius malum augeant, vel eruditates ad Renes devehendo, vel Renes magis intemperatos reddendo, vel pituitam Calculum involventem abstergendo, eumque sic exasperando, vel eum majorem in ureteres cum periculo deturbando. Terrebenthinata ceteris praesantiora sunt, quod urina violaceum exinde spirans odorem probat, praesertim etiam cum alvum simul laxent, humoresque crassos evacuent. 4^o Maxime convenientia pro praeservatione sunt: *succ. betul.* per martium sumptus, item *serum lact.* per mensem integr. tempore verno assumpt. *Acidula*, quæ maximum nephriticorum solamen, item *Therma*, Valent etiam *cicera sars. Nigrosich.* cum *balsam. de copair.* vel *opobalsam.* item *balneum aq. dulc. repid.* egregie etiam à Calculo praeservare dicitur; quotidianus usus *Herb. Thee.* & praesertim juxta aliquos si cum *lacte* bibatur. *Porsu. coffe* quoque, cum quodvis acidum & austerum egregie corrigat, praem

rem etiam inter prophylactica tenet locum: *Allium*, ut supra dixi omni novilunio fumatur; Item *Nuces avellanae* jejunè comestae, vel *amygdale* vel *nuclei persicor.* *Liquor nephriticus*, *Arcanum meum praesians nephriticum* vid. promptuar. Secretum est, deglutire *risa* vel *quatuor grana pipertis nigri integra*, ante prandium. *Pulvis praeservatorius & curatorius.* *R. Sem. alb. viol. an.* ℥℔. *sem. mitij sol. rad. liquirit. an.* ℥j. *lap. Judaic. lap. spons. an. gr. vj. off. daetyl. mistil. serapir. an.* ℥ij. *sem. melon. ℥ij. sem. hyperic. ℥ij. succin. alb. p. p.* ℥ij. *M. f. Pulvis subtilis* *Dof.* ℥ij. plus minus, saepius fumatur; his autem omnibus necessario jungenda debita

X.

Dieta: in qua aer sit temperatus ad calid. inclinans, cibi boni succi, facilis coctionis, ut *carnes tenera, pisc. saxas. ova forbil. orem. boræ. juscul. alteras. accosf. cheresol. matv. cum succ. lim. vel cicer. rub.* Conveniunt quoque *petrosel. asparag. germin. lupul. spinach. raphan. &c.* vel *decoctum rad. eryngij* est excellens; vel *potus juniperinus Viennensis*, ex *passulis majorib. sars. crudo. juniperi.* vid. *prompt. litt. q. 4. 7. & 11.* Vitetur caseus, lactinia legum. fructus hor. praesertim immatur. fung. tubera, ostrea, caro suill. item usus carn. & piscium infumatur. vel muria macerat. caulium aromatiz. & nimis salfor. Diuretica non misceantur cum cibus, sed dentur longè ante cibos. Pro potu sit, *vinum album tenue*, vel *dilatatum, insusum lign. Nephrit.* & *succ. limon.* vel *decoct. baccar. junip. & veron.* vel *Thee* vel *cerevis.* cum *succ. betul.* decoct. vitentur vina hornotina indeseccata, *Cerevisia* indatur *sem. dauci*, quod excellit. Abstineat æger à motu violento, praesertim equitat. multa, & vectura per currum successorium, item à Venere immodica, & decubitu supino, exercitia moderata ante pastum utilia; alvus sit lubrica, mictio diu non detineatur, somnus non sit diuturnus, nec statim à cibo ineatur,

CAPUT II.

Calculus Vesicae.

I.

Nomen: Calculus Vesicae, Lithiasis, Duclach. Germanicè, *Blaßsen-Stein.*

Oo

H. Desf.

II.

Definitio : Est substantia plüs minüs dura ac solida, in Vesica genita, ex succo crasso lapidescente, à facultate petrifica, vel potius ab acido peregrino austero humato, sal. volat. urinæ, cum materia feculenta, tartarea & terrestri, in Calculum cogente.

III.

Genus : Juxta alios, morbus in Numero vel via; juxta alios, symptoma in excretis; juxta plures potius est causa morbifica.

IV.

Subjectum : Vesica Urinaria.

V.

Differentia : Alius est, qui quoad matricem, rudimentum ac nucleum suum, ex Renibus in Vesicam descendit; ibique successively corticatum vel conglomeratum augetur & crescit, atque hic est frequentior: Alius qui primaria locali generatione concrevit in vesica, ex ipsa lotii in eadem stagnantis face, atque hic in pueris magis observabilis, in quibus extrahuntur Calculi, Nucleos habentes, à reliquo integumento non diversos, sine prægressis doloribus nephriticis: alius est folliculò suo seu pelliculâ aut pituitâ involutus; alius non? alius ipsi vesicæ adnatus, & quasi ex illa propendens, alius oberrans & libere natans. De reliquo, sicuti Calculus Renalis ferè semper magis scaber, inæqualis, rufus & friabilis, ità Vesicalis è contra durior, lævior plerumque albidus, & more lentium rotundus.

VI.

Causa immediata : Calculi dicta in cap. antecedente, uti & ex-terna.

VII.

Cause dispositiva : Sexus virilis, cum feminae rarius laborent Calculo Vesicæ, ob breviorē & ampliorem urethram, per quam paulatina & prompta fit evacuatio, ætas puerilis *Hipp. 3. Aph. 20.* Sicuti enim Senes Calculo Renum magis obnoxii sunt, ob angustiam & siccitatem Renum, eorumque expultricem debilem, ità Pueri magis laborant Calculo Vesicæ; tum ob crassitatem urinarum ex ingluvie, tum ob moram ejus in vesica. ob ludicra & somnum, minorem etiam ejus stimulum, ob minorem acrimoniam, tum ob exiguum urinæ canaliculum.

VIII. Signa

VIII.

Signa diagnostica : Nota; antequam de signis Calculi Vesicæ dicamus, prius explicandum videtur, quomodo Renum Calculus à Vesicæ Calculo differat? 1.^o Differt doloris proprietate, situ & gravitate, 1.^{mo} Generatio enim Calculi in vesica fit sine doloris sensu, ob vesicæ capacitatem. In Renibus cum dolore, ab angustiam. 2.^{do} Ratione situs partis; Vesica enim in hypogastrio, Renes in lumbis sunt collocati. 3.^{io} In Vesicæ Calculo perpetuò supprimitur urina. non verò in Renum Calculo, quia duo sunt renes. 4.^o Vesicæ Calculum stranguria & Tenesmus comitatur, ob viciniam Intestini recti, non verò Renum Calculum. 5.^o Alii ab arenulis adhuc differentiam statuunt, quod Renum Calculi molliores, Vesicæ duriores sint: sed hæc non usque quaque vera sunt; variant enim Calculi in colore & duritie, pro varietate caulorum & materie conditione. Adest itaque dolor colli vesicæ, qui circa finem mictionis exasperatur, & ad glandis extremitatem exporrigitur: Pruritus pudendi, cum frequenti ejus erectione, citrà Venerem, adeò ut calculosi urinam redditur, illud digitis fricent, trahant, ac mulgant, ut infantes illud longius reddant; *Galen.* hoc potissimum est cum urina aquosa, & insigni ejus interpositione; præterea pondus ac gravitas in perinæo, si Calculus fit grandior, urinæ stillicidium, ac micturitie frequens, summa mingendi difficultas, cum conatu parturientium modo. Urina quandoque subito inter mingendum suppressa, ac facilior exitus resupinato corpore, adest Tenesmus, and in consensum tracto, adeo, ut sæpius precipitentiam patiatur. *Halideo* teste, calculi Vesicæ certissima nota est: si præter urinæ difficultatem, etiam adsit desiderium excernendi fæces, & si, dum aliquam paleam aut simile quid humo tollere conantes, se inclinent, in parte Vesicæ sentiant punctiorem: adest insuper inquietudo, ut crebro moveantur, & crura alternatim exagitent, & si major est Calculus, vix recti stare, equitare, vel ambulare per loca salebrosa possunt. Ab *opizatu* assumptis melius habent, verum sæpius fit exasperatio à medicamentis, vel novam materiam eò ducentibus, vel pituitam obvolvuntem abstergentibus, fuit prægressus dolor nephriticus, sine excretionem Calculi, urina vel tenuis & limpida est, si Calculus non sit asper, secus, & præsertim in malo diuturno alba, crassa, turbida, & quasi purulenta, sed non fetida, ut ab Uicere Renum vel Vesicæ distinguatur cum sedimento mucoso, spisso, mucilaginoso, fundo viri tenaciter adhærescente, oriundo ex latione tunicæ nervosæ, proprium alimentum sub forma hujus mucilaginis plorante, & de

hoc sedimento intelligendus Hipp. 4. aph. 79. dum ait: *quibus in urina subsident sabulosa*, hoc est mucositas cum sabulo crasso mixta: *bi Vesica Calculo laborat*. Præterea præsentia Calculi observetur saltu vehementiori, ubi motum ejus in Vesica percipiunt ægri, modo non sit adnatus, & veluti in capsula reconditus, quo in casu omnia symptomata sunt obscuriora, ita ut aliqui visi sint, qui nullo dolore eum gestarunt. Item facile exploratur, ab experto digito in anum immisso, aut immisso in Vesica cathetere, vel candelâ cereâ, qui tamen explorandi modus etiam fallit, ubi Calculus pituitâ vel corpore aliquo lubrico est involutus.

IX.

Prognostica: Calculus Vesicæ firmiter eidem inhærens, vel folliculo inclusus, incurabilis &c. Hipp. in *coac.* vult, lapidem in vesica non generari à 14. usque ad 60. nisi prius exliserit. Lapis Vesicæ, si confirmatus jam sit, & ad aliquam magnitudinem pervenerit, vix aliâ ratione curari potest, quam sectione per Lithotomum Steini Schneider, licet neque hæc periculô careat, ob facile supervenientem inflammationem vel hæmorrhagiam, vel convulsionem, vel fistulam, radiosam causantem vitam. Lapidis comminutio est summè difficilis, non tamen impossibilis, præsertim si magis sit tophacæa, quam silicæa naturæ: ratio prioris est, quia ad ejusmodi remedium requiritur 1^{mo}, ut sit aptum in urinam mutari, ut scil. locum affectum tangant. 2^{do} ut habeat in se potestatem solvendi repagula Calculi, sit nempe nec acidum nec alcalinum, sed compositum ex utroque; cum Calculus sit concretum terreo-salsum, ex volatilibus principis firmissimo nexu junctis oriundum. 3^{io} Longo transitu ad Vesicam vi sua lithontripica non infringatur. 4^o Possideat hanc vim in proprietate specifica, sitque amicum naturæ, adeoque non corrosivum, ut citra noxam propinari vel per syringam injici possit. 5^a sit subtilis, ut quaquaversum distribui possit. Ratio posterioris est, tum facta sæpius experientia, tum quia non opus est menstruô corrosivo, cum etiam dentur plus minus insipida, sed appropriatô tantum & proportionatô poros corporis solvendi, & texturam ejus penetrandi. Sic *persicariâ*, *dauco*, *asell.* &c. dissoluti calculi, gustu id non judicantur. Cum autem prædictæ conditiones simul junctæ repertu difficiles, rara ac paucissima sunt ejusmodi lithontripica, dissolutorio Calculi quoque rara & difficilis. Lithontripicis igitur fidere, est Medici inexperiti: pro Sectione, divina potius inspiratio, quam Medici consilium requiritur Hipp. Medicis consilium dare prohibet. *Avenzoar* verat Medici

Medici præsentiam, nihilominus tamen subinde melius est, dubiâ cum spe periculosum quid tentare, quam ægrum perpetuô & diuturno cruciatui ac certæ morti relinquere. Nihil enim adhibeatur sectio, vel urinæ suppressione intereat, vel doloribus, febriculis, ulceribus & colligationibus contabescere solent. Senes debiles; post 60. & pueri infirmiores, ante 9. non secandi. *Zecchinus* in Calculo nimis magno, vel ægro sene imbecilli, sine extractione Calculi minus facit vulnus, per quod tollit tum periculum suppressionis urinæ, tum intolerabilem illum cruciatum in urina reddenda, sicque mortem saltem præcævet, necessariô aliâ secuturam. Vulnus apertum servatur tubulô atgenticô perforatô.

X.

Indicationes: Sunt Calculum comminutere, vel excindere.

I.

Curatio: Extrinsecus fit omnibus iis, quæ in Calculo Renum usurpari solent, diutius tamen continuatis; ut 1^{mo} Clystere emoll. anod. & lithontripi. &c. 2^{do} Purgatione leni septimanatim instituendâ, ex *castis*, *tereb.* &c. 3^{io} Balneis, vel Semicupiis. 4^o Inunctione, pectinis & seroti ex ping. *hircin.* cum *ol. scorp.* & *ol. dest.* succin. vel ex *ol. amygd. amar.* *scorp.* *hyper. nucl. persic. ping. cunic. gall. succin. raph. vel pariet.* &c. vel applicat. *catapl. ex farin. sem. lîn. sang. cum sang. hircin.* vel ex *pariet.* & *cep.* 1^{mo} in *vin. coct.* add. *ol. scorp.* &c. 5^o Injectionibus per syring. ex *stercor. columb. calcinat.* cum *decoct.* vel *aq. pariet.* solut. vel juxta *Timmæum*: *v. Rad. rub. sinti. ononid. liq. â. dr. vj. herb. saxifrag. pariet. matr. cum soto à. m. j. sem. asparag. mellefol. urtic. â. dr. ij. incif. coq. ex aq. f. q. de col. v. Lib. j. b. add. succ. lim. raph. an. unc. ij. ol. scorp. amygd. amar. ap. unc. j. b. M.* 6^o Lithontripicis hæctenus usu probatis, ut *aq. persic.* quæ ab Anglis multum laudatur, *aq. ex caps. dest. urin. hirc.* à *Poter.* laudatur *berniar. acetos.* in *brod. carn. coct.* ac continuo bibita, ab *Horst. decoct. matr.* cum *busyr. & mell.* ab aliis *passer troglodydes* exenteratis. *bacc. junip.* referunt & coctus. Præ reliquis famulosus est *liq. sal. zars. Laurenberg. zars. solubilis* seu *basil. Zamech. Paracelsi.* item *assell. p. p.* cum *decoct. cicor. rub. & spir. junip.* v. gr. *z. Assellor. p. p.* à *dr. b. ad scr. iv. spir. junip. an. dr. b. ad r. b. jur. c. c. rub. unc. vj. vel x.* item *sang. hirc.* per aliquod tempus herbis lithontripi. nutriti, *aq. ex sang. hirc. dest. pu. v. scorp. salc. sim. columb.* cum *sal. prunell. sud. kuman. p. p. mag. succin. ess. ononid. sp. sal. tereb. fragor &c.*

Ad intra laudatur etiam *pulvis millepedum*. p. p. à ʒj. ad ʒij. aq. vitæ ʒj. decoct. ciccr. rub. ʒviij. fumendo manè sex horis ante pastum, & diu continuatur. Locò aq. vitæ potest sumi *ʒj. Juniper.* ʒʒ. vel ʒj. vel ʒ. *Affell.* p. p. ʒj. *lepor. combust.* p. p. *sang. hirc.* p. p. *Spongiar. cyrosb. femin. viol. purpur. milii sol. dauc. an.* ʒʒ. *ʒj. spec. lithontrips. scorp. ustor. an.* ʒij. M. f. *Pulv.* Dos. ʒʒ. ad ʒij. decoct. *diureticum* ʒx. *ʒj. spir. junip.* ʒʒ. M. bibat & continuat per septimanas; hæc omnia sunt experta. Summum remedium in Calculo frangendo à plurimis commendatur *passerculus troglodites*, qui solum sale maceratus & crudus & integer comeditur, vel in olla totus in cinerem combustus, & sumptus, idem præstare dicitur. *Aqua persicar. o destillata*, manè hausta & continuata, Calculum Vesicæ curat. Idem dicitur de *aqua vel succo betula*, ex arbore exsillante, & diu bibita, mense martio.

Circa medicamenta fortiora lithontripica Nota: 1^{mo} ea exhiberi debere singulis diebus manè. 2^o præmittendum Clyster, emoll. & refriger. 3^o Subinde horum usum sequi febrem, calorem, sitim, dolores circa pubem &c. hinc succurrendum diætâ convenienti & abstinentia à vino, exhibendo *julep.* ex aq. frag. cum syr. viol. & spir. vitriol. 4^o Primis diebus urinam progredi crassam & exiguam; 5^o sequentibus copiosiore, hinc calorem remittere, dolores sisti, & universam substantiam calculi comminutam, in minimas partes progredi. 6^o Interdum diem unum vel alterum quieti dandum esse, 7^{mo} Ante lithotomiam corpus prius per V. S. & purgat. decenter disponendum. Si æger tandem operationi chirurgicæ se subjicere nolit, & lithontripicis, ut sæpe fit, nihil efficiatur, cura palliativa instituentia, per contemperantia, epicerastica, seu acrimoniam temperantia, & anodyna. Sic *Clyst. ex. lact. bubul.* cum dr. i. *Philon. Rom.* ad 2. vel 3. horas retentus, vesicæ sensum stupefacit, ut tota nocte non sentiat dolor. Sic intus exhiberi potest *ol. amygd. d. rec.* express. cum pauco succ. limon. ex brod. decoct. malv. item aq. seri lactis destill. cum syr. de alth. Fernel. vel emuls. sem. melon. cum diætâ aq. vel decoct. Forest. cum troch. de alkek. Subinde etiam exhiberi potest laud. op. fieri etiam possunt Injections in vesicam, ex lacte vel decoctio malv. vel emuls. sem. papav. cum aq. solan. Extrinsecus semicup. vel fomentat. cum magna spongia imbut. decoct. malv. viol. rad. alth. liq. fenugr. bord. capiv. papav. alb. &c. sequente inunct. cum ung. malvin. ros. popul. cum ol. viol. nymph. ol. hyosc. &c. Lithotomia autem est chirurgica Calculorum è Vesica Sectio, & hoc modò procedit: imponit Lithotomus ægotantem alicuius robusti fini

nui pulvinari molli infrato, postquam ter, quaterve ex loco altiori in inferiore profluit, mox manum utrinque valide plantæ pedis aligat, genua verò utrinque adflantes duo ministri detinent, ita, ut quàm maximè à se invicem distent; deinde primum sinistrae manûs digitum solum, aut si necessitas exegerit, duos priores, oleo liliorum alborum madefacit, eosque in anum immittit, dextrâ vero pubis superiora leviter comprimit, ut hoc modo ab osse pubis ad perinæam transferatur Calculus, quem cum digitis dictis eò adegerit, sinistro lateri inter testiculos & anum, proximè ad futuram perinæi, cultrò utrinque acuminatò, vulnus pro Calculi magnitudine infligit, calculotenus cultrum deducendo, & vulnere si sua spontè, aut digitorum insertorum propulsione exire detrechet, calculum forcipe aut quòd præstat cochleari sive lapidillo foràs trahit. Extractò calculo, vinculis omnibus solutis, vulnus obligat modo debito, sanguinem sistentibus adhibitis mediis, brevique tempore ut consolidetur curam adhibet, nè urinae per locum vulneratum stillicidio laboret æger. Hic modus apparatus minor vocatur, & in pueris inprimis locum habet, licet sæpe in adultis hæc in regionibus instituiatur. In apparatu majore verò, æger eodem modo, ut supra, bene ligatus mensâ imponitur, & in ea detinetur, mox itinerarium per urethram in vesicam intromittit Chirurgus ad calculum, factoque foramine, ut supra, in sulcum itinerarii per vulnus conductorem immittit, deinde itinerario ex urethra ablato, per vulnus insertum forcipem, lapidillum, aut instrumentum aliud detrahendo calculo accomodatam immittit, quo sic & apprehendere Calculum, & foràs educere queat. Hoc factò, deligatio vulneris, & consolidatio instituitur, ut in pueris, adhibita si nimis magnam fuerit futura, impositaque ad dies duos aut tres cannula argentea, evacuationi sanguinis concreti, pituitæ, urinæque arenosæ apta. Occurrit adhuc alius Calculos extrahendi modus, nempe foramine in abdomine factò, Calculus ex fundo vesicæ excinditur, & hoc modo nunquam stillicidium est expectandum. De lithotomia vide *Paruum, Aquapendentem, Hildanum, Forsterum, Parmænum* & alios Chirurgos.

II.

Diætâ: Ut in præcedenti Capite de Dolore Nephritide.

CAPUT III.

Inflammatio Renum & Vesicæ.

I.

Nomen: Inflammatio Renum & Vesicæ, Germanicè, *Engündung der Nieren und Blasen.*

Notandum hic: diximus supra cap. I. hujus libri, Nephritidem propriè dici Inflammationem Renum, sicut inflammatio Hepatis dicitur Hepatitis, & licèt sæpè Calculus hanc inflammationem causet, eam tamen non nisi mediante sanguine efficere potest. Calculus causa quidem doloris per se est, per accidens autem tantùm causa inflammationis, ut suo loco diximus; neque enim dolor & inflammatio Renum semper calculum pro causa habet. Hic ergo præcisè agimus de inflammatione Renum, quæ à sanguine fit.

II.

Definitio: Est partium harum ex sanguine in propriam eorum substantiam effuso, stagnante ac putrescente, intumescencia; Cum enim Renes sint substantiæ parenchymaticæ & glandulosæ, sanguine recipiendo idoneæ, Vesica licèt ex sanguis & membranosa sit, ibi vis tamen cum sanguinem ad sui nutritionem per renum propaggines recipiat, facilè fit, ut illo sanguine copiosè influente, stagnante, vel extravasato, inflammatio fieri possit, ut dixi de Nephritide, & de Phlegmone in genere, quod ibidem videre est.

III.

Genus & Subjectum: Morbus auctæ magnitudinis, cum interperie calida, in Renibus vel Vesicæ.

IV.

Causa immediata interna: dicta in definitione.

V.

Causa externa: In Renibus inflammatis nimius corporis succussus, per salt, equit, vecturam &c. ulus vehementium diureticorum, potulenta fortia, lapsus, confusio; præcipuè autem calculus magnus, cui frequenter supervenit vesicæ inflammatio; rarè ab interna, ut plurimum autem ab externa fit causa, ut contusione vel ictu violento, diuturna urinæ retentione, lithotomia, cui 4. die sæpè supervenit,

pervenit sequente Gangræna & morte. Huc etiam faciunt Cantharidum mala applicatio. in vesicatoriis vel earum assumptio, quæ infestæ sunt Vesicæ. Multum etiam contribuit Lues Venerea, Gonorrhæa, Calculus.

VI.

Signa diagnostica: In Renibus adest calor & dolor gravativus, quandoque pulsatorius. Si Inflammatio sit in circumferentia, ubi arteriæ terminantur, extendens se tum ad ductum ureterum, tum sursum costas nothas versus, ut ægri nec se erigere, nec commodè incedere possint, adest febris continua vehemens, stupor cruris, mictio ardens & frequens, urina pauca, flammea, subinde & vomitus bilis. Distinguitur à Calculo, febre synochâ, doloreque magis continuo, pulsanti simili. In Vesicæ inflammatione, adest ejus vehemens dolor, ardor, tensio, durities, urinæ reddendæ impotentia, cum summo conatu, tenebimo quoque & interdum alvi suppressione, febre item continua, vigiliis, deliriis &c.

VII.

Prognostica: Inflammatio Renum licèt rarior, tum ob solidam & densam eorum substantiam, tum ob urinam transeuntem, putredinem & corruptionem impediendam, periculosa tamen est, sicuti omnes internæ inflammationes, quæ magis lethales, si is delirium, convulsio, aut alia gravia symptomata succedant. Si adsint sudores frigidi, & frigus extremorum, mors in propinquo est; hæmorrhoides nephriticis supervenientes, bonæ sunt. Lethale est, si reddatur urina alba, tenuis ac purulenta, absque febris ac symptomatum remissione, cum crurum ac femorum extenuatione. Inflammatio Vesicæ plerumque lethalis, quarta, vel si circa collum ejus, septima interdum suppuratur, & excitatur ulcus curatu difficillimum; factâ suppuratione rumpitur nunc intra vesicam, pure cum urina effluente, nunc extra in cavum abdominis, cum abscessu subinde in inguinibus. Huc spectant aphorismi Hipp. 3. aph. 31. 6. aph. 6. 3. aph. 6. 4. aph. 76. 7. aph. 34. 7. aph. 35.

VIII.

Indicationes: ut in aliis Inflammationibus & in Nephritide, vid. cap. I. hujus libri.

I.

Curatio: Fit administrando quanticus *℞. S.* ex brach. hinc per derivatione ex pede, Utilis etiam apertio hæmorrhoid. præsertim si sint

si sint tumida & prominentes, juxta Hipp. 6, aph. 11. Nephritidis hæmorrhoides supervenientes bonum. Profunt etiam cucurbitula superioribus & inferioribus partibus appositæ, scarificatæ, item strictiones.

II.

Purgantia: nocent, nisi in declinatione morbi; optime tamen conveniunt *Clysmata lactea & cerebrius hinc*, vel parata seq. modo.
R. Rad. alth. unc. i. fol. malv. violar. lactuc. an. m. j. prun. dulc. p. iv. bord. mund. fl. violar. an. p. j. f. decoct. ad unc. x. in col. dissolv. *cast. vel diaprun. s. unc. i. ol. viol. unc. j. b. vitell. ov. N. ij. M.*

III.

Dentur intrinsecus *alterantia*, præsertim *nitrata*, ut *decoct. bord. cum nitr. depur. lap. prunell. in aq. sol. & sacch. dulcorat. fl. nitr. Myrsicht. cum tart. vitriol. sacch. saturn. tinct. ros. viol. fl. bellid. syr. de nymph. de portul. succ. canc. sruvian. ex juscul. Emulsio*, v. gr. *R. Amygd. d. excort. unc. i. sem. melon. excort. unc. s. papav. alb. dr. iij. ser. lact. capr. vel aq. bord. lib. j. s. f. emuls. dissolv. syr. violar. unc. i. M. s. Emuls.* pro 3, dosibus. Valet etiam *decoctum factum ex speciebus pro syr. diatleb. Fernel. item ol. meum lini destillatum*, cum herbis cochleatim. Vel *R. Cinnabar. nat. p. p. gr. v. ocul. canc. ʒj. laud. op. gr. j. vel ij. vel sacchar. satur. nitr. antimon. antisect. Pot. alb. vel succus cancror. in vehiculo datur, Tinct. ros. bellid. violar. malv. papav. rhead.* vitando alia diuretica, quæ stimulando urinæ fluxum, inflammationes irritant.

IV.

Extrinsecus conveniunt *campb. in ol. ros. vel papav. diss. ung. ex succ. semperviv. canc. fluw. cum ol. ros. bulli ad evaporat. humidat. ac in mort. plumb. agitat. item usgo. ros. infrigid. Gal. cerat. sarr. cum sacch. satur. & campb. & sacch. sat. aq. ros. solut. & cum linteis duplicat. applic. In Vesicæ inflamm. refrigerantibus non diu immorandum. sed ad emollientia, lenientia, & chalystica seu relaxantia veniendum, ut Inunct. v. g. ex *ol. aneth. chamom. an. unc. i. amygd. d. unc. j. b. butyr. rec. ping. porc. an. unc. ij. M. possent etiam addi mucilag. sem. cyd. psyll. aq. malv. extr. an. unc. i.* Pro dolore leniendo præstantissimum est *catapl. de mic. pan. R. Medull. pan. alb. s. lib. i. coq. in lact. capr. ad consist. Cataplasm. add. vitell. ov. N. ij. ol. ros. unc. v. creb. ser. s. M. poterit etiam addi, si opus, tantillum opii & camphoræ.**

V. Si

V.
 Si Inflammatio discuti nequeat, suppuratio promovenda, intus per temperata, ut *decoct. bord. glycb. malv. pariet. &c.* externè per Cataplasm. ex emoll. in lact. coct. Tumor in Renibus foras prodians, ac musculos dorfi simul afficiens, aperendus. Puri in cavitatem abdominis erumpenti, vel mors repentina, vel febris hæctica succedit. Si pus per urinam prodeat, abstergendum, & ulcus consolidandum.

VI.

Dieta: sit tenuis, ex *crem. bord. aven. panat. juscul. alteras. endiv. cich. lact. portul. &c. prun. Potus decoct. bord. & lig. vel emuls. melon. &c.* Plura vide de Nephritide & Phlegmone.



CAPUT IV.

Ulcus Renum, Vesicæ & Meatus urinarii.

I.

Nomen: Ulcus Renum, Vesicæ & Meatus urinarii. Erstwäh-
 rung der Nieren und Blasen, wie auch das Hört-Geschwür.

II.

Definitio: Est partium harum continui solutio seu exulceratio, facta à materia acri erodente.

III.

Genus: est morbus solutæ unitatis, cum diminuta magnitudine.

IV.

Subiectum: Renes, Vesicæ & Meatus urinarius.

V.

Differentie: Aliud est *levius*, seu potius principium ulceris, quod in Vesicæ scabies vesicæ dicitur; aliud *perfectum*, aliud *consummatum*.

VI.

Causa interna: Vel profluentis urinæ acrimonia, vel pus, aut sanies acrior aliunde affluens, ut in lue vener. ex suppressa gonorrhæa, vel in meatu urinario, ex semine acri & virulento, vel oritur

ab abcessu rupto, in inflammat. vel omnium frequentissime, à sabulo acutum angulato, vel calculis asperioribus, attritu suo renes contententibus, comminuentibus, exedentibus, & succellive ad exulcerationem disponentibus.

VII.

Causa externa: sunt ictus, lapsus, Cantharides &c.

VIII.

Signa diagnostica: Ulcus in Renibus infestat dolore in lumbis rodente, & plus minus simul gravante, urinâ purulentâ liberè profluente. Ex Hipp. enim 4. aph. 75. si quis sanguinem aut pus mejat, Remum aut Vesicæ exulcerationem significat. Pus hoc melius est coctum, album, leve, copiosius, ac urinâ magis permixtum, lactis instar excretum, minus etiam foetidum, quàm si proveniat à vesicâ, plerumque urina alba redditur, ac pus in ea aliquot horis interpositis, instar albi sedimenti subsidisse conspicitur. Ulcus in Vesicâ, infestat cum dolore in pectine & pube, cum urina purulenta, & squamosa, prout ait Hipp. 4. aph. 81. si quis sanguinem aut pus mejat, aut squamulas, gravisque odor adsit, vesicæ exulceratio significatur. Si vesicâ incipit exulcerari, primò sanguis exit, si sit perfecta, pus, hinc adhuc magis squamæ & ramenta: si consummata, gravis fætor in urina est. Præterea in ulcere vesicæ difficultas etiam est in mingendo, sæpè & tenesmus ac membri erectio, pus paucum est, nec multum urinâ permixtum, neque aded coctum, sed magis crudum, variegatum & graveolens. Ulcus in collo vesicæ aut meatu urinario, infestat cum dolore ingenti & dysuria, inter meijendum plus perceptibili, pure ante urinam & etiam sine ea excreto, cum pene tenso & tumido.

IX.

Prognostica: Ulcera Renum sunt difficulter sanabilia, & satis periculosa, sæpius etiam in Tabem desinentia. Ulcus ab inflammat. suppurata exortum, curatu facilius est: Secus quod ab erosione, vel à calculo in renibus, quod non rarò in totius renis consumptionem degenerat, Ulcera hec, quò magis inveterata, ed difficiliora sanabilia, Vesicæ ulcera ut plurimum incurabilia; periculosa quæ ex erosione, gravissima quæ ex magno calculo, sine cujus extractione non curantur,

X.

Indicationes: sunt humorum affluxum divertere, ulcus abstergere, mundificare, & tandem consolidare.

I. Cura.

I.

Curatio: fit administrando universalia ut V.S. in plethora vel comite inflammatione, purgationem sapius repetendo, ex mann. cass. tereb. rhab. senn. syr. ros. sol. &c. Platerus laudat ab experientia suam Electuar. Nephrocacbarcticum, &c. Cass. rec. extr. ʒij. mann. ʒij. pulp. sebest. & samarind. à ʒj. mucilag. sem. psyl. ʒvj. sem. 4. frigid. maj. an. ʒj. succ. liquir. ʒy. cum syrup. ros. solut. f. Elect. Dosis unc. ʒ plus minus sæpius repetitum, postea pro absterfione ulceris sequens Terebinthinatum, quod potione lacteam terebinthinæ, vel lacteum liquoem, vel lac terebinthinæ vocat, &c. Terebinth. cypr. vitell. ov. solut. ʒij. ad ʒʒ. aq. matv. vel parietar. vel decocti Foveæ. vel frequentis Emulsionis (&c. Sem. 4. frigid. maj. ʒij. sem. lactuc. papav. alb. à ʒj. seri lact. capr. q. s. extr. Emulsio ad ʒij. vel iij) ʒij. vel iij. M. f. haustus manè per 7. vel 8. dies sumptus. Tandem pro consolidatione, est expertus ejus Pulvis. &c. Tereb. cypr. ad duritiem coct. & pulveris. ʒvj. pulv. rad. ireos. simpb. mastich. elect. à ʒj. sarcocoll. terr. sigill. succin. alb. p. p. corall. rub. p. p. an. ʒj. pulv. sabv. min. equiseri fl. ros. rub. à ʒj. op. torrefacta. ʒj. sacchar. rosas. sabul. ʒj. M. f. Pulv. dosis ʒj. manè; ista sunt experta. Vel sequens Emulsio est expertissima Imperatoris Maximilianæ, quæ 2000. florenor. constitit. &c. Semin. Hyper. Volar. an. ʒi. M. concus. & cum aq. veron. ros. & plantag. an. ʒʒ. extrahe Emulsionem, detur omni manè. Vel &c. Conser. ros. rub. vet. ʒj. pulv. sem. hyperic. ʒy. M. detur vesperi per plures dies. Vel detur Posus Caffæ. Theæ. Veronic. vel ol. amygd. cum ocul. canc. & sperm. cet. &c. vel trochisc. gordoni vel spec. diaplantag. Balsam. de Capav. Opopalsam. ol. cera. ol. ovor. vel antimon. diaphor. antisect. Poter. vel lac vaccn. rec. multum ad ʒiv. vel v. cum boli arm. ʒʒ. manè, per plures dies est expert. Harimann. commendat mercur. d. plures etiam commendant Vomitu, præsertim in his, qui faciliè vomunt.

II.

Utendo detergentibus, inter quæ excellunt hydromel copiosè haustum manè, vel serum lactis, aut etiam lac asinum, si febris absit; item decoctum bords cum glycb. & sacch. Tereb. si quoque optima, præsertim in ulcere ex abcessu, exhibitâ bis in die magnitud. nec. avell. vel seq. Electuar. &c. Tereb. Venet. crud. unc. i. cassia rec. extr. unc. ʒ. pu. v. liq. dr. iij. ocul. canc. crud. ʒij. sal. prunel. ʒj. zure. d. ʒʒ. balsam. sulph. guss. xxxvj. syrup. de alib. Fern. q. s. detur

tur 4. de die magnit. nuc. mosch. superbibendo largiorem haust. feq. Decoēt. ꝛ. Rad. alsk. consol. maj. lū. alb. ā. unc. i. glych. ras. unc. i. herb. bugul. rec. m. iij. agrim. veron. sanic. m. j. capit. papav. cum sem. unc. β. coq. in f. q. aq. ad lib. jv. Prodest etiam quotid. ad gutt. vj. vel vij. fumprus bals. sulph. tereb. vel succin. vel bals. copariva. Alii laudant sequens Decoēt. ꝛ. Rad. sarsapar. unc. iij. ras. lign. lentisc. unc. j. saspabr. unc. i. ras. ebor. C. C. ā. dr. vj. jubub. sebest. an. unc. β. lign. nephris. unc. iv. bord. mund. unc. ij. infund. per hor. 12. in aq. font. lib. v. coq. ad lib. iij. pro 6. doibus, bis die sumendis, vel decoēt. lignor. cum agrim. hyper. charesol. &c.

III.

Deveniendi ad Consolidantia: ex quibus laudantur troch. Gordon. ad dr. ij. cum decoēt. bord. si detergendum, cum lact. ovill. vel caprim. si consolidandum, test. Forest. optimum est, lac vaccin. rec. mult. ad cyath. cum dr. β. bol. armen. ver. omni manē exhibitum. Efficacissimum sunt remedium trochisc. de alkek. cum tereb. in pilul. redact. vel sequentes: ꝛ. Tereb. aq. plantag. lot. dr. i. succ. liq. gumm. iragac. ā. scr. j. bol. armen. troch. de alkek. an. scr. β. cum succ. equis. f. q. M. f. Pilul. Guilielm. Fabric. ab Aquapendente seq. usus ꝛ. Tereb. decoēt. traumat. lot. & coēt. dr. vj. pulv. liq. dr. ij. spirit. tereb. scr. iij. M. f. Mass. Pil. dos. scr. ij. Laudatur etiam aq. contra gonorrh. Quercet. cochleatim assumpta, essent. traumat. decoēt. Quercet. ad ulcus vesicæ vel ꝛ. Herb. agrim. fl. hyper. ā. m. i. rad. symph. unc. β. lign. leutisc. unc. i. jβ. sem. hyper. dr. iij. incif. & contul. coq. in f. q. aq. in col. lib. β. dissolv. syr. de symph. Fernel. unc. i. β. In ulceribus inveteratis multum confert, decoēt. aristol. rot. ex vin. cum sacch. alb. Hartmann. mercur. dulc. ad gr. iij. ex aq. plantag. quotid. exhibet.

IV.

In Ulcere Vesicæ peculiariter conveniunt injectiones, bis in die per siphonem catheteri applicatim instituendæ; ut detergentes: ex hydromel. vel ser. lact. aut decoēt. bord. cum mell. rosat. hinc consolidantes: ex aq. ferrat. cum incōctis rad. symph. myrrh. alum. sarcocoll. irag. & maximè trochis. Gordon. &c. Eildan. insigne ulcus vesicæ curavit seq. Injectione. ꝛ. Rad. consolid. m. unc. i. bord. integr. m. i. fol. agrim. veron. scord. alchimill. sanic. ā. m. β. coq. ad lib. i. in col. dissolv. mell. ros. dr. ij. Thoner. quasi miraculosè exulcerationem cum urina cruenta sustulit Injeēt. seq. ꝛ. Herb. agrim. plantag.

plantag. equiset. an. m. β. liquor. mund. zij. coq. in aq. plant. & beton. an. f. q. ad consumpt. 3. p. in col. lib. β. dissolv. mell. ros. unc. i. β. M. Alii sequens injiciunt. ꝛ. Aq. cal. viv. non adco. acrem ad unc. iij. plantag. unc. ij. sicf. alb. dr. i. M.

V.

Pro Doloribus leniendis in usu esse possunt syr. de papav. laud. op. troch. de alkek. laud. urin. Michaël. pubo. meus anodyn. Emulf. sem. 4. frig. m. papav. alb. porcul. v. g. ꝛ. Laud. op. gr. i. troch. de alkek. dr. β. ocul. canc. p. p. C. C. phil. ā. gr. xv. syr. de alsk. Fernel. unc. i. aq. sanic. petrosel. ā. unc. jβ. ol. amygd. unc. β. M. detur cochleatim. item Injections ex lact. tepid. decoēt. bord. cum mucilag. sem. Cjaon. senugr. ol. amygd. d. & mell. ros. &c.

VI.

In ulcere meatūs urinarij iidem sic proceditur, & pramissis præmittendis intus per os pro deterfione dari potest decoēt. cic. rub. ad lib. j. mell. ros. col. unc. ij. syr. de alsk. Fernel. unc. i. M. pro 6. doibus m. & v. fumendis. Pro injectione per siphonem decoēt. bord. iost. cum plantag. & liquorit. addito mell. ros. col. vel ꝛ. Lact. dulc. in quo silic. ignit. extinet. lib. i. dissolv. mell. ros. unc. jβ. mucil. gumm. irag. rad. consolid. m. ā. unc. β. tereb. vitell. ovi. solut. dr. i. ceruss. dr. β. pomphol. dr. i. M. vel ꝛ. Lyrharg. ceruss. sus. p. p. ā. dr. i. sacch. cand. unc. β. camph. scr. β. aq. ros. plantag. an. unc. iv. M. potest etiam addi dr. i. alum. Pro consolid. per os detur lac caprimum cum bol. armen. & mastich. Pro injectione ꝛ. Aq. ros. plantag. equiset. ā. unc. iij. troch. de alkek. alb. rhas. ā. dr. ij. bol. arm. dr. i. M. efficax quoque est candel. cer. bals. peruv. tenuiter illit. Petrus de Marchettis ulcera hæc curat candelis tenuibus compositis ex pulv. plumb. ust. ceruss. sus. p. p. mixt. cum cer. in urethram immisiss, & continuo ibidem gestatis, nisi tempore mictionis, verum hæc non conveniunt fluenti gonorrhæa, nè supprimatur. Si malignitatis suspicio, convenit ung. alb. camph. cum præcipit. rub. pro doloribus leniendis juscul. decoēt. rad. alsk. cum vitell. ov. & butyr. item pilul. de tereb. cum succ. liq. & troch. de alkek. & emulf. sem. mel. papav. alb. &c. Extra applicetur Emplastr. meum ad Renes, vel Emplast. de sperm. Ranar. cum sacchar. satur. factum. Pro injectione plurimum etiam valet, lac tepens rec. multum, & frequenter injectum, in quo trochisc. gordonij solvantur, & erit præstans anodyni. & curativum. Nota: nè confundatur exulceratio vesicæ,

fica, cum meatûs urinarii exulceratione; si pus præcedat urinam, aut sine urina effluat, est vitium in pene seu meatu urinario, si verò exeat cum urina, in vesica malum est.

VII.

Dietâ: aër inclinet ad siccum, victus sit ex *crem. bord. aven. brod. gallin. ovo sorbil. avic. mont. carnib. junior animal. &c.* Vitentur oleosa, acida, amara, acria, cruda, inflativa, diuretica; vitetur omnis repletio, Venus, vectio in curru, vel equitatio. Potus sit *decoct. bord. & liq. vel decoct. matv. cum syr. viol. vel decoct. matv. sem. 4. f. m. ser. lact. &c.*



CAPUT V.

Mictus Sanguineus.

I.

Nomen: Mictus Sanguineus, Mictio cruenta, Germanicè, blutiget Harn.

II.

Definitio: Est excretio sanguinis cum urina, eam absque splendore, pro copiosiore vel parciore ejus admixtione, nunc loturâ carniûm similem, nunc intensius rubentem, vel potius ex opaco nigrescentem reddens, subsidente; si aliquamdiu steterit, uno alterove die, crassamento ex intense rubro quasi nigrescente, & sanguinem grumosum exactè referente.

III.

Genus: Est symptoma in excretis.

IV.

Subiectum: ut plurimum Renes, subinde etiam Ureteres, vel Vesica aut Meatus urinarius.

V.

Differentia: in definitione sunt allata, præterea alius est à *renibus*, alius ab *urteribus*, alius à *Vesica*, alius à *pene*, alius à *cantharidibus*.

VI.

Causa interna: est solutio continui, seu sanguinis copia, vel sanguinis copia ex suppressis evacuationibus, vel truncatis membris &c. vel ejus

ejus acrimonia, ut in scorbuticis, catarrhosis, & sero acido salstori plus minus corrosivo præditis, vel imbecillitas Renum, portulis eorum nimis apertis, ac tubulis laxatis, in quo casu hujusmodi mictus ferè indolens, urinaque minus intensè tincta & crassa, vel frequentius vasculorum in locis urinariis laceratio, erosio, seu attritio, à Calculo asperiore Renibus impacto & commoto.

VII.

Causæ externæ: Pharmaca violentè diuretica vel acria, ut cantharid, potulenta fortia, usus aromatum, suppressio mens. hæmorrhoid. lapsus vel plaga, ictus, vulnus, ulcus &c. adversus Renes, succussatio ab equitatu, rerum gravium elevatio, ira, abusus Veneris, urinam quoque cruentam inferens. Qui à copia sanguinis inducitur fluxus sanguinis per urinam, non semper morbosus est, sed interdum salutaris, naturâ superfluum deponente, ut testatur experientia. Sic etiam Pleuritides solutæ observatæ sunt, per sanguinis mictum.

VIII.

Signa Diagnostica: Per se clara: differt ab urina rubra reddita, per contenta salina copiosiora, quòd hæc rubedo ex salibus perspicua & clara sit, vel præcipitata sedimentum suggerat, vel intensè croceum, vel instar cinnabaris, vel incarnatam nonnihil coloris; partem affectam ostendet situs doloris, sanguis è renibus profluens urina exquisitè permiscetur. Ex vesica, purus, frequenter & impermixtus effunditur. *Hipp. aph. 78.* ait: *quicumque inopinanter sanguinem mejuat, bis in Renibus venula ruptionem significat, item 4. aph. 80.* si quis sanguinem, aut grumos mejat, aut urinam gustatim emittat, dolore ad hypogastrium pestilentem & perineum vergente, ad vesicam loca laborant. Si à calculo, præcesserint dolores nephritici, aut lapillarum excretio.

IX.

Prognostica: Mictus cruentus, interdum sæpe in annos trahatur, tandem tamen est fatalis, in Tabem vel Hydropem ægrum deducere valens. diuturnum ulcus quoque causare potest. E vesica promanans, periculosior est, cum in eadem subsistens, periculosam urinæ suppressionem, aut sui corruptelâ varia inducat symptomata.

X.

Indicationes: pro varietate causarum variant, & sunt eadem, quas supra de Hæmorrhagia Hæmoptysi, vel Vomitu sanguinis diximus, habita tamen partis affectæ ratione.

I.

Curatio : Si oriatur à copia sanguinis, vel vas aliquod amplum ruptum vel erosum fuerit, administranda *V. S. ex brachio*: hinc ex *pede*; apertio *hemorrhoid.*, utilis, præsertim in consueta suppressa evacuatione, profunt & *cucurbitæ* hypochondr. applicatæ, *ligatura* partium externarum. In causa ferositatum abundantium, *fonticulus* in brachio multum professe potest.

II.

Purgantia propriè dicta hic non conveniunt, utpotè acrimoniâ suâ malum facile exasperantia; bene tamen *pilule* ex *tereb.* cum *rhab.* v. g. *Terreb. coct. unc. B. rhab. el. dr. iij. spirit. tereb. ℥j. M. f. Pilul.* ex ser. iv. N. xxx. pro una dosi. Vel *cast. rec. extr.* cum *pulp. ramarind.* & *rhab. ros.* *Thomas Sydenham Anglus*, in Mictu Sanguinis à Calculo Remibus impacto, salutarem expertus est usum *manis. el.* ad *unc. ij.* cum *lib. ij. ser. lact.* cum fraxinus sit herba lithonriptica, & *manna* nihil aliud, quàm liquor exsudans ex *fraxino*, in Calabria.

III.

Veniendo ad *sistemia*, & acrimoniam seri urinarii temperantia, ex quibus excellunt *succus portul. plantag. ad unc. ij. iij. succ. equiset.* & ejus *decoct.* *Agrimonia* etiam maxime prodest, præsertim si malum oriatur ex erosione. *Livian.* laudat *agrimon. potentill. & quinquifolium*; hinc seq. laudantur species. *Herb. agrim. millefol. summit. hyper. musci, prun. sylv. an. m. i. rad. symph. m. unc. ij. sem. hyper. unc. B. incisi. & contusi. coq. vel in vin. vel ser. lact.* usulo tempore add. aliquid de *ocul. canc. preparatis*. Quàm maxime valet, & instat omnium est *decoct. contra mict. cruent. Mynsichti*, vel ad *hemoptys. Timæi ad unc. iv. v.* bis in die sumpt. In specie etiam *lac. ovill. ad unc. iv.* cum *dr. i. bol. armen. p. p.* omni manè datum, est experimenti sæpitis probat, à *Foresto, Timæus* seq. modo præscribit. *℞. Lact. ovill. rec. mult. lib. B. mell. ros. puriss. dr. ij.* bull. leniter add. *bol. armen. ser. i. M.* idem laudat *troch. de carab.* cum *bol. armen.* vel *ocul. canc.* & paucò *sacch. satur.* Laudatur & *lap. hematit. terr. sigill.* cum copioso *lacte* item *tinct. corall.* & si ab erosione, essent, *agrim. millefol. hyper. traumat.* cum *lact. caprill.* Ex compositis in usu esse possunt, *Mixtur. Sylv. Forest.* vid. *Hæmoptys.* & *Vomit. sang. Pulveres* v. g. seq. *Horstii ℞. Rad. liq. ras. dr. ij. gland. dr. i. B. sem. 4. frig. m. a. dr. i. portul. lact. a. ser. ij. B. ros.*

ros. rub. m. i. succin. alb. p. p. dr. B. C. C. ust. p. p. ser. i. sacch. candid. unc. B. M. f. Pulv. dos. dr. i. cum ag. matv. in qua *sem. cydon. infus.* Vel *℞. Corall. rub. p. p. bol. arm. p. p. sem. plantag. cort. myrab. cur. an. dr. i. M. f. Pulv. Dos. dr. i. Electuar. ℞. Conf. ros. symph. an. unc. ij. terr. sigill. bol. arm. sang. drac. corall. rub. lap. hemat. trochis. de carab. a. dr. i. hypocist. gran. kerm. sem. plantag. a. ser. i. cum syr. de ros. sic. f. q. M. f. Elect.* Laudatur etiam *Electuar. Helidæi*, vid. descript. tit. de *Hæmoptysi*. Ab *Holler.* instat omnium *faudantur trochis. Gordon.* In usu etiam multo sunt *Emulli. v. gr. B. Sem. melon. excort. unc. B. amygd. d. excort. unc. B. sem. papav. alb. dr. iij. ag. equiset. unc. i. B. borag. Plantag. ros. an. unc. i. M. f. Emuls. add. C. C. ust. p. p. dr. i. corall. rub. p. p. marg. p. p. an. ser. B. spir. ros. rub. id. a. ser. i. B. rotul. man. christ. vel sul. ros. dr. ij. M. si à Calculo & Arenulis oriatur. *Ræverius* alternis diebus manè exhibet *pil. de tereb.* cum *rhab.* diebus autem ab usu pil. vacuis, alternatim nunc pulv. nunc morfell. exhibet ibidem videndos. *Acidule* etiam in hoc casu ad sanguinem cohibendum, renes refrigerandos, & calculos expellendos efficacissima sunt. Plura vid. tit. de *Hæmorrhag. Hæmoptysi* & *Vomit. sanguinis*. Nota: *Decoct. mcam* expertum in *mictu sang.* *℞. Herb. agrim. bellid. m. millefol. alchymil. sanguisorb. portulac. an. M. i. flor. hyperic. ros. rubr. pap. rhaad. an. m. B. Musci prunor. sylv. M. i. rad. symph. ʒjʒ. sem. hyper. plantag. a. ʒij. M. incisi. & contusi. ℞. Har. specier. M. v. coq. in f. q. ag. font. ad lib. iij. Dos. manè & vesperti ʒiv. cum syrup. de symph. vel syr. corall. vel Tinct. corall. vel Tinct. terr. catech. vel ocul. canc. vel. lapid. hematite, bolo armen. munita, croco mart. adstr. spec. diaplantag. Mynsicht. vel decoct. contra miction. sanguinis Mynsicht.**

IV.

Si mictus cruentus in affecta vesica oriatur, præter hæcenus dicta similes quoque conveniunt *injectiones*, quales præpositæ in ulcere Vesicæ, in specie *ag. plantag. unc. ij.* cum *trochis. de carab. dr. i.* Optime huc faciunt omnia *fucinaria. liq. C. C. succin. sal. vol. succin. tinct. succin. Esc. vel emuls. papav. alb. cum lap. hemat. p. p. vel succ. plantag.* cum *lap. hemat.* Si grumus sanguinis in eadem hæreat, dissolvatur *her. rec. in oxycerat.* dissolv. vel *ag. matv.* cum paucò *acet.* idem præstant *troch. de carab. ocul. canc. Esc.*

V.

Extrinfecus ad lumbos applicari potest *empl. de bol. cum ol. ros. malax. ung. Comitiff. refrig. Gal. cum croc. mart. adstr. & ol. myrt. f.* Fotus ex *rad. bistorr. torment. fol. querc. &c.* in *aq. ferrar. coct.* item *meum Empl. ad renes*, vel *lamina plumbea* ad renes applicata; vel injiciatur in vesicam *lac chalyb. cum bol. armen.* vel *bufa exsiccat.* involutus, humero dextro appensus, est expertus. Nota: adstringentia non nimis citò esse adhibenda in Mictu cruento, nè sanguis retentus grumescat; neque diuretica locum habent, nè sanguinis fluxum augeant. Profunt tamen *acidule ustriolae.*

VI.

Dieta: ut in aliis Hæmorrhag. ventitur acida, frigida, flatulenta, motus nimius, præsertim equo vel curru succussorio factus. Potus sit *emul. amygd.* vel *insus. lentis* solum vel *vinò* mixtum. Alvus sit lubrica, sed cavendo ab aloëticis.



CAPUT VI.

Diabetes.

I.

Nomen: Diabetes dicitur à permeando & transeundo, ob celerem urinæ transitum, sicut per syphonem, qui græcè diabitis audit. Dicitur etiam Hydrops ad matulam, propter urinæ copiam, quæ assidue profunditur. Vocatur insuper Sypho, quod quasi per syphonem citò aqua transeat. Item Urinæ profluvium, Diarrhæa s. Lienteria Nephritica, Germanicè, *Harn-Ruhr.* Dicitur autem Lienteria nephritica, quia sicut fe habet Diabetes ad renes, ita Lienteria se habet ad ventriculum; & sicut in Lienteria cibi nullò modò immutati per alvum excernuntur: sic æquè potulenta per Renes & vesicam immutata exeunt. Est affectus rarus, à *Galeno 6. de loc. affect. cap. 3.* bis tantum visus; hodie verò helluones & potiores sæpius eundem experiuntur.

III.

Definitio: est copiosissimum Urinæ crudæ, seu potus non transmutati profluvium, cum siti intensissima, virum debilitate, & totius contabescencia affligens.

III. *Genus:*

III.

Genus: est symptoma mictionis auctæ & depravata.

IV.

Subjectum: Varium pro varia ejus differentia, v. g. vel ventriculus suum officium non debet præstans, vel tota massa sanguinea acris vel irritativa, præcipue autem Renes.

V.

Differentia: Alia est *vera*, quæ nimis cita potulentorum aut plane non, aut parum immutatorum per vias urinarias excretio, ut non rarè color, odor & sapor assumptorum liquidorum, in excretis per urinam adhuc sint sensiles. Alia *notha* seu spuria, seu colliquativa, quæ est copiosissima & colliquativa urinæ crudæ excretio, seu in qua plus excernitur urinæ seu liquidi, quam aut assumpta potulenta, aut serum in M. S. proportionaliter fundere possunt; affligens cum siti intensissima, debilitate virum, macie totius, ardore lumborum, & febre lenta continua.

VI.

Causa Diabetes vere: censetur esse nimia laxitas, & apertura viarum certarum, ex primis viis ad renes vel loca urinaria tendentium, concurrentem simul pylori laxitate, fluidiora plus citò elabi sinente. Dari enim subinde ejusmodi vias adhuc incognitas, præsumitur tum ex eo, quòd per urinam excreta fuisse visa sint, *sem. coriandari.* & *anisi*, quæ haud dubiè per vasa capillaria non fuerunt circulata; tum ex eo, quòd *Hæstern.* & *Horsius vin. rub.* & *emul. amygd. d.* immutata per urinam excreta observarint, cum utique à commixtione sanguinis alterari debuissent; tum ex *therm.* & *acidul.* vix haustis, ac illic elatis, & limpidis per urinam transeuntibus, tum ex potu largioris *vini* vel diureticorum.

VII.

Causa Diabitis nothæ: Juxta V. V. est intensa Renum attractrix, causata per affluxum humorum acrium, accedente vasorum urinariorum laxitate, viscerum fervore, ac retentis ventriculi infirmitate, Juxta R. R. probabilius oritur à sale quodam acido, sanguinem in serum præcipitante, vel à fermento acri volatili, falso, vitio primæ digesti genito, sanguinem & præcipue etiam nutrimentum corporis roridum ac chylosum, atque ex hoc productam pinguedinem attenuante, resolvente, in serosum laticem colliquante, & cantharidum

instar, renes ad continuam excretionem stimulante. Huc etiam facit mala consuetudo, cum homines sæpius mingunt quam necesse sit, vel contra sæpius ultra naturæ conatum urinam detinent. Item Renum caliditas, vel earundem debilitas, vel amplitudo seu laxitas.

VIII.

Signa diagnostica: in desin. & different. posita, in notha plus mingunt, quam bibunt ægri, sitim habent continuam, febrem lentam hecticam, urinâ colore crudâ, aquosâ & sapore dulcis, ob colliquationem partium.

IX.

Prognostica: Diabetes vera parùm habet periculi, notha periculosa sæpiusque lethalis, deducens ad Tabem, præsertim si in principio non cognoscatur; incipiens enim hic morbus sæpe ac facile curatur, rarò vero ac difficillimè confirmatus. *Aretæus* dicit: diuturna est huius morbi creatio, brevis autem hominis vita, velox namque colliquatio & festina mors advenit, unde nisi in principio cavetur, confirmatum malum incurabile est. Idem dicendum in senibus, & si febres chronicas sequatur.

X.

Indicationes: sunt fermentum acre alterare, temperare, renum irritationem sistere, colliquationem impedire, adstringere, roborare.

I.

Curatio: fit Administrando *V. S. revulsoriam* & refrigeratoriam in principio, non autem viribus jam debilitatis, vel alio morbo præcedente.

II.

Blandam instituendo *purgat. ex medull. cassi. & pulp. tamarind. vel decoct. tamar. myrob. plantag. portul. lact. &c.* Vel *℞. Pulv. rhab. Di. cinam. gr. v. M.* sumendo per octo dies. *Clysteres* frequenter repetendo *ex decoct. lact. portul. plantag. malv. bord. mund. ros. rub. cum diaprun. f. mell. ros. ol. omphac. &c.* à pluribus quoque in principio curationis laudatur vomitus, præsertim quando salinosa aut viscida materia in ventriculo abundat.

III.

Veniendo ad *alterantia, roborantia & adstringentia*, quæ tamen cautè adhibenda, neque cum iisdem properandam, nè humiditates colliquationem suâ retentione causent; præterea adstringentia neque

neque in sanguinem operantur, neque ad renes & vesicam pertingunt, ut *unct. corall. smaragd. ess. mart. astr. tinct. terr. corech. spec. diaplant. Myrs. lap. hemat. saccin. troch. de carab. de terr. sigill. C. C. ust. croc. mart. astr. pulv. ex antibeet. Pot. ebor. f. ign. croc. mart. cum gran. r. laud. op. &c.* Ex compositis vel *Julep. v. gr. ℞. plantag. ros. an. lib. ℞. syr. de portul. agrest. corall. an. unc. ℞. vin. gran. cydon. an. unc. i. M. pro Julep. vel Mixt. Syll. experta. vel alia Mixt. ℞. Ag. plantag. unc. ij. acet. destill. dr. vj. corall. rub. p. p. dr. i. laud. op. gr. ij. syr. de portul. unc. i. M. cap. cochleat. His jungatur lapis hemat. troch. de carab. C. C. ust. croc. mart. vel Elect. ℞. Conf. ros. vet. unc. vj. pulv. vesic. v. v. ulm. exsiccat. unc. ℞. pulv. sanguinar. dr. ij. croc. mart. astr. dr. i. succ. cydon. q. s. M. f. Elect. bibendò desuper aq. destill. sol. querc. vel Pulveres ℞. Gum. arab. trag. an. dr. vj. sacch. penid. unc. i. M. f. pulv. Dos. dr. i. bis in die vel ℞. Sem. portul. plantag. coriandr. p. p. ros. rub. an. dr. i. corall. rub. p. p. bol. armen. marg. p. p. rad. sarm. a. syr. r. nuc. mosch. dr. ℞. M. f. Pulv. Multùm quoque profunt narcotica cautè adhibita, v. g. *theriaca rec. laud. opiat. laud. cydon. tinct. anodyn. &c.* Plurimùm etiam laudatur *lac*, ita ut nihil sumant nisi *lac*, vel *lac chalybeat*, additò modicò aliquò narcoticò. Conveniunt omnia *chalybeata, crocus mart. astr. Pulv. cancror. combust.* est specificus, ita & *pulvis combusti erinacci.**

IV.

Extrinsicè convenit *ung. Comitiss. cum croc. mart. astr. & ol. Mastich. f. q. item ungu. ros. sansal. succ. canc. siuv. &c. v. g. ℞. Ung. ros. Mes. infrigid. Galen. sans. popul. an. unc. i. ol. papav. unc. ℞. M. vel ℞. Ung. ros. popul. an. dr. vj. campb. dr. i. ol. ros. cydon. an. dr. vj. cer. & acet. parum. M. Empl. de bol. Saccul. & Fomenta ex plantag. sol. querc. &c. in aq. chalyb. coct. Balnea ex aq. serariorum vel ℞. Ung. Comitiss. ʒj. croc. mart. astr. ʒij. ol. mastich. parum M. applicetur ad lumbos.*

V.

Dietæ: Conveniunt cibi cum lacte cocti, ut *oryz. milium*, imò ipsum *lac chalybeat*, quò *Zacut.* Diabetem desperatam curavit, *lac* igitur modò crudum, modò aq. destill. vel *bord.* dilutum modò coct. cum *pan. alb.* in die sumendum. item *gelatin. extremis. animal. pulvic. ex. amygd. &c.* Potus non sit copiosus, ex *decoct. C. C. ust. bord. prun. sylv. cors. querc. &c.* vel aq. ferrat. cum *syrup. acidis adstring.*

aastring., vel *emuls. amygd. sem. 4. frig. d. m. pap. xv. alb. Cro. decoct. C. C. usq.* & *hord.* si Vinum concedendum sit, illud *rubrum subadstringens* ac *chaalyb.* vel *aurant.* dilut. vel *lentys.* & *sandal. rub.* medicat. Quies & somnus maximè utilis; vitetur decubitus supinus, & motus corporis. Plura vid. cap. sequenti.

CAPUT VII.

Incontinentia Urinæ.

I.

Nomen: Incontinentia Urinæ seu Mictio involuntaria, Germanicè, *Unbehäligkeit des Harns*, wann einer sein Wasser nicht halten kan.

II.

Definitio: est involuntarium urinæ sine acrimoniæ & doloris sensu profluvium, ex deficiente constrictione musculi sphincteris vesicæ oriundum.

III.

Genus: Symptoma retentricis Vesicæ, plus minus abolitæ.

IV.

Subiectum: Vesica urinaria, præcipuè quodam ejus fibras & musculum sphincterem; sphincter enim vesicæ fibris suis circularibus, investiendo collum vesicæ, hoc fortiter adstringit, & arctè claudit, ita ut præter ejus apertionem nihil possit effluere, subitò autem, dum ejus vis adstrictoria, in fibrarum legitimo tono residens, tollitur, eò ipsò etiam Urinæ Incontinentia adest, & sic sphincter, vel symptomaticè afficitur, idque vel à debilitate tonus corporis, vel caloris nativi extinctione, ut in mortis proximis, vel à Paralyfi totiùs, vel medii seu dimidi corporis: vel à vicinatis consensu, uti in gravidis, vel à Calculo vel ulcere vesicæ, vel Paralyfi. Idiopathicè autem afficitur, v.g. per vulnera sphincteris, uti in lithotomia, vel à casu ab alto, vel à luxatione Vertebrarum.

V.

Differentie: Alia est, quæ tam vigilantibus, quàm dormientibus accidit: alia, quæ dormientibus tantùm: concurrente simul cum causa principali aliqua consuetudine & negligentia; alia propriè sic dicta, de qua

de qua in definit. alia, in qua urina fatis diu contineri nequit, ut in Calculo vesicæ; angustia ejusdem, tussi vehementi, mole uteri in gravidis, &c.

VI.

Causa immediata: Mictionis involuntariæ, est deficiens constructio Musculi sphincteris, vel fibris ejus relaxatis, ex defectu radiosi influxus spirituum animalium, in Paralyfi, Casu ab alto, in regione lumborum aut ossis sacri, luxatione vertebrarum, mora in aq. frigida, ægris summè debilitatis, ex defectu spirituum, ut in morbis acutis, apoplecticis, &c. vel iisdem laceratis ex lithotomia, aut inertia vel imperitia obstetricum, in partu difficili; vel ex vesica compressa, seu ex tumore supra eam posito, vel in gravidis, ex nimia fœtus magnitudine, vel à musculorum abdominis convulsione,

VII.

Signa Diagnostica: in defin. dicta, & ipsi ægri manifestant, narrant illi subterceant, stragula tamen & vestimenta loquuntur.

VIII.

Prognostica: Urinæ incontinentia ex vitio paralytico, in specie vitio cerebri, aut spinalis medullæ exorta, affectus est difficillimè curabilis, in Senibus etiam ut plurimum immedicabile, omnibus que exofus; ob continuam conspurcationem fœdumque odorem. In Pueris subinde ætatis beneficio curatur, observante *Timæo*, post 25. annum si non cessat, periculum est, nè sit malum immedicabile. In febre acuta, excretio urinæ involuntaria admodum periculosa, delirii, aut summæ imbecillitatis comes; Levior autem est in dormientibus, quàm vigilantibus.

IX.

Indicationes: sunt causam Sphincterem lædentem tollere, ac nervinis, adstringentibus & specificis retentricem firmare.

I.

Curatio: fit omiſſa V. S. nisi adsit magna plethorà, in juvene & robusto instituendo debitam *purgationem*, ex *rhab. agar. sol. semm. myrob. extr. coch. turb. &c.* ac in adultis quoque, *decoctum sudoriferum*.

II.

Veniendo ad specifica interna, ex quibus excellent: *pulv. Au gust. pro lectimino pulv. Foel. ʒ. Calaminth. myrrh. castor. an. dr. iij. gland. dr. v. M. f. Pulv.* subtiliff. Doſ. dr. i. Pulv. Montagnan.

℞. *Tunic. int. stom. gallin. pulv. unc. β. herb. agrim. unc. i. erinac. ystor. dr. vj. M. f. Pulvis.* Dos dr. i, ex vin. rub. laudatur *maftix pulverif. ad dr. i.* ex haustu *vin. vel gumm. Arab. item ibus offa dactyl. avellan. aff. pulv. cort. ov. pulv. capul. gland. caftor. &c. ex aq. vel vin. chalyb.* Conducit quoque *Claretum Foresti. v. Cyper. el. ser. ij. gr. myrt. fumach. balauft. nuc. cupress. cort. gran. an. fr. β. Xyloaloes. calam. arom. an. fr. ij. coq. in vin. rub. lib. ij. & aq. aquifet. unc. ij.* ad remanent. *lib. i. β. exifting. chalybs ignit. ter vel quater,* hinc col. & aromatiz cum *dr. ij. cinam. el. spec. arom. rof. diarrh. Abb. an. fr. i. f. Claret.* add. *sacch. q. f. ad graf. fap.* Item inter specifica ab omnibus commendatur *guttur gallin. toft. & int. ex vin. item ciner. er nac. combust. interior. tunic. ventric. gall.* Specialiter quoque laudatur *medull. saxor. item vesica capon. in clib. exsicce. & pulv. vulv. stoll. p. p. vel ciner. ejus aut cineres muris toft. Hartmann.* laudat *pisce in ventre luci repertum,* & in cliban. exsiccatum. Pulv. pro lectimino expertus *℞. Pulv. stomachi gallin. mastichis, galanga, an. ℥j. agrimon. ocul. canc. alchymill. an. ℥ij. capular. gland. ℥ij. nucis myrsitic. ℥j. Erinacci* cum toto combusto *sacch. alb. an. ℥j. M. f. Pulv.* Dos ℥j. in vehiculo diu continuando. Nullum certius est remedium in hoc morbo, quam *puendum suillum* vel coctum, ut dixi, vel assatum & datum. *Fumus tabaci* etiam multum praestat. Si his remediis non cessat malum, *vascula ex laminis,* vulgo ad verintem *Blech* conficienda, & appendenda, ut penis intrusus, urinam continuò in illa emittat.

III.

Extrinsicis conveniunt *baln. & soment ex absinth. ment. salv. origan. calam. fl. rof. balauft. nuc. cupress. gall. cort. gran. rad. torment. calam. arom. acor. cyp. &c. ex aq. ferrar. cocta Therma* inprimis utiles sunt in malo contumaciori. Inunctio quoque fieri potest ex *ol. absinth. ment. nardin. caftor. &c. & baf. peruv. empl. oxycroc.* vertebis lumbor. applicatum. Laudatur à *Timae & Joële,* teste *Henric. ab Heer & Boyle pulv. bufon. vir.* in olla nova *ust. collo* in sacco appensus, qui singulare experimentum est, adversus quamcumque urinæ incontinentiam, nisi fuerit ex læsione à partu. Omnibus irritis, Vascula arte applicanda, quibus continuò depluens urina colligenda. vid. *Hulaan.* Valet etiam *fimentum ex fymphyto* (hoc enim, Nota bene: Mulieres redduntur Virgines) vel fiat *balneum ex aq. ferrarior.* Vel ung. *Timae* expertissimum. *℞. Lapid. calamin. in aceto destill. & aq. rosar. ter Ion & pulverisati ℥iv.*

libar-

libargraj argent ℥ij. ceruss. p. p. ℥j. ol. rof. chamomill. an. ℥v. agita simul per 2. horas, & cum *axungia hirci ℥ij.* fiat Ung. bene agitando, illiniatur illo pars affecta, & calidè linteò muniatur; est expertum,

IV.

Dietæ: Siccans sit & adstringens; pro potu utatur æger *vin. rub. austero meraciori,* vel paucà *aq. ferrar. diluto,* vel in *aq. sem. coriand.* Vel tantillum *maftich. bullierit,* vel *tegul. ignis. exstinct.* In cæna præsertim parcè bibendum. Media nocte, & manè, æger excitandus ad mingendum. Plura vid. tit. de Diabete.

CAPUT VIII.

Ischuria.

I.

Nomen: Ischuria, Retentio Urinæ. Germanicè, *Verhaltung des Harns.*

II.

Definitio: Est Urinæ, vitio vel Renum vel ipsius Vesicæ, retentio & suppressio omnimoda.

III.

Genus: Symptoma mictionis plus minus abolitæ.

IV.

Subjectum: Renes & Vesica, cum vasis reliquis urinaris.

V.

Differentia: Alia est *vera & legitima,* vesicalis dicta, quæ fit vitio vesicæ, cum ejusdem tumore, tensione, dolore molestissimo, & insigni urinam emittendi enixu, frustranco licet. Alia *notba* seu spuria, renalis dicta, quæ fit vitio renum, nullis urinæ in vesica vesligiis apparentibus, aded ut nec etiam immisso cathetere aliquid excernatur.

VI.

Causa Ischuria Renalis: Est vitium vel renum non fecerantium, vel ipsius sanguinis. Vitio Renum oritur, dum vel meatus renales obstruuntur, seu à sanguine congrumato, seu à pure ex ulcere renum, vel ex aliis partibus ad renes derivato, seu ab humoribus crassis &

viscidis,

vifcidis, feu frequentius à Calculo, vel dum læditur fibrarum fistularum renalium tonus, Veteribus imbecillitas Renum, ex lafa facultate retentrice, attrahitrice & alteratrice dicta, quatenus defectu imprimis spirituum influorum, non sustinentur in debita tensione, quin potius & nervi & canaliculi fibrosi flaccescant: tales sunt Ischuria, quæ morbis acutis absque dolore superveniunt, & ab *Horst.* pro signo lethali, ob extinctam facultatem habentur; item quæ contingunt ex vertebrarum luxatione, aut ictu, lapsu, vulnere &c. vel dum pori & fibræ fistulosæ spasmodicæ quasi contrahuntur, ut sæpius contingit in calculosis, dum uno Rene à Calculo irritato, ut sæpius contingit cessat agere, Vel tandem ex defectu aut inertia fermenti renalis, transcolationem urinæ non bene promoventis, ut in affectibus ad Hydroperem inclinantibus. Sanguinis vitio accidit Ischuria, dum vel compages ejus nimis ferrata & crassior, ut per angustos Renum porulos legitime secerni nequeat, ut in morbis chronicis, cum scirrho viscerum conjunctis, vel dum nimia ejus copia circa emulgentes stagnat, prout observavit *Riverius*.

VII.

Causa Ischuria vesicalis: est, vel vitium vesicæ, seu ob ejus stuporem, aut paralyfin non sentientis irritationem, ut in vertebris luxatis, ictu, casu, lapsu, vulneribus spinalis medullæ circa os sacrum &c. seu ob læsam expultricem, per relaxatum tonum, ex nimia sui distensione, ob urinam diutius retentam, ubi Vesica nimium extensa, se amplius contrahere nequeat; unde meatus contrahitur & obturatur, quod studentibus, convivis & pudicis contingit, seu ob sphincterem ejus quandoque pertinaciter se stringentem, & spasmò affectum, ut in Colicis convulsivis, Nephritide, admotis vesicatoriis, ob cantharides &c. vel vitium canalís urinarii coangustati, vel ab obstructione à pituita viscida, calculo, grumo sanguinis, pure crassiori, vel à compressione, per tumorem glandularum prostatarum, per inflammationem colli vesicæ, vel ex intemperantia Venerea in Neonuptis, ubi prostata tumefacta comprimunt urethram, & urinam impediunt; vel à constipatione, per carunculum verrucæ instar, plus minus duram sequentem, exesam vel erosam aliquo loco urethram, post diuturnam Gonorrhæam Veneream & per catheteris, vel candelæ immisionem dignoscitur. Nota; utrumque Renem aut uretherem debere esse affectum, ut omnimoda urinæ suppressio contingat, alterutro enim aperto & libero existente, urina fluere potest.

VIII. Signa

VIII.

Signa Diagnostica: per se clara, ex rebus prægressis & concomitantibus, ipsique ægri sunt testes omni exceptione majores.

IX.

Prognostica: Ischuria renalis grave malum & periculosum, & quidem periculosior quam vesicalis, præsertim si sit sine dolore. Suppressio hanc urinæ varia sequuntur symptomata, pro varia feri alteratione, immutatione ac metastasi, & quidem nunc angustia, & anxietates præcordiorum, nunc affectus comatosi, ac torpor sensuum & facultatis animalis: non raro pathemata epileptica, interdum Ascites & pedum tumores œdematosi, subinde vomitus, vel sudores plus minus fatidi, ac urinosi: subinde etiam Hæmorrhagiæ narium lethales. Si denuò ægri ante 7. diem mtere incipiant, servari possunt, sin minus, ut plurimum intereunt, & si urina postea copiosa & varia denuò profluat, partim ob infectam jam M. S. partim ob vitium partibus solidis jam affricum. Si urinæ suppressioni Tenesmus vel Singultus superveniat, mortem prænuntiat, test; *Hippoc. 6. aph. 44.* Lethalis est urinæ suppressio, quæ fit à Calculis Renum majoribus, vel à resolutione Renum. Ischuria vesicalis, quæ fit ex paralyfi Vesicæ, aut nimia ejus distensione ex retenta urina, cæteris periculosior est; nam licet hæc posterior leve videatur malum, nihilominus tamen ordinariò supervenit Inflammatio & Gangræna lethalis.

X.

Indicationes: Pro varietate causarum variant, generales tamen sunt indicationes: primas vias repurgare, causas urinæ exitum impediētes remove, corrigere, dolorem mitigare, partesque affectas roborare.

I.

Curatio: ante omnia *V. S.* convenit, si oriatur à nimia copia sanguinis, vel inflammatione partium præsentis vel imminente,

II.

Urgente Cacoehymia, vel malo exorto à muco tenaci pituitoso, purgatio præmittenda, nè postmodum copiosior cruditarum ad renes fiat delatio, & quidem ex *diaphanico*, & *rhabar.* vel *sercibimib. &c.* nonnulli etiam commendant vomitum.

III.

Clysteres praesertim *tereb.* in quavis *Ischuria* utiles, v. gr. *z. Herb. malv. pariet. mercur. beton. à. m. i. fl. cham. meli. aneth. à. m. B. sem. anis. feric. carv. an. dr. y. lin. dr. iij. coq. ad consumpt. 3. p. in col. unc. x. solv. Elect. lept. dr. vj. hier. f. Gal. benedict. lax. an. dr. j. B. ol. cham. unc. j. B. amygd. dulc. unc. i. tereb. vitell. ovi. diss. unc. B. mell. anisof. dr. vj. sal. parvum M. f. Clyst. vel *R. Decoct. emoll. & carmin. unc. x. cassi. pro casti. dr. x. sacch. rub. dr. vj. tereb. vitell. ovi. solus. dr. iij. ol. scorp. lin. an. dr. vj. M. subinde acriores ex decocto colocynth. utiles.**

IV.

Si malum oriatur à pituita viscida vel Calculo in Renibus, conuenientia sequentia: v. gr. *z. Succ. express. cortic. raph. acus. succ. limon. vin. malvat. an. unc. j. sacchar. alb. unc. i. M. item rad. amorac. in vin. infus. terebinth. in vitell. ovi. sol. cum brod. vel aq. gramin. & succ. lim. v. gr. B. Tereb. cypr. cum vitell. ovi. sol. unc. B. syr. de alth. Fern. unc. ij. vin. malv. unc. vj. M. Dof. unc. j. B. vel *z. Tereb. venet. mell. an. unc. B. vitell. ovi. N. i. succ. limon. unc. i. aq. gramin. q. f. alii exhibent spir. tereb. ad ser. B. et aq. malv. vel *z. Vin. alb. unc. v. succ. limon. unc. i. spir. tereb. dr. j. M. alii exhibent, ol. dest. tereb. junip. succin. sic Thonerus Ischuriam gravissimam curavit ol. dest. succin. ad gutt. vj. cum aq. petrosel. exhib. Multis in usu est seq. Emulsio *z. Sem. viol. purpur. dr. iij. l. i. h. s. dr. i. cum f. q. aq. petros. f. Emulsio, add. test. ovor. struth. pulv. dr. i. M. Laudatur etiam succ. vel syr. pariet. cum oxymell. squill. st. cyan. & calc. tripp. in vin. coct. capita allij. concil. cum vin. vel syr. junip. assumpta; sem. corysm. acre pulv. ex vin. alb. Laudantur, & folia vitis nigrae, odorem urinae spirantia, item succ. pastinac. lutea praesertim in infantibus. Item ex salibus volat. succin. quod nobile est diureticum, spir. & sal. vol. urinae sal. armon. spir. tart. carmin. zinc. neph. ess. & spir. lumbri. vel lumbri. vino infus. & expressi pulv. assell. aut eorum infusio in vin. infus. canthar. Ex fixis test. ovor. calcin. pulverif. vel vin. infus. test. ovi. struth. in spir. sal. diss. sal. stipt. sab. genist. ononid. prunell. sim. co. umb. quod potens est diureticum. sim. columb. vino infus. & express. item *z. i. v. i. decoct. Forst.* hic enim solo suo decoct. cum Clyst. & foment. feliciter usus fuit; idem etiam Ischuriam ter sanavit vidit remedio sequenti: *v. 2. vel 3. sybal. equi pond. unc. ij. col. cum vin. alb. calid. per pannum lineum. Utile etiam vin. malv. juniper.*****

niper. Sorbati Ischuriam talem felicissimè curavit balneo ex *ol. lin. hinc ventosis, à regione renum ad pubem satis fortiter tractis, vel sæpius irritatis. Valet etiam sperm. ceti, troch. sc. de carabe, ocul. canc. tart. nitrat. sal tartari succinat. omnia vel seq. probatum. R. Succ. limon. Zij. spir. tereb. ʒ. j. vin. a. B. ʒ. v. M. detur. Balsamus de peru. de coparu. opobalsam. Tinct. & spir. tart. sal vol. succin. liq. C. C. succin. sal vol. urinae. pulv. cantharid. ʒj. infund. in vin. ʒ. v. stent infus. per 2. dies filtra: *z. Hujus sicuti coct. i. & adde coct. vij. vin. vel cerevis. quotid. agitando. Dosi unius cochlearis. Urina hirci est potens. Balsam. sulph. anis. vel tereb. succin. vel junperatus vel *z. Pulv. cinnab. nativ. p. p. ʒj. assell. p. p. avicular. regul. cinerat. ocul. canc. p. p. an. ʒj. M. Dof. ʒj. vel ʒB. singulare diureticum Sorbat. *z. Sem. milij. sol. & violar. à ʒy. contund. in mort. sensim affund. aq. veror. pariet. à ʒy. fiat l. a. Emulsio, cui add. syr. diath. Fern. ʒj. ciner. cantharid. gr. vj. spir. sal. gutt. vj. M. hoc mirè urinam & alvum pellit, succinum alb. p. p. est efficax.****

V.

Si oriatur à grumo sanguinis, præmiss. Clyst. dentur dissolventia, ut decoct. rad. rub. zinc. cum oxymell. squill. v. gr. *z. Rad. rub. zinc. unc. i. B. coq. in f. q. aq. ad lib. i. solv. oxymell. f. unc. iv. M. pro ʒ. Dof. Profunt etiam heder. terrestr. charcf. hyper. ocul. canc. cum acet. assumpt. sperm. ceti. troch. de carab. ess. hyper. traumatic. &c. Extrinsecus prodest sterc. bov. rec. cum ol. appropriat. subact. item Infusus seq. v. g. *z. Rad. alth. lil. alb. rub. zinc. aristol. ros. à. unc. i. herb. malv. pariet. abrot. arthemisia orig. prunell. levisf. bed. terrestr. à. m. i. fl. cham. m. ij. sambuc. hyper. à. m. i. sem. lin. unc. ij. senugræc. unc. j. B. summit. aneth. m. j. B. acc. junip. unc. ij. incil. & conquass. coq. pro baln. Si oriatur ex pure obstruente, conveniunt abstergentia diuretica, ut tereb. bals. sulph. tereb. syr. de heder. ess. & extr. agrim. hyper. succin. cum vin. propinat. Si ex contractura spasmodica, conveniunt cinnab. anis. sal volat. succin. cum laud. op. vel mithridat. cum decoct. diuret. Si oriatur ex cantharidibus lac & emulsionibus lactæe sunt optima. Si ex laso renum tono, utilia sunt tereb. junip. & succinata.**

VI.

Si ex vitio vesicæ quasi paralytico, & minus sensibili, intus conueniunt: *ol. dest. junip. succin. tereb. injiciantur Clyst. primo emollient. postmodum etiam acriores, comprimentur abstergentibus, detinea-*

tur anhelitus, quibus irritis ad Catheterem deveniendum, vel candellam ceream, aut fistulam coriaceam aut membranaceam, cum subinde Catheter vel ineptè vel crebrius applicatus, periculosa excitet symptomata. Extrinsicè conveniunt vel Fetus v. gr. *℞. Sem. anis. petrosel. an. unc. 1. herb. silpend. m. 1. Zeduar. unc. 9. bacc. laur. dr. 1. coq. in f. q. vin. & ag. pro Foment. Profunt & sol. iil. in vin. coct. fortiora sunt, quæ parantur ex allis & capis, v. gr. *℞. Cap. sub cin. coct. add. ping. ans. unc. 3. M. illinit. umbilic. & pubes. vel 3. Cep. alb. crud. N. 7. capit. alij N. ij. contul. in mort. add. ping. ans. q. f. ol. scorp. parum, & gutt. aliquot ol. still. junip. M. pro Cataplasm. applicando regioni Renum, & pubis. Post hæc utilissimum Catapl. ex pariet. contul. & coct. cum ol. scorp. ac pectini impostum, quod est experimentum *Helidae*, *Forestus* ait: sequenti se raro deceptum fuisse *℞. Pariet. m. ij. charesol. m. 1. B. incif. coq. ad mollit. add. butyr. rec. unc. ij. ol. scorp. unc. 1. B. applic. calid. Vel 3. Pariet. matv. charesol. fl. cham. an. m. 1. cumin. pulv. dr. 1. rad. alib. unc. 1. B. coq. in aq. f. q. ad mollit. pist. add. butyr. rec. unc. ij. ol. scorp. unc. 1. M. vel Fomentum expertum *Purmanni* *℞. Fol. parietar. matv. an. M. 1. alib. flor. acat. ros. an. M. 1. bacc. alkek. 38. cap. contul. N. ij. incif. & contul. coq. in vino, pubi calidè & sæpè apponendum Vel *Balneum olei lini*, vel ex emollientibus, vel *venose*, ad regionem Renum ad Pubem usque fortiter tractæ, sapsius iteratæ potenter aquam trahunt; *lapis nephriticus* brachio alligetur. Aliàs etiam sunt Inunctiones pubis & perinæi, v. gr. *℞. Ung. de alib. dr. 7. ol. amygd. amar. scorp. an. unc. 3. sang. hirc. p. p. ser. iv. tereb. dr. ij. croc. ser. 1. vel 3. Ung. nerv. dealib. an. unc. 1. B. ol. tereb. cham. scorp. f. an. dr. ij. M. sic etiam ol. mast. de still. umbilic. inunct. prodest. Tandem sunt etiam Infessus, & semicupia ex emollientibus & nervinis appropriatis, ita tamen ut paulò antè infessum exhibentur blanda diuretica. Nota: si remedia non juvant, cathetere operandum est, de quo vide *Hiadaum*, titulo de Calculo Vesicæ; vel locò catheteris *candela* id ipsum præstetur ol. illitâ. *Cataplasma ex raphanis consusis* etiam multum præstat. Vel etiam ex *capis & allio*.*****

VII.

In suppressione urinæ, in feb. ardent. vel malignis, ægri aliquandiu circumducendi sunt deambulando: hinc *inunctio* facienda *ex ung. de alib. cum ol. scorp. dest. junip. 3. fomenta & cataplasmata* dicta applicanda, uti etiam, si oriatur ex vesicæ nimia extensione, præter compressionem cum manu factam, & tandem *catheter* in usum trahendus.

VIII. Si

VIII.

Si oriatur à Calculo in vesica existente, æger supinus collocetur, cruribus elatis, mox plurimum & diu concutatur, vel immisso cathetere impellatur, si altius jam penetraverit in penis meatum, omni moda illius exclusio procuranda, impulsionem molli per digitum, demissione penis in aquam, vel lac tepidum, vel mittendo ægrum in semicupium, vel tandem sectione, ligato pene, in superiori & inferiori parte, cavendo, nè corpora nervosa lædantur. Alii urethram distendunt per flatum immisum, ligando eam virgæ partem, quæ propè pubem est: alii fugendo, & maximò conatu spiritum atrahendo, exclusionem Calculi tentant; alii comminuendo, ope specilli & tenacula.

IX.

Si oriatur à Caruncula in meatu urinario existente, quod cognoscitur, si urina difficulter & guttatim cum majori cruciatu reddatur, quàm aliàs in calculo vesicæ, item ex cathetere vel candela immisâ, quæ eam offendit. Insuper si compresso digitis pene, durum tuberculum apprehenditur, eadem abscondenda per candelas corrosivis imbutas, cautè tamen, nè ex nimia corrosione oboriatur Gangræna. In malo leviori prodest *candel. ex cer. alb.* cui admiscetur *antim. crud.* vel quod melius, *croc. metall.* vel *ung. Felic. Würz.* cum mell. ros. In malo fortiori, in usu est *mercur. præcipit.* cum *ung. de ceruss.* addito pro magnitudine affectus tantillo *ol. visr.* Vel in usu est *turb. mineral.* cum *empl. triapharmac.* vel *magma ex mercur. sublim.* cum *virid. ars.* Pro consolidatione relicti ulcusculi, prodest immisum *ung. alb. campb.*

X.

Dieta: in Ischuria, ut in Dolore nephritico.



CAPUT IX.

Dysuria & Stranguria.

I.

Nomen: Dysuria, Urinæ ardor. Germ. das Harn-Brennen, wann es brennet, als wann das heisse Wasser durchliesse. Stranguria, stillicidium urinæ. Das tröpfelnde Harnen, Harn-Winde, die kalte Diffe.

Quæres: utrum differat Dysuria à Stranguria, cum utraque sit dolorifica mictio? *℞.* aliqui dicunt: 1^{mo} strictè & specie non differre,

S s s

sed

sed tantum secundum magis & minus, nempe quod in Dysuria major urinæ quantitas, minor verò in Stranguria, & idè dicitur stillidium urinæ. Differt 2do, quòd Stranguria minus fit dolorifica, Dysuria autem plus. Curatio utriusque est quasi eadem.

II.

Definitio: Dysuria est Urinæ ardentis interdum copiosa, interdum paucæ, cum cruciatu sine interruptione redditio, à causis tam externis, quàm internis meatum urinarium afficientibus, & continuum in eo solventibus exorta. Stranguria est urinæ guttatim facta excretio, cum acerbò dolore, tam in, quàm post mictionem, remanente continuo ad mingendum irritatione.

III.

Genus: sunt symptomata mictionis depravatæ.

IV.

Subiectum: in Dysuria est Mearus urinaris, vel orificium *Vesicæ*; In Stranguria autem interna *Vesicæ* superficies. Nota: Stranguria in Vesica ita se habet, sicut Tenesmus in podice; sphincter enim vesicæ, & sphincter alvi, pari passu ambulant, quia unus ab altero irritatur, nam urgente tenesmo urget stranguria, & urgente stranguria urget tenesmus.

V.

Differentia: Alia Dysuria vel stranguria *accidentalis* seu recens, alia *habituali* seu confirmata; reliquæ differentix sumuntur à causis, ut mox dicitur.

VI.

Causa interna: vel Urina acris nimisque acido-salsa, in vias per quas transit (nempe musculus sphincterem, & canalem vesicæ seu urethram) spicula sua infigans, vel effluendo saltem compungens, id quod fit, à copiosis salibus imbibitis, in hypochondriacis, & scorbuticis, vel pus cum urina excretum, in ulcere renum, vesicæ &c. vel materia alba, vel quasi lactea copiosa, ex chylo acriore salso & tartareo urinæ permixto; error enim primæ regionis non corrigitur in secunda neque in tertia, ardorem & dolorem inferens; vel Calculus, attritu suo vesicam abradens, aut continuâ orificii vellicatione membranas ejus lædens, vel prostatæ glandulosæ, juxtà collum vesicæ malè affectæ, exulceratæ, vel loco blandioris lymphæ, succum acrem corrosivum elaborantes, ut in lue venerea, qui non tantum in ipsis glandulis immanem excitat dolorem, sed & per urethram exiens, eam excoriat, sicque Dysuriam crudelem *Gallia chande posse* dictam, excitat.

citat. Vel excitatur subinde per consensum partium vicinarum, v. g. in inflammatione vel ulcere uteri, intestinorum &c. prout ait *Hipp. 5. aph. 58. ad recti intestini & uteri inflammationem purulensos que venes, accedit Stranguria: jecore verò inflammationem patiente, supervenit Singulis.* Subinde urina guttatim effluit sine dolore, idque accidit vel à vesicæ ejusque sphincteris refrigeratione, vel ab eius compressione in gravidis.

VII.

Causa dispositiva: Ætas puerilis & præcipuè senilis 3. *aph. 31.* ob minorem bilis proventum, seu defectum fermenti fellei, acidum stomachi chylum in salem salum haud commutantis, acorem enim urinæ potissimam Stranguriam esse causam, patet ex eo, tum quia ita affecta & gustata, manifestum acorem linguæ impressit, tum quia ex experientia *Helmont.* urina cum tantillo vini acidi injecta, eam excitat; tum quia curatio fit per acidum præcipitantia, aut obtundendo demulcentia, tum quia potulenta non satis defæcata eam quoque pariunt.

VIII.

Causa externa: cibi infumati, fale & aceto conditi, crudi, acidi, vinum merac, vel acid. must. cerevis. acid. vel nimis recens, & non satis defæcata, assumptæ cantharid. vel medicamenta aciora diuretica, aut corrosiva sæpius adhibita &c.

IX.

Signa diagnostica: patent per se, & ex definitione data, & ex causis.

X.

Prognostica: Stranguria orta ex vitio urinæ, malum non est periculofum, licèt molestum, in senibus subinde incurabile, ob primæ digestionis defectum. Si diuturna & contumax fuerit, nunc ad urinæ incontinentiam, nunc ad vesicæ ulcus disponit; vel factum exasperat. Orta ex vitio Vesicæ, curatu difficillima, ac subinde periculosa. Interdum Dysuria laborantibus, materia lactea & alba eâ copiâ emittitur, ut dimidium matulæ partem, ubi subsidet, occupet, quod non tantum fit vitio ventriculi, chylum non debite elaborantis, quàm Renum, partes salvas & tartareas non separantium, ut supra diximus.

XI.

Indicationes: sunt variæ, pro causar, varietate; imprimis acidum corrigendum, acrimonia temperanda, humores acres revellendi, evacuandi, læsio vesicæ restituenda &c.

I.

Curatio: fit *Penam secundo* ex præchio, vel etiam pede, in intemperie viscerum præservida, vel præsentè plethora.

II.

Purgatio administranda, vel ex casta vel sola vel mixt. cum pulp. tamarind. Vel ꝛ. Mann. et. ʒij. ol. amygd. d. ʒj. vin. malvas. ʒij. M. detur calidè. Vel ꝛ. Cassi. rec. extr. dr. vj. terrib. in aq. pariet. lot. dr. ij. cum sacch. f. Bolus. Potest etiam addi pulp. rhab. vel spec. diaturb. cum rhubar. Alii exhibent ditur. cassi. vel ꝛ. Tereb. cyp. ser. ij. resin. gialap. gr. vj. M. f. Pilul. prodest etiam extr. panchym. cum mercur. dulc. In malo contumaciore, vomitus teste River. & Hildan. blandior, præstantissimus est. Clysters quoque frequenter injecti profunt, parati vel ex decoct. rad. aib. fol. malv. viol. lact. fl. nymph. bord. mand. &c. diss. cassi. rec. extr. ol. viol. uvum integrum. vel ex puro lact. pro ardore & dolore contemperando, qui maxime utiles sunt, ità, ut ex hoc solo remedio, & semicupio, plures liberati fuerint.

III.

Inter acrimoniam temperantia in Dysuria excellunt, malv. & omnia exinde parata, ut conf. mucilag. syr. de alb. Fern. decoct. malv. cum syr. viol. &c. jusculum pull. vel gallin. decoct. rad. aib. malv. liq. sem. cydon. &c. decoct. Forest. decoct. sebest. Vel ꝛ. Syrup. diatlb. Fernel. ʒij. fol. malv. M. i. rad. alb. ʒj. M. pro jusculo, sæpius de die dando. Vel malv. jujub. sebest. cum paucò croc. zereb. pilul. contra Dysuriam Querc. ꝛ. Thur. myrrh. mast. an. dr. ij. succin. croc. an. dr. ʒ. camp. ser. i. antimon. diaphor. ad pondus omnium cum f. q. zereb. M. f. Pilul. Dos. scr. i. utatur 10. diebus. Alii utuntur seq. ꝛ. Succ. liq. succin. thur. an. q. f. incorp. cum f. q. zereb. exp. prodest etiam pulp. foët. ex rest. ov. sem. urtic. & succin. trochisc. de alkek. Alii laudant decoct. fl. cham. cum lact. bub. Vel ꝛ. Tereb. Venet. sperm. cer. sacchar. a. ʒij. butyr. rec. ʒ. ʒ. M. omnia exactè dentur manè & vespri duæ cuspides cultri in jusculo vel decocto, vel ꝛ. Mass. Pil. cicer. tart. Myrsich. ʒj. succin. alb. p. p. trochisc. Gordon. an. ʒj. cum balsam. Copair. f. Pilul. ponder. duorum gran. Dos. N. viij. vel x. Forestus quendam vidit curatum aq. ros. cum album. ov. conquis. ad mediam scutellam exhibitã. Maximo in usu sunt ol. amygd. d. rec. vel solum, vel mixtum cum syr. de albea Fernelij & pulp. ocul. canc. item Emulsio, v. g. ꝛ. Sem. 4. frig. m. papav. a. b. an. dr. ij. amygd. excort. & in aq. frig. infus. unc. ʒ. affund. decocti Forest. vel decoct. bord. liq. portul. summit. malv. lib. i. ʒ. f. Emuls. pro 3. dos. adde juv. viol. unc. i. sal. prunell. dr. j. prodest quoque serum lact. magno haustu exhibitum, vel absente febre, lac asuin. In affectu diuturno plurimum conferunt

acidula,

acidula, dolore admodum urgente; dum urina redditur, penis demergi potest in ac. tepid. vel decoct. malv. vel solum aquam tepid. Injections etiam fieri possunt, ex lact. vel ser. lact. vel Emuls. cum album. ov. & trochisc. de alkek. &c. inter extrinseca est balneum & semicupium.

IV.

In Stranguria acidum corrigunt, ocul. canc. ob vim eorum alcalinam, diureticam, succu cancror. exprès. gland. pulveris. pulp. vel ess. aut ol. dest. cort. aurant. item nux mosch. Si malum oriatur ex ulu cerevisiæ crudæ, Forest. laudat decoct. gemmarum rib. nig. cum sem. dauc. in vin. rub. Gabelkover. decoct. rap. Amas. lustr. decoct. herb. & bacc. alkek. aliqui exhibent aliquot gutt. balsam. Peruv. stor. chamom. in lacte coctæ & sumptæ sunt efficaces. item laudan. urinarium cum aliis mixtum, vel balsam. copair. ex decoct. petroselin. alii ol. cer. ex decoct. cig. rub. datur etiam lixiv. ex rest. oror. calcinat. cum vinum parat. vel vinum in quo silices gutt. aliquoties existunt. item nit. cum vin. datum spir. nit. dulc. sal si pis. fab. borax. cep. in aq. infuse &c. Si oriatur à cruditate & vitio primæ digestionis, id quod in senibus frequentius accidit, usurpentur potius vin. hyssan. aut malv. aut malvar. junip. vel aq. phys. g. ment. cort. aurant. aq. anhal. vel ol. dest. aurant. mac. nucis. f. anic. junip. &c. Rotulæ v. g. ꝛ. Spec. diacurcum. ser. v. purv. nuc. mosch. ser. ij. ocul. canc. dr. i. sacchar. in f. q. aq. f. fol. f. Ros. asperg. ol. cort. aurant. spir. vin. quoque, dum cubitum itur, prodest, & præservat. Extrinsicus umbilico illinitur largiter serum commun. ob continuitatem vesicæ & umbilici ratione uretri, vel axungia hircin. cum aliquot gutt. ol. dest. cer. & cort. aurant. huc spectat Sussitus Rutland. in seipso expertus, ex raphano conciso, vino incoct. vase bene obturato, quibus ebullitionibus imponitur vas sellæ, cui ager infideat, vel vesicæ regionem suffumiget. vel penis immergatur in lac vel aquam tepidam; dum urina mittitur.

V.

Diatæ: Sit ex lact. ov. sacchar. oryz. cum lact. coct. crn. agn. Bed. vitul. &c. vitentur omnia salina, acida, acria, cruda, infusata, fruct. hor. Potus sit vel aq. Thee calidæ, continuò sorbita, vel decoct. bord. junip. sebest. vich. alkek. vel decoct. malv. cum syr. viol. vel cerevisiæ deferrentur cum sequentibus speciebus: ʒ. Fol. heder. terrestr. M. ij. sclopemdr. m. i. rad. car. yophyllat. ʒj. bacc. laur. Mij. incis. & conus. dentur ad Nodul. longum, pro media urna cerevisiæ; nocet potus frigidus,

CAPUT X.

Sterilitas & Impotentia Viri.

I.

Nomen : Sterilitas, & Impotentia Viri, extincta Virilitas. German. Unfruchtbarkeit des Manns, oder Unvermögenheit zu dem Ehehellen Werck.

Nota: ut hæc materia de Sterilitate debite capiatur, opere pretium est scire, quomodo generatio & conceptio fiat, ut proinde etiam cognosci possit, per quod eadem lædatur, & sterilitas inducatur. De qua materia, in *Institutionibus meis* abunde agitur. Interea brevier dico: Juxta Veteres conceptionem ex miscela feminis utriusque sexûs, in utero retentione fieri. Juxta Recentiores eam fieri per epigenesin, seu ex ovulo spiritu genitali affecto & facundato, & consequenter feminam imprægnante.

II.

Definitio : Est morbosa Impotentia excretionis feminis, vel erigendæ virgæ, in ætate florida, extra morbum contingens. Hic nota: Impotentia proprie loquendo magis & unice de viris seu maribus prædicatur: Sterilitas proprie de feminis: cum enim omnis vir aptus ad coeundum, etiam aptus judicatur ad generandum; femina verò omnis, quæ menses suos ordinatos possidet, apta habeatur ad concipiendum, saltem probabiliter, aliàs tantum passivè se habent.

III.

Genus : est symptoma plûs minus abolitæ ac læsæ generationis.

IV.

Subjectum : Partes Viri Genitales, præcipuè Testes & Penis.

V.

Causa prima : est Seminis cruditas, paucitas & defectus. Si ex defectu materiæ, spirituum scilicet ac partis sanguinis chylosæ, dulcis pinguis, quò in casu ii homines erunt & vocantur frigidi, ob frigidum temperamentum, & hi nihil feminis generant, vel iners & infæcundum producant. Ligati impotentes, qui venereum actum exercere nequeunt, licet ipsi cupiditate flagrent, & semen gignant. Sunt itaque effeminati, torpidi, languidi, minus alacres, evnuchos imitantes, quibus pudendum aliquatenus erigitur, & tumescit, ita ut coire possint, verum actum vel segniter, & imperfectè peragunt. Ligati & maleficiati, quibus virilitas & coeundi potestas per Philtrea, incanta-

menta,

menta, maleficia est dempta, & insulsi, qui carent grano salis, & non facile excitantur ad Venerem. Fatui, qui nec apprehendunt, non capiunt, nec explent actum veneris, hi omnes semen nullum, vel paucum, aquosum & frigidum, sine voluptatis sensu effundentes. Ad hos etiam referuntur, senes, qui frigidi, siccî, exangues, ut mox dicemus, seu vitio testium, consistente vel in defectu fermenti feminilis, vel in tumoribus testium, quales sunt vel eorum inflammatio, obstructio, coarctatio, adstrictio, *Engündung der Gremien*, oriunda frequenter à causa externa, ut compressione violenta, contusione, à nimia equitatione &c. ac affligens eorundem tumore & duritie, cum dolore partim lancinante, partim pulsante: vel Pnevmatocoele seu Hernia ventosa, *Wind-Bruch*, tumor nempe eorum flatulentum, tensivus, plus minus renitens, vel Hydrocele, seu Hernia aquiosa *ein Wasser-Bruch*, eorum nempe tumor, ex aqua intra membranas eorum, ex lymphæ cursu impedito contenta oriundus, & quidem mollis, ejusdem semper magnitudinis, cum sensu fluctuationis ad compressionem, & pelluciditate ad candelam oppositam, nisi membranæ in progressu spissiores & teniores reddite, hanc diagnosin obscurent. Differt hæc strictè loquendo, à tumore scroti hydroptico, in quo aqua in abdomine collecta, per processum peritonæi descendit in scroti cavitatem, eamque ex toto replet, vel Sarcocele s. Hernia carnosa. *Stein-Carnissel*, tumor testium durus, indolens, nisi sit cancerosus, sine præcedente inguinis tumore, sensim auctus, ac exortus à coagulatione nutrimenti affluentis, ab læsâ fibras & poros; hanc subinde mentiri solet, tumor prostaticum, vel materia genitalis, in epididymibus collecta ac suppressa, uti & inveterata Hydrocele, ob membranarum densitatem. Teste *Hildano* Herniæ carnosæ ut plurimum sunt in dextro: aquosæ in sinistro testiculo, ob venam sinistram spermaticam ex emulgente, & dextram, ex trunco venæ cavæ oriundam, quod tamen repugnat experientiæ, & circulationi sanguinis; vel tandem Circocele seu Hernia varicosa, dum vasa testicularum, varicum more dilatantur, & tumorem variis hinc inde crispaturis inæqualem efficiunt, exortum à sanguine crassiori circa valvulas stagnante, eaque cum vasis laxa, flaccida & tumida reddente; verbò: læsa feminis generatio triplex est, dum aut augetur, aut depravatur, aut iminuitur. 1. Sic etiam triplex est causa virgæ erectionis læsæ: causa spirituum animalium defectus, in quanto, quali & motu, 2. defectus feminis, ejusque turgescentiæ defectus, 3. maleficium vel fascinum, ubi etiam operatur vitium imaginationis.

VI.

Secunda Impotentia causa : est defectus spirituum animalium, non contrahentium muculos Penis.

VII. Ter-

VII.

Tertia causa: musculorum attolentium Penis resolutio, seu à paralyssi, seu à maleficio, fascino, & incantamento; quo in casu Membrum licet erectum, applicatur tamen ad Conjugem, flaccescit. Ad has causas etiam concurrere possunt *res naturales*, temperamentum frigidum, ætas senilis, ætas nimis juvenilis, obesitas nimia, organorum genitalium vitium, vel parvum, vel magnum, vel læsum, vel obstructum. *Res non naturales*, animi pathemata, odium inter conjuges, quod quidem sæpe fallit, teste experientiâ, luctus, maror, studia, inedia, vigiliae, labores &c. *Res præter naturam*, de quibus plura dicturi sumus infra, de sterilitate Mulierum, inter morbos utri; item ubi usus veneris, medicamenta, venena, hæmorrhagiæ, vulnera, ulcera, & alii morbi,

VIII.

Signa diagnostica: ex recentissis, & relatione ægri sufficienter patent.

IX.

Prognostica: Impotentia vel defectus feminis non est malum periculosum, nisi quoddam mares reddat generationi ineptos. Quoad tumores: inflammatorii testium tumores, nisi citò discutiantur, facillè transeunt in Gangranam. Difficiles curatu sunt, Sarcocoele & Hydrocoele: illa, si est dolens & canerosa, non attingenda; Pnevmatocoele, & Hydrocoele sunt sine periculo, non tamen sine molestia, ob dolorem & tumorem. Obesi & pingues, ita & scicciores extenuati, sunt ineptiores ad generandum.

X.

Indicationes: Variant pro variæ causarum, tumores maturè sunt incidendi vel emolliendi; aut aperiendi, excindendi &c. feminis defectus restituendus, fermentumque testium spirituosius volatilibus, additis acrioribus, & aromaticis acuendum, augendum ac roborandum.

I.

Curatio: itidem varia est; semen generantia, græcè aphrodisiaca, seu Venerem excitantia dicta, excellentiora sunt: *essent. satyr.* Nota: de radicè satyris dicunt Authores, quod sit summum antivenerem, non tamen intrò sumptum, sed & manibus actum; imò si quis loca transeat, ubi crescit, ad venerem incitetur: *elect. diosatyri. conf. magnanimitus, pacific.* *Mysf. rad. eryng. cond. sanguis & cerebell. passer. in aceto vener. transsof. sperm. vel priap. cerv. in aceto vener. interfect.* *spir. ex sang. gall. ess. ambr. succolad. tint.* sol. cum ol. cinam. caro stinc. mar. bolet. cerv. conf. alk. c. amb. & mosch. lac. c. sacch. & pip. v.g. *℞. Laet. unc. ij. sacch. pip. an. dr. B. M. Vir. malv. l. dulc. c. vitell. ol. & gr. aliquos ambr. l. spec. arom. ros. ov. sorbil. c. priap. taur. pulv.* & cinam.

& cinamomo. Optima sunt stimulantia cum analept. mixta, sola enim stimulantia reddunt imbecilles. Sola lactea sunt minus spirituosæ. Ex compositis, laudatur Mixtura: v.g. *℞. Aq. magnan. unc. ij. cinam. Ess. satyr. à. dr. vij. tint. corall. dr. ij. ambr. dr. i. M. ℞. Conf. alk. unc. lb. amb. gryf. dr. i. zib. dr. B. aq. magnan. scr. ij. M. Dos. scr. i. ex aq. cinam. ℞. Vitell. ov. N. ij. ambr. cusp. cultell. N. i. sacch. cusp. cult. N. ij. M. item Morful viril. Mysf. l. Timæ. Rotul. stimulant. ejusd. Elect. v.g. *℞. Chocol. ver. unc. lb. conf. alk. unc. i. ambr. gryf. scr. i. ol. dest. mac. cinam. à gutt. xj. Ess. satyr. unc. B. syr. de cinam. q. s. M. f. Elect. l. Elix. vita Math. ol. mac. ad gutt. v. l. vj. ante coitum sumptum in vehiculo. vel *℞. Ess. satyr. ʒij. sp. formic. rect. tint. solis essent. ambr. quint. ess. meliss. à. ʒi. M. Dos. gutt. xx. vel *℞. Elect. diacor. ʒij. pulv. asell. pp. pulv. viper. ver. à. ʒij. ambr. ʒij. mosch. gr. ij. mag. mart. aper. Mysf. ʒij. M. c. syr. cinam. f. Elect. Dos. ʒij. in vin. ad noctem. Chocolada confert, Coffe autem effeminat. Fuscula & gelatine ex viperis, conf. seu Elect. satyr. Mysf. Dos. ʒij. l. iij. manè & vesperi in vino. vel *℞. Conf. rad. eryng. satyr. an. unc. iij. z. z. virid. cond. cort. cit. cond. an. unc. B. amygd. pin. pistach. dactyl. nuc. mosch. cond. à. unc. i. priap. taur. dr. ij. sem. pastin. croc. sinap. à. dr. ij. pip. alb. galang. à. unc. B. syr. conf. z. z. q. s. M. f. Elect. Dos. quant. nuc. jugl. superbib. vin. malv. Tragæa seq. ad impotentias & incantationes mirabilis esse dicitur. *℞. Castor. genital. cerv. piper. long. à. dr. i. satyr. caliam. arom. aron. galang. sem. urtic. flborrag. beton. an. dr. ij. sacch. alb. dr. vj. M. Dos. dr. i. ex vino.* II.*****

Inter extrinseca sunt *inunct.* perinae, lumbor. test. & scrot. ac pen. *sum bals. apopl. vener. Mysf. sp. formic. vel *℞. Ol. nuc. mosch. expr. dr. vj. bals. peruv. dr. ij. ol. dest. mac. gutt. iv. caryoph. gutt. viij. zib. scr. i. mosch. gr. v. M. possunt & olea destill. excipi cum axung. castor. prodest & spir. formic. illitus.* Alii recipiunt *sel apri*, alii *ping. cosburn.* cum *pulv. elleb. nigr.* vel *rad. pyresb.* his subjungenda Balnea, Infusio & Fotus nervini; experimenta in fascino vid. apud *Senneri. Helm. Harrim. Mercklin.* Item Flaga & Frictiones genitalium conjugum inter se, Inunctiones penis cum *ol. formic. mosch. & Zber.* item Hippoc. suadet, ut labores sequatur cibis, cibum somnus, somnum coitus. Experimentum est *pulv. rad. pyresb.* mixtum cum *ping. cosburn.* quò penis inungatur, mirè excitat virum & sæminam. Si est ab Incantatione, summè valet mistus per scopas berulinas, teste *Helmont.* & bibatur *cerevisia* in qua decocti sunt *furculi berule.* Vel abluantur utriusque sexus membra decoct. aquile & post lotionem fiat *Suffitum ex dente hominis mortui consuèti* super carbones, cui addi possunt *asa fetida. corall. sem. antirrh. mercur. viv.* in calamo scriptorio collo appensus, *Bals. vener. Mysf.* quo*

penis & perinæum unguatur, fortiter stimulat; ut autem iterum cesset stimulus, lavanda sunt inuncta loca.

III.

In Inflammat. testium, præmissis *Clystere & V. S. ex brach. & pede* deveniendum ad topica, ut Catapl. *ex farin. fab. c. acer. aut oxyeras. l. ex far. fab. sem. cumin.* cum s. q. *Vin. v. gr.* *Farin. fab. unc. iij. pulv. sem. cumin. unc. β.* cum *vin. s. q. M. f. Catapl. vel R. Farin. fab. unc. iij. bord. unc. i. coq. in vin. ad consist.* Cataplas. add. *pulv. fl. ros. cham. melil. à. unc. β. ol. ros. chamom. à. unc. i. vitell. & album. ov. vel ex agrim. & rad. cucum. afin. in vin. coct.* Ab *Hæm.* commendatur Catapl. *ex fol. rut. cum acer. coct.* item *ex fol. nymph. & nasturt. aquat. cum ol. ros.* si oriatur ex applicatis acrioribus externis, optimus est *Forus ex lact. c. incoct. fl. cham. sambuc. &c.* Suppuratio optimè promovetur *empl. fl. zach. cum bals. sulph. terreb. hinc abscissus scalpello aperiendus, & more aliorum ulcerum tractandum.*

IV.

In Hernia fistulenta prodest: Suffitus *ex mastiche & sem. cumin. ung. carmin. Myns.* Catapl. *ex flor. cham. far. fab. sterc. capr. in aq. cham. & acer. coct. vel ex 2. p. far. fab. & 1. p. sem. cumin. vel bacc. laur. subact. cum simo vaccin. rec.* Fomentum cum panno lin. ex decoct. seq. haud inelegans. *R. Sem. coriand. unc. β. cumin. ann. an. dr. ij. alum. dr. β. vin. & aq. an. lb. i. coq. Empl. de bacc. laur. dia sulph. Ruland. &c.*

V.

In Hernia aquosa incipienti, præmissis hydragogis ex elat. convenit Inunctio cum *bals. sulph. applic. simul saccul. ex ciner. calais vel R. Ung. de alb. unc. iij. bals. sulph. terreb. dr. ij. M.* inungatur scrot. calidè, hinc applic. *Empl. seq. R. Empl. de bacc. laur. sterc. capr. an. unc. jβ. sem. cumin. fl. sulph. an. dr. ij. malax. cum sq. ol. rut. & chamom. vel empl. carmin. Myns.* item *sterc. cap. unc. jβ. cochl. cum suis test. contus. unc. i. cumin. pulv. sulph. an. dr. ij. M. f. Catapl. vel R. Farin. fab. lb. β. coq. in vin. generos.* ad pult. consist. add. *oxymell. s. unc. iij. M.* confirmata non nisi Chirurgià curatur, puncturà nempe, vel castratione. Apertio scroti tumētis ab Hydrope non caret periculò, quia facilè in Gangrænā abit.

VI.

In Sarcocèle incipienti, intus conveniunt terrea alcalifata, ut *pulv. contrastrum. pulv. ex spong. combust. lap. spong.* Expertus est *pulv. rad. ononid.* Extrinsicè optimè convenit *empl. Paracels. contr. hern. carnos.* nisi sit maligna, vel si non curanda impotentia venerera, *empl. Vig. cum mercur. &c.* *Tbermarum* usus tumores hos si non planè discutit, saltem incrementum eorum evertit. Si sit confirmata, non nisi ipsius carnis scroto, vel testi adnatæ abscissione, vel testis ipsius excisione curatur. VII. In

VII.

In Hernia varicosa, convenit *empl. de mucil. mixt. cum an. gum. ammon. in vin. sol. inunctio cum ol. philosop. rect. usus tbermar. &c.*

VIII.

Dieta: in defectu seminis sit analeptica, ex *carn. gallin. capon. porcell. av. mont.* earumque consumat, & contus. *test. gallor. sarcimin. ex crist. & testic. gall. ov. serb. cum sacch. r. & amb. succolad. str. amygd. pin. pistach.* Potus sit *vinum dulc. generos.* imprimis *kissan.* vel *malv.* sub introitu lecti sumptum.



CAPUT XI.

Gonorrhœa & Pollutio nocturna.

I.

Nomen: Gonorrhœa, Fluxus seminalis, Coryza feminalis, German. *Saamen-Fluß.*

II.

Definitio: Est involuntaria seu invita liquoris seminalis aut feminiformis profusio, sui aut partium spermaticarum vitio exorta, & hæc si fiat de nocte dormientibus vel somniantibus, dicitur Pollutio nocturna.

III.

Genus: est symptoma in excretis.

IV.

Subjectum: Vesiculæ feminales, & in notha glandulæ prostatæ, quæ vesiculæ & prostatæ glandulosæ vel debilitatæ, vel erosæ, semen involuntariè emittunt, & extravasari solent.

V.

Differentia & Cause: Alia est vera, nimia scilicet ex invita liquoris seminalis in testibus elaborati profusio, citrà vertiginem l. ven. cum nullo oblectationis sensu, dependens vel à feminis nimia copia & orgasmo, vel ab ejusdem fervore, & acrimonia, ut plurimum acida irritante vesiculas feminales, & vicinos musculos, hinc & hypocond. & scorbuticis subinde accidit, atque purgantia & cantharid. stimulum partibus genital. subinde inferunt, vel à nimia vesicularum laxitate & flacciditate, ab externa causa ut plurimum inducta, cum officio earum in urethra minus clauso & facile aperiibili. Ad primam causam spectat *Pollutio nocturna*, quæ est inscia seminis emissio homine dormiente, cum tensione penis & phantasia venerera, dependens ab irritatione expultricis, à feminis copia, turgescentia, & calore;

hinc iis frequentior, qui diutius dorso resupinati incumbunt, locis iis incallescibus, & sanguinem fervidiorem reddentibus: Alia est *notha*, & quidem vel benigna, vel maligna; notha benigna dicitur etiam Gonorrhœa catarrhalis, est liquoris seminiformis, seu liquaminis aquosi & tenuis, citra sensum & turgentiam per penem effluxus, dependens à latice aquoso ferroso & copioso, ex deficiente tam chylosi quam hæmatosi, in M. S. congesto, quæ substantia serosa per prostates glandulosas, uberius elicitur & excernitur, præsertim si illæ prostate flaccidiores vel molliores, vel aliò modò læsæ existant, ut instar fonticuli continuè laticem illum serosum non tantum attrahant, sed & perpetuè excernant. Affectus hic respondet Fluori albo mulierum, & sicut ille Coryza Uteri, ita hic Gonorrhœa catarrhalis dicitur. *Notha maligna seu virulenta*, est effluxus liquaminis tenuis, hinc pedetentim acrioris pallido-citrini, & tandem livescentis, s. carulescentis, cum dolore acerbo circa radicem Penis, ad prostates glandulosas, Dyfuria, ac sequente subinde exulceratione, & excoriatione urethræ, ac caruncula penis, cum tumore quoque præputii, & ulcusculo inter præputium & glandem; dependens à fermento gallico, per coitum cum infecta, & ulcera in vagina uteri habente hausto, non tantum prostates glandulosas ulcerante, & quasi excoriante, sed & vi fermentativa, lympham dictarum parium inquinante, & in liquorem virulentum corrosivum transmutante. *Nota*: ut brevibus & paucis dicamus omnia, causæ Gonorrhœæ veræ sunt tres: 1^{ma} nimia abundantia feminis ejusque turgescencia. 2^a nimia sanguinis acrimonia. 3^{ia} nimia Vesicularum seminalium & Prostatarum glandularum laxitas & flacciditas.

VI.

Causæ externa Gonorrh. sunt diæta & victus plenior, alimenta etiam acrem & serosum succum suppeditantia, vita sedentaria, cogitat. veneræ, abusus Veneris, copula cum infecta, temperamentum sanguineum, ætas juvenilis: motus corporis & animi, conversatio, aspectus, amplexus, tactus, oscula, rerum aut personarum pulchriorum vel obesarum &c.

VII.

Signa Diagnostica: in definitione & differentis allata.

VIII.

Prognostica: Gonorrhœa vera grave malum est, diutius enim durans, ægros reddit graciles circa lumbos, & impotentes in motu, conquereutes etiam de lassitudine capitis & oculatorum, quoad visum debilitate, tandem sicut tremuli, appetitus perit, & ad tabem dorsalem & sterilitatem pergunt; inveterata difficulter curatur, neque etiam statim suppressenda, nè suppressa, varia circa testes inferat symptomata. Gonorrhœa notha benigna, prodromus

dromus vel comes est Cachexiæ virulentæ, in principio levis, in progressu glandulas excoriat, ex quandoque absumit, interdum & testes inquinat, ac cum sanguine univèrsum corpus; frequentius superveniunt Bubones in inguinibus, quod bonum. Viros subinde steriles reddit: difficilis quoque curatu, si juncta sit cum tumore & ulcere ac caruncula Penis. Senes raro curantur. Præterea infert Inflammationes, cariem, tophos, cancrum, gangranam, luem venercam, & tandem mortem; quia semen est quinta essentia sanguinis, ergo & vitæ.

IX.

Indicationes: sunt feminis copiam imminuere, acrimoniam ejus temperare, humores vitiosos evacuare, virulentias eorum expurgare, laxitatem vesicularum restituere &c.

I.

Curatio: fit Venam secando, si corpus plethoricum, tam ex brachio, quam pede.

II.

Corpus evacuando, vel per *insuf. rhab. myrob. cheb. cinam.* in aq. cichor. & rudi. cum elect. de succ. ros. syr. de cichor. cum rhab. &c. vel per Bolus: *R. Fl. cass. rec. extr. dr. xv. tereb. dr. i. rhab. pulv. syr. j. cum pulv. gijeb. & sacch. q. s. M. f. Bolus. R. Cass. rec. extr. dr. ij. mag. gual. gr. vij. cum f. q. syr. de nymph. M. f. Bolus. R. Pulp. cass. rec. extr. dr. i. tereb. venet. lot. unc. ij. merc. dulc. sal. prun. ocul. canc. p. p. ð. dr. i. sal. vol. succin. ser. iv. syr. de alb. Fernel. g. f. M. detur bis vel ter de die magnit. castan. Conveniunt etiam Pil. mex balsamica. *R. Merc. dr. vii. p. p. 3j B. succ. liquir. ʒiv. succin. alb. mastich. elect. an. ʒ B. antim. diaph. rec. p. p. terr. exanm. vitriol. an. ʒij. M. & cum sq. tereb. venet. f. l. a. Mass. Pilul. vel Elect. meum anticliticum: R. Cass. rec. extr. ʒj. extr. rhab. ʒj. tereb. venet. ʒj. balsam. de copair, ʒj. M. Dos. ʒj, mane & vesperi.**

III.

Exhibendo ea, quæ parciolem genituram faciunt, & fermentum testium obtundunt, ut v. g. *mir. crud. ad ser. i. ex aq. nymph.* assumpti, item *R. Ag. ros. unc. iij. succ. cit. l. limon. unc. i. album. ov. crud. N. i. M. laudatur etiam solus. cor all. cum succ. citr. parat. sem. agn. cast. v. g. R. Sem. agn. cast. dr. iij. pap. alb. dr. j. cum f. q. nymph. M. f. Emuls. add. mag. cor all. cum succ. citr. parat. dr. B. sacch. parium M. ess. l. aq. castitas. Myns. l. River. Specifica quoque sunt nymph. alb. gallops. milles. alb. &c.*

IV.

Veniendo ad acrimoniam temperantia, & meatus urinarios mundificantia & abstergentia, ut Emuls. v. g. *R. Sem. melon. excors. unc. i. amygd. d. excors.*

d. excoct. unc. ij. sem. agn. cast. vel carab. dr. ij. decoct. kord. lib. i. M. f. Emuls. dulc. sacch. addunt alii magist. off. sep. l. nitr. perl. Post Emuls. optima in hunc finem est tereb. l. cum vitell. ov. solut. & cum ag. nymph. exhibita, l. prout exhibet River. ꝛ. Tereb. opt. unc. iv. vitell. ov. N. ij. in mort. mixt. add. ag. agrim. lib. i. M. donec est solut. tum pone per noct. in B. M. mane col. & add. sacch. & succ. limon. à. q. pl. Dos. cum ag. jss. manè. l. in Elect. ꝛ. Fior. cass. rec. extr. unc. jss. tereb. ven. lot. dr. ij. syr. de alb. Fernel. unc. jss. M. Dos. magnit. avell. l. in Pilul. ꝛ. Tereb. Ven. cum ag. plantag. lot. & coct. dr. ij. pulv. glych. dr. jss. troch. de alk. f. op. succ. liq. inf. s. spec. diatr. frag. à. scr. i. M. f. Pilul. inflar. ciceris. Extrinsecus ad spinam dors. lumbos. & testes conveniunt Inunctiones v. g. ꝛ. Ung. santal. comitiss. à. unc. β. ol. nymph. dr. ij. camp. scr. i. acet. ros. dr. jss. vel ꝛ. Ung. Comitiss. unc. jss. cerat. santal. unc. β. camp. scr. jss. sem. vitic. sacch. satur. à. dr. i. ol. myrt. q. s. M. f. linum. applicari etiam potest empl. de saturn. Myns.

V.

Exhibendo roborantia, styptica & adstringentia, ex quibus excellunt ag. contra gonorrh. Querc. tinct. corall. croc. mart. astr. cum tereb. in pilul. redact. succinat. quævis trochis. de carab. off. sep. cum cons. ros. cryst. p. p. aurim. diaph. mandib. luc. pisc. sacch. saturn. torment. & c. Ex compositis sunt Pulv. & Trag. v. g. ꝛ. Gland. querc. in furn. exsic. dr. vj. sacch. ros. tab. unc. i. mastich. thur. à. dr. i. sem. coriand. dr. jss. succin. dr. i. vitic. fol. menth. à. scr. i. ocul. canc. dr. i. M. f. Pulv. subtiliss. addi possunt corall. sem. lact. papav. alb. camp. fl. nymph. ros. rub. item Elect. ꝛ. Conf. ros. rub. menth. crâss. à. unc. jss. off. sep. p. p. dr. ij. borac. calcin. dr. i. nuc. mosch. dr. β. syr. de ros. succ. q. s. M. f. Elect. vel seq. Timæi. ꝛ. Conf. ros. vet. unc. iv. carn. cydon. cond. dr. ij. pulv. torment. balaust. à. scr. ij. terr. sigill. corall. rub. p. p. à. scr. i. C. C. ust. p. p. scr. jss. cum f. g. syr. gram. acid. M. f. Elect. huc spectat consec. stypt. Mynsicht. item Pilulæ ꝛ. Tereb. ven. ag. ros. lot. & coct. unc. i. bals. peruv. dr. β. pulv. rad. torment. consolid. m. à. dr. i. ocul. canc. p. p. mercur. d. à. dr. M. f. Pil. Dos. scr. β. m. & v. vel ꝛ. Extr. torment. dr. ij. sperniol. Croll. comp. scr. ij. pulv. sem. agn. cast. plantag. consolid. à. scr. β. tereb. ven. camp. à. gr. xij. M. vel ꝛ. Extr. torment. unc. i. sacch. saturn. unc. β. camp. dr. ij. M. Præter dicta specifica experta sunt sequentia Interna: Ag. contra gonorrh. Querc. Ag. castit. Myns. Tinct. cor all. rosar. hyperic. Pil. specificæ. ꝛ. Extr. torment. croc. mart. adstring. à. ꝛ. mag. cor all. troch. de carab. à. 3β. sperniol. Croll. jss. sacch. saturn. gr. xv. M. cum syrup. nymph. f. Pilul. unius gran. Dos. N. vj. usque. xij. Essent. lignor. vitriol. mart. tinct. antipthys. Garman. decoct. lignor. vel meum su-

dorise-

doriferum cum herbis, Aqua contra ardorem urine Myns. Emulsio Sorbait. Pulv. Sorbait. troch. Gordon. Pilulæ Riverij expertissima ꝛ. Gum. arab. tragacanth. mumia. bol. armen. à. 3j. pulveriscentur & cum syr. de ros. succ. f. Pil. Dos. 3j. quotidie mane duabus horis ante pastum, Pulvis ebor. p. p. vel spod. ex ebor. est excellens, sæpè datum. Essent. succin. Tinct. bezoardica à. 3j. Tinct. anodyn. ʒij. Dos. gutt. xv. vel xx. item sacch. saturn. 3j. camp. 3β. extr. torment. 3j. M. f. Pilul. Timass etiam laudat tinct. suam contr. gonorrhœam.

Extrinsecus convenit usus ibermar. & inunct. ex ol. rosar. Myrs. mast. cum bol. armen. terr. sigill. balaust. & cer. alb. & c. Præter dicta externa sunt adhuc sequentia, experta Aqua. ꝛ. Ag. plantag. lib. β. merc. rit. dulcis. in pollinem redact. 3ij. vel locò mercur. sacch. saturn. 3j. M. in phiala & agita, & per syringam parvam medicum immitte, tantum ad principium glandis, & nullatenus profundius, usque fiat ter in die, & ter qualibet vice per 4. dies, est expertissima & probata. item Unguentum quò tota spina dors. inungatur. ꝛ. Ung. ros. ʒij. ung. Comitiss. santal. à. 3β. camp. ʒij. sacch. saturn. ʒβ. M. In tumore & inflammatione testium expertissimum Cataplasma ex sarris. sab. in aceto factum. Injunctio mea experta. ꝛ. Fol. aristoloch. rosul. vinc. peruvic. pycol. an. m. β. M. f. pulv. cui add. vitriol. ungar. ʒβ. M. denudè bene. De hoc Pulvere accipe mediam partem, & huic superfund. ag. fervens lib. β. bene miscendo, & postquam pulvis subsederit, accipe medium cochlear, & cum syringa immitte, emissa prius urinâ, modicum ad penem, seu ad mediam glandem, semel de die per 2. vel 3. dies non ultra. vel Injunctio Sorbait experta: ꝛ. Ag. plantag. pentaphyl. artemis. an. ʒj. sacch. saturn. ʒβ. vitriol. ungar. gr. iv. mercur. dulc. ʒβ. M. vel Empl. meum ad Renes.

VI.

In Gonorrhœa virulenta, præmissa si opus V. S. purgatio fiat cum Pilul. ꝛ. Extr. panchyn. Croll. elleb. nigr. an. scr. β. resin. gyalap. gr. vj. ol. dest. citr. gutt. ij. c. f. g. syr. de fumar. M. f. Pil. N. ix. deaur. l. w. Extr. panchyn. mercur. dulc. an. gr. xv. extr. troch. alband. gr. ij. c. f. g. tereb. f. Pilul. vel fiant ex tereb. & mercur. dulc. & c. que non tantum laxant, sed etiam diarrhœam respiciunt. Sydenham purgationi primâs defert in hoc morbo, afferens, eum à quolibet cathartico, sæpè diuque exhibitio, curatum iri, hinc ejusmodi Pilul. addies 12. vel 14. exhibet, donec urine ardor, & materiæ semini formis color flavus imminuatur, dein per 2. septim. alternis diebus, hincque bis in septim. propinat. Pilulæ ejus sunt seq. ꝛ. Mast. pil. coch. dr. ij. extr. rut. dr. i. resin. gyalap. diagryd. an. dr. β. c. f. g. opobalsam. M. f. Pil. ex dr. i. N. vj. Dos. N. iv. His non juvantibus, decoct. lign. exhibend. ac sudores per horam in laconico, beneficio spir. vin. accenti eliciendi, vel si aliter fieri non possit, in lecto, v. g.

ꝛ. Ralur

℞. *Rasur. lig. sanct. sarsapar. ā. unc. iv. cort. lign. sanct. dr. vj. infus. in ag. par. lib. vj. stent in loco calido per 24. horas, coq. ad consumpt. 3. p. addendo in medio coct. rad. liquirit. enul. an. unc. ℞. cinam. acus. dr. ij. sem. anis. fenic. an. dr. ij. vel ℞. Lign. sanct. unc. vj. rad. salsapar. unc. ij. bardan. unc. ℞. lign. junip. unc. ℞. inf. in ag. fons. lib. vj. per hor. 24. coq. ad 3. p. consumpt. Dos. unc. vj. Balsamica appropriata & abstergentia exhibenda, inter quæ eminent *cereb. cyp. nuc. avellan.* magnitudine exhibita, item *bals. sulph. cereb. hinc junip. bals. peruv.* vel qui longè excellentior, *bals. de Copayba ad gutt. xxx.* ex vehiculo calido, vel ℞. *Ol. succin. gutt. x. ol. cereb. gutt. v. balsam. Peruv. gutt. ij. M.* detur cum vino calido. vel ℞. *Ol. succin. juniper. ā. dr. i. sp. vin. unc. v. M.* detur manè & vesperi cochl. i. ex vin. Alii seq. commendant Pilulas. ℞. *Masticb. gummi. elem. an. dr. i. terr. japon. scr. i. campb. scr. ij. cum l. q. cereb. M. f. pilul. cicer. magnitud. vel ℞. Tereb. Venet. coct. unc. ℞. lap. cancr. dr. ij. balsam. indic. dr. i. campb. dr. ℞. ol. sabin. gutt. xx. M. f. Pil. ex scr. i. N. v. Pilulæ in Gonorrhœa virulenta *Musitani*, quæ nunquam fallunt, in omni Gonorrhœa, etiam inveterata, expertissimæ: ℞. *Aniimon. diaph. ʒj. succ. liquirit. in spiss. ʒv. succin. alb. ʒij. gummi guajac. nativi ʒ℞. mercur. dulc. ʒvj. masticb. elect. ʒij. terr. exanimat. vitriol. ʒij. M. & cum s. q. cereb. cypr. f. mass. ex qua Pilul. parv. efformentur. Dos. iv. vel v. exhibeantur per plures dies. Si adest unâ exulceratio, fiant Injections ex lacte, in quo *sem. cyd. alb.* vel *rad. symph. coct.* vel ex *aq. cast. viv.* cum *aloe myrrh. mell.* vel loco *Aloës* cum *mercur. dulc. &c.****

VII.

In Gonorrhœa notha benigna, utendum ratione digestionis primæ, amaricantibus & aromaticis, ut *ment. absinth. &c.* item *marialibus* & ratione seri superflui, *juniperin. salsaphrat. &c.*

VIII.

Dieta: aër sit siccus, cibus sit parvus, potus decoct. *salsaph. lig. pass. sem. anis. coriand. cinam.* vel ℞. *Hord. integr. p. i. sem. melon. contus. unc. i. sol. equis. m. ℞. ag. fons. lib. vij.* bull. ad consumpt. med. add. in fine *liquirit. minus. incis. dr. i. M.* vel ℞. *Flor. ros. rub. fl. av. rhead. ā. m. j. santal. rub. pulv. erisat ʒ℞. incis. & spiritus vitrioli irroratis affunde ag. ferventis lib. v.* Tincturæ extractæ & colatæ add. *aq. nymph. i. f. ā. ʒij. syrup. acetos vit. & succ. cit. ā. q. pro grato acore bibat.*

Somnus moderatus, in cubili frigido, de nocte in alterutrum latus, in lecto, quædam vigilia, ut

FINIS LIBRIS MI.

PARS

Miranda d. eandem pœn nisi effectus municatione r parti integrali subinde caut quuntur decl num. 4. Franc festu, in cap. traditis per De versio. scous, par. 1. §. 11. n. 28. absolutio t. cum referuata cap. nuper, v. muniar. obser nach, dictis lo in fine.

Conferuato per obitum, cō non cœpta, in esse integra, & tis. Ita habetur ria; ut. de Con ne, Cochier di Miranda d. qua cap. 34. ques. 1. cenferi post cita iudicalem inch 10. quasie. 6. nu 7. vers. obiciet. Conferuatoium expirare morte e legationem in perpetuam resol clus. vnic. Dant pia, quan rina lin deref que

